Digitized by Google

201
B H
4

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1346.

HISTORIAE

ACADEMIAE PISANAE

VOLUMEN I.

A U C T O R E

ANGELO FABRONIO

EJUSDEM ACADEMIAE CURATORE

PISIS)(MDCCXCI.

EXCUDEBAT CAJETANUS MUGNAINIUS

IN AEDIBUS AUCTORIS

Digitized by Google

Digitized by Google

X III. X

FERDINANDO III.

MAGNO ETRURIAE DUCI
ET ARCHIDUCI AUSTRIAE

ANGELUS FABRONIUS

TUum eſt, quod Tibi offero, Celſiſsime Princeps Regie. Te enim hortatore & auſpice, & quaſi calcaria admovente, ingreſſus ſum ad hoc ſcriptionis genus, Tu probare viſus es, quae primum adumbrare ſum conatus, in Te intuens, cum eſſet ſpes oſtentata Tibi

Digitized by Google

commendatum iri Etruriae felicitatem, & optimarum artium, quarum ipſa parens & altrix dici ſolet, praeſidium, alacrior ſum factus ad perſequendum opus, a quo illius magnitudine ac difficultate deterrebar, Te denique ejuſdem confidi fore patronum hac ſaltem de cauſſa, quod in principatu capeſſendo providendum putares, ut omnes exemplo tuo intelligerent nihil porro tam regium, tam liberale, tam munificum eſſe quam favere ingeniis ac litteris, in quibus quantum praeſtiterint majores noſtri ceteris gentibus, ex hac una Academiae Piſanae hiſtoria facillime omnes cognoſcere poterunt. Tuum munus igitur ſuſcipe ac tuere, quod ſi aſſequar, ſane neque animus, neque diligentia mihi in perficiendo opere deerit.

LECTORI

ARduum sane opus idemque periculosum, Lector candide, suscepimus, sed ingredientibus considerandum fuit quid ageremus; nunc quidem jam quocumque feremur danda nimirum vela sunt. Ac primum admonendos esse lectores putamus, ne a nobis magna et nova expectent. Constare enim inter doctos videtur, iis temporibus, de quibus nunc scribimus, in omnibus disciplinis adeo dominatas esse dialecticorum astutias, et metaphysicorum subtilitates, ut de verbis magis, quam de rebus inter se contenderent homines, et discipuli ab Academiis magis artem fallendi et contradicendi, quam veritatis assequendae discerent. Quapropter operam luderet, qui aut enumerare, aut recensere vellet pueriles opiniones eorum, qui tum in scholis dominabantur, et eorum praesertim, qui se Phi-

Digitized by Google

losophos et medicos esse profitebantur; nam quamvis Jurisprudentia multis contaminata esset vitiis, et nulli legum fontes iniquirerent, et notam haberent disciplinam, consilia, mores, et naturam eorum, qui jura condiderunt, nullique ipsam scientiam in pauca genera digererent, eorumque generum quasi quaedam membra dispertirent, et propriam cuiusque vim definitione declararent, illius tamen fortuna non adeo deploranda erat ac ceterarum, et praesertim physicarum facultatum, quarum garrulam disciplinam nemo nunc est, qui non contemnat atque illudat. Nihilo tamen minus hoc historici munus proprium videtur, ut de iis omnibus (et hi quidem innumeri sunt) qui has facultates in Academia docuerunt, quarumque caussa magni ad illam fiebant concursus, aliquid dicatur, quod non fastidium pariat. Sunt autem sane permulti, quorum omnis memoria sensim obscurata est et evanuit, multi, qui licet ex hominum memoria non prorsus exciderint, quia tamen nihil admodum scripti, quod quidem extet, reliquerunt, vix merentur, ut eorum laus jam prope seneſcens ab oblivione atque silentio vindicetur, alii denique sunt, quorum cum etiam nunc vivam illorum memoriam teneamus, hoc a me exigere visi sunt, ut hanc, si possem, immortalem redderem. Quod dum praestare conabor, vereor ne perpaucis satisfaciam. Videbor enim aliis, et iis praesertim, qui minuti sunt inquisitores rerum, quae ad hi-

storiam litterariam pertinent, nimium pauca, aliis nimium multa dixisse; et erunt nonnulli, qui me edere iis cognoscenda accusabunt, qui haec ipsa saepe audierunt, et ab aliis consignata litteris fuere. Haec et alia hujusmodi plura, cum mecum ipse perpenderem, sane majorem vim habebant ad deterrendum, quam ad cohortandum, sic ut diu nihil minus voluerim quam historiam Academiae Pisanae aggredi, quamvis a multorum vocibus, et ab ipso munere, quod in illa sustineo saepe ad aggrediendam vocarer. Accesserunt demum Principis jussa, quibus si non paruissem, minime vitassem ingrati animi et inertiae suspicionem, praesertim cum ab ipso impetraverim, ut multa monumenta ad Academiam ipsam pertinentia, quae erant in Florentino tabulario, cui nomen *delle Riformagioni*, ad Academicum trasferrentur, quod prorsus carebat munumentis iis, quae respiciebant prisca tempora, illa scilicet, quibus Florentinorum civitas suis florebat legibus, nec universa Etruria in Mediceorum potestatem ditionemque venerat. Atque illa ipsa tempora comprehendet primum hoc operis volumen, cetera vero tribus aliis continebuntur voluminibus, quorum secundum ad Ferdinandi usque II. regnum, tertium ad interitum usque Mediceae familiae, quartum denique ad nostram usque perveniet aetatem, quanquam rem periculi plenam esse intelligam de iis scribere, qui sunt in vivis, aut paullo ante e vita excesserunt. Nemo

enim est, qui sibi suisque non multum tribuat, et non irascatur iis, qui minime effusi sunt in eorum laudibus concelebrandis. Sed jam aetas me et experientia docuit hujusmodi perferre inimicitias, dum nequa suspicio gratiae sit in scribendo, nequa simultatis. Nec minus contemnam eos, qui mihi duram legem imponere vellent, ut nihil praetermittam, quod vel a monumentis, vel a peritis, vel de libris depromi possit. Etenim tam multa sunt, tam varia, in quibus versari debeo, ut mihi velim ignosci non modo si quid praeteriero, sed etiam si qua in re peccavero. Non enim spe praemii, aut gloria commotus veni ad scribendum, sed ut industria mea alienae morem gererem volunti, exemplo vero alios excitarem ad perfectius aliquid elaborandum. Verum non vagabitur oratio mea longius, praesertim cum multa habeam, quae historiae monumentis sunt consignanda.

Digitized by Google

ACADEMIAE PISANAE

HISTORIA.

PARS I.

FUit haec opinio omnium ſaeculorum confirmata conſenſu, doctorum hominum coetus, emporia nobiliſſimarum facultatum auctoritate Principum, vel liberarum civitatum conſtituta, ad quae ex omnibus terris adoleſcentes litterarum ſtudioſi diſciplinae cauſſa confluerent, conferre plurimum ad ſapientiae laudem comparandam, eſſe ornamenta Reipublicae, eſſe lucem orbis terrarum, eſſe virtutis & omnis praeclarae artis officinas. Vix Graecia parens diſciplinarum ad cognitionem rerum fuerat excitata, vix artes invenerat, quibus homines ad humanitatem omnem, omnemque virtutem informantur, cum Athenis in urbe celeberrima Gymnaſia ſunt inſtituta, ad quae ſtudioſi juvenes ex remotiſſimis regionibus concurrebant, nec ſolum ii, qui primoribus, ut ajunt, labris diſciplinas deguſtarunt, ſed etiam qui in ipſis multum proceſſerant, eloquentiſſimique habebantur. Athenienſium exemplum Macedones ſecuti ſunt. Cum enim rerum potiti eſſent, Alexandriae in urbe frequentiſſima, undique doctiſſimis viris acceſſitis, Sapientiae domicilium collocarunt. Neque minus hac laude floruerunt Rhodienſes, ad quos & ipſe Caeſar, & ipſe Cicero, ut de ceteris ſileam, cum hic jam regnum fori prope obtineret, diſcendi cauſſa commearunt. Ipſi

Digitized by Google

quoque Romani, cum imperium orbis terrae, cui imperio omnes gentes, reges, nationes partim vi, partim voluntate conſenſerunt, ad ſe tranſtuliſſent, pacemque conſtituiſſent, non Romae ſolum & Carthagine, ſed & in omnibus fere provinciis Gymnaſia erudiendae juventutis cauſa inſtituerunt, ad quod illa Juvenalis ſpectant: (1)

Nunc totus Grajas, noſtraſque habet orbis Athenas,
Gallia Cauſidicos docuit facunda Britannos,
De conducendo loquitur jam Rhetore Thule.

Quae utiliſſima, florentibus litteris, civitatum rectores & conſervatores eſſe duxerunt, neceſſaria viſa ſunt iisdem ad interitum vergentibus, & cum immanis & inveterata quaedam barbaries omnia denſiſſimis tenebris oppleſſet, ut vix ulla ipſarum litterarum memoria ſupereſſet, tanto non poſſe ſuccurri malo judicatum eſt, niſi vetus mos publicorum Gymnaſiorum renovaretur. Plura hujusmodi habuit Italia, nec defuere Etruriae, inter quae & antiquitate inſtitutionis, & gloria doctorum, & diſcipulorum frequentia maxime floruisse videtur Piſanum hoc noſtrum. Ejusdem nullam extare hiſtoriam demirantur multi; nam quam promiſerat Stephanus Maria Fabbruccius, quaeque ad ipſam pertinentia vulgavit in opuſculis Callogerianis, hujusmodi ſunt, ut a perfectione hiſtoriae plurimum abſint, & declarent tantummodo diligentiam Scriptoris in inquirendis veteribus monumentis. Ne munus aſſignatum a Principe defugiſſe videretur, Eduardus Corſinius, quanquam ſenex eſſet, hiſtoriae Academiae Piſanae manum admovit; non longius tamen proceſſit, & pauca, quae reliquit, adumbrata magis, quam expreſſa dixeris. Quia tamen ex iis quaedam ſunt, quae hominis immortalitate digniſſimi famam ſuſtinere poſſe mihi videntur, quaeque pertinent ad primam Academiae originem, ve-

(1) Lib. V. Sat. XV. v. 110.

tustioraque tempora, ea vulgare decrevi propter ſingulare meum de illius doctrina atque eruditione judicium. Non enim ex illorum ſcriptorum numero ſum, qui aut in rebus aliquid certius ſe allaturos, aut ſcribendi arte ceteros ſuperaturos facile ſibi perſuadent. Partes igitur meae erunt de illuſtranda Academiae hiſtoria, quae incipit a Laurentii Medicei temporibus, & quae in noſtra uſque tempora deſinit, in quo ſi ſatisfecero & Principis beneficentiſſimi voluntati & meo in Academiam ipſam ſtudio, magnum laboris mei me tuliſſe fructum arbitrabor. Sed jam Corſinium ipſum audiamus.

Digitized by Google

CAPUT I.

De Academiarum Origine.

Quod optimo ſapientique conſilio in ſingulis Europae partibus publica quaedam Gymnaſia, vel, ut appellari etiam ſolent, Academiae inſtitutae ſint, in quibus facultates omnes a publicis Profeſſoribus traderentur, id infauſtae litterarum omnium fortunae, denſaeque ignorantiae caligini adſcribi debet, quae miſero quodam fato mille abhinc annis ubique gentium incubuit. Optime nimirum noverant ſapientes illi, qui ipſarum erigendarum auctores fuere, quod extincta fere apud omnes litterarum gloria, feliciter haec inſtaurari, vel reviviſcere non poterat, niſi publicae quaedam ſcholae in nobilioribus praeſertim urbibus excitarentur, in quibus facultates omnes doceri, vel adoleſcentes omnes erudiri poſſent, ſimulque publica Principum auctoritate ac munificentia ipſarum praeceporibus praemia, doctiſque viris honores decernerentur, ut omnes ingenuo laudis amore, vel praemii ſpe excitati veteres aemulari, paremque laudem aſſequi conarentur; ideoque gloriam a majoribus partam aſſerere & amplificare niterentur. Hinc merito ſcriptores omnes, qui maxima eruditionis & ingenii laude Academiarum hiſtoriam ſuperioribus faeculis ſcribendam ſuſcepere, ut ipſarum primordia accuratius exponerent, earumque incrementa, leges & ritus omnes ſuis ex fontibus hauſtos ac derivatos deſcriberent, in ipſo veluti limine miſeram temporum illorum conditionem ſuis fere coloribus expreſſere, quibus ubique gentium barbaries regnabat, ut facilius intelligi poſſet, quibus deinde praeſidiis barbaries illa diſpelli, ac renatis ubique litteris, facultatum ſtudia reviviſcere, novaque luce perfundi coeperint.

Digitized by Google

Ac initio quidem Scriptores omnes fatentur, quod collapſa veteri Imperii majeſtate, barbariſque gentibus, ac foeda populorum colluvie florentiſſimas Europae provincias invadente, liberales artes atque honeſtiſſimae diſciplinae, quae regnantibus etiam in Italia Gothis (1) adhuc floruerant, ita obrutae & extinctae ſunt, ut vix earum nomen ſupereſſe videretur (2).

Quemadmodum vero Carolus ille, qui rerum ſplendide, praeclareque geſtarum gloria *Magni* nomen obtinuit, bellica fortitudine, & armorum impetu Italiae, Galliae, & Germaniae Provincias a diuturno Barbarorum jugo liberavit, ac priſtinam Romani Imperii majeſtatem aſſeruit, ita quoque de reſtituendis ubique litteris ſerio cogitavit, ut nova prorſus earum facies, quae prius ſquallida & incompta fuerat, affulgeret. Itaque quum ipſe litteras, & litterarum amorem ab Alcuino, praeſertim vero a Petro Piſano Diacono (3) didiciſſet, doctorum virorum conſilio & opera circa annum 780. Pariſienſem in Gallia, ac Ticinenſem, atque, ut opinantur alii, Bononienſem, vel Patavinam in Italia (4) Academias inſtituit, in quibus adoleſcentes undequaque confluentes erudiri facile poſſent (5).

Quandoquidem vero mediocris ille magiſtrorum numerus, & ſola paucarum Academiarum inſtitutio par eſſe non poterat, ut ſinguli ampliſſimarum, longeque diſſitarum regionum incolae ad ipſas confluerent,

(1) Caſſiod. Praef. Divin. Inſtit. & Epiſt. 22. Lib. I.

(2) Vid. Baluz. ad Regin. Prun. Murator. Diſsert. XLIII.

(3) Eginer. Vita Carol. M.

(4) Vid. Murator. Diss. XLIII. pag. 883.

(5) Monach. Engolis. Vita Car. M. an. 787. *Domnus Carolus Rex iterum a Roma Artis Grammaticae, & Computatoriae Magiſtros ſecum adduxit in Franciam, & ubique ſtudium Literarum expandere juſsit. Ante ipſum enim in Gallia nullum ſtudium fuerat liberalium artium.* Vid. Bar. a. 787.

ideoque singuli facultatum ſtudiis incumberent, Auguſtus ipſe Occidentalis Imperii coronam adeptus, plures alias in Gallia & Germania scholas inſtituit, aut inſtauravit, quae a Launoio diligentiſſime recenſentur in libro de scholis celebrioribus a Carolo M. inſtitutis.

Ita Lotharius Auguſtus ejus nominis I. plures in Italia urbes deſignavit, ad quas e ceteris Italici Regni civitatibus convenirent, ut in Pragmatica Sanctione (1) anno 823. edita conſpicimus, ubi in Titulo de Doctrina legitur. *De Doctrina vero, quae ob nimiam incuriam atque ignaviam quorumque Praepoſitorum cunctis in locis eſt funditus extincta, placuit, ut ſicut a nobis conſtitutum eſt, ita ab omnibus obſervetur . . . . Propter opportunitatem tamen omnium apta loca diſtincte ad hoc exercitium providimus, ut difficultas locorum longe poſitorum, ac paupertas nulli ſieret excuſatio. Primum in Papia conveniant de Mediolano, de Brixia, de Laudo, de Bergomo; de Novaria, de Vercellis, de Derthona, de Aquis, de Genua, de Aſte, de Cuma. In Eboreia ipſe Epiſcopus hoc per ſe faciat. In Taurinis conveniant de Vighintimilia, de Albengano, de Vadis, de Alba. In Cremona diſcant de Regia, de Placentia, de Parma, de Mutina. In Florentia de Tuſcia reſipiſsiant. In Firmo de Spoletinis Civitatibus conveniant. In Verona de Mantua, de Tridento: in Vicentia de Patavio, de Tarviſio, de Feltris, de Ceneto, de Aſolo; reliquae civitates Forum Julii ad Scholam conveniant.*

Providam hanc paternamque curam, qua Principes illi inſtaurandis fovendiſque litteris adeo populorum fauſtitati proſpexere, Romani Pontifices non modo ſunt aemulati, ſed etiam longiſſime ſuperarunt, ideoque, graviſſimis legibus editis, (2) ſanxerunt, ut in Eccleſia qua-

---

(1) Capitul. apud Murator. T. I. Part. II.

(2) Concil. Roman. an. 826. ſub Eugenio II. *In Universis Epiſcopiis, ſubiectisque Plebibus omnino cura, & diligentia habeatur, ut Magiſtri, & Doctores conſtituantur, qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium aſſidue doceant:* Murat. Dissert. XLIII.

Digitized by Google

libet, in Monaſteriis, in Paroeciis omnibus litterae docerentur, quibus ad ſacras diſciplinas aditus fieret, ut eximia prorſus eruditione, ſubiectiſque exemplis anni 796. & 908. Muratorius demonſtravit (1). Itaque iniquior, ne quid aſperius dicam, Baelii, Barbeyracii, & Brukeri ſententia refelli debet, qui Romanis Pontificibus, praeſertim vero Gregorio M. litterarum neglectum, ipſarumque extinguendarum ſtudium impudentiſſime adſcripſere : perinde quaſi Pontifices illi, dum ſacrarum, divinarumque litterarum ſcientiam inculcabant, earumque ſtudia profanis diſciplinis omnibus anteferebant, liberales artes, atque honeſtiſſimas diſciplinas alias ex mortalium animis penitus extorſiſſent. Tantum tamen abeſt, ut imprudens adeo conſilium Gregorio M., ut de ceteris ſileam, affingi poſſit, ut potius perſpicuo Joannis Diaconi (2), coaevi nempe Scriptoris, teſtimonio compertum ſit, quod artes omnes, & liberales diſciplinae, Gregorio duce et auctore, floruerunt (3) ac Pontificii Palatii atrium, vel, ut ait ipſe, Sapientiae templum ſeptemplicibus artibus fulciri videretur, iis nempe doctrinis, quae temporibus illis eruditionem omnem complecti, & *trivii* ac *quadrivii* nomine deſignari conſueverunt. Hinc optime vereque dixit Thomaſſinus (4) quod iis temporibus *erat Roma domicilium diſciplinarum omnium Sacrarum, & Schola litterarum florentiſſima, ſicut & artium*. Aſſiduis Romanorum Pontificum vocibus & exemplo excitati Epiſcopi, Principibus ipſis auctores fuerunt, ut erudiendis adoleſcentibus ubique Gymnaſia excitarentur. Sic in VI. Pariſienſi Concilio an. 829. Ludovico Pio Francorum Regi preces ejusmodi porrexere, eaſque in Concilio III. Valentino an. 855. Caroli Calvi tempore renovarunt, licet eorum

(1) Murat. Diſſert. XXXXIII. col. 811.
(2) Period. II. Part. II. Lib. 2. c. 13.
(3) Vid. Caraf. pag. 123.
(4) De Benef. Par. II. Lib. I. c. 95.

Digitized by Google

votis tum inteſtina Carolingiorum Regum diſſidia, tum frequentes etiam Northmannorum incurſiones obſtiterint, ut perinde ſolis Hugonis Capeti temporibus optata felicitas illa contigerit. Francis ſplendidam hanc facem praeferentibus, Angli quoque ſub Alfredo Rege bonarum artium amantiſſimo ſaeculo IX. litterarum gloria floruere; quumque saeviſſima Danorum incurſione tranquillitas illa turbata foret, ideoque docendarum litterarum ardor deferbuiſſet, mox Henrici II. & Richardi temporibus illaè reviviſcere, & augeri coeperunt. In Germania quoque Othones Auguſti litterarum ſtudia, qua conſilio, qua patrocinio, qua munificentia mirifice propagarunt, donec ſaeculo X. quod merito *plumbeum* ac *ferreum* appellatur, ubique fere priſtina barbaries igruere, ubique regnare coepit. Itaque litterae ex locis omnibus, veluti extorres apud nationes omnes, in Monaſteria veluti in arcem ſe receperunt, atque ex communi miſeroque naufragio ſervatae reſpirarunt. Id Conringius (1), Naudaeus & Mabillonius aliique plurimi demonſtrarunt, qui ea de cauſſa Monachos praeclare de litteris, omnique diſciplinarum genere meritos eſſe fatentur, quum ipſi veterum ſapientum hominum codices, ipſa quoque Ethnicorum volumina, omnia denique litterarum praeſidia conſervaverint, ac ipſum diſciplinarum nomen ab interitu vindicarint.

Quamvis autem in scholis illis, quae in Monaſteriis, aut Eccleſijs, aut illorum temporum Academiis apertae fuerunt, ſola Grammaticae praecepta tradita memorentur, perſpicue tamen apparet, quod Grammaticae nomine liberales etiam artes, ſive ut Johannis Diaconi verbis utar, ſeptemplices artes exprimebantur. Ejusmodi vero artium, vel facultatum diſtributio a Boethio quoque, & Caſſiodoro memoratur, qui *Trivii* nomine Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam

defi-

(1) Antiquit. Acad.

Digitized by Google

deſignarunt (1) *Quadrivii* vero Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, Aſtronomiam, ideoque ſingulas facultates, quae iis temporibus in pretio haberi conſueverant, in ipſis traditas, ac illuſtratas eſſe conſpicimus. Quin etiam ipſam quoque ſacrorum Canonum ſcientiam, quorum veteres Collectiones a pluribus editae circumferebantur, traditam eſſe exemplis innumeris erudimur, quum optime ſane intelligerent ſine ejusmodi cognitione, neque ſacros ritus peragi, neque controverſias dirimi, neque Religionis auctoritatem conſervari, neque Fidelium ſocietatem inſtitui regique poſſe.

Quid vero quod ipſa quoque civilis Juriſprudentia, vel Romanarum Legum cognitio non in publicis ſolum Scholis, aut Academiis, ſed in ipſis etiam ſacris Aedibus aliquando tradita memoratur? Certe quum Italiae populi, ideoque etiam viri Eccleſiae addicti, vel Salica Ripuaria, vel Longobardorum lege vivere profiterentur, inter Statuta Ludovicii Pii Leg. 55. conſtituitur; *Ut omnis ordo Eccleſiarum Lege Romana vivat, & ſic inquirantur, & defendantur Res Eccleſiaſticae*. Itaque Sacerdotes omnes ac Monachi, quum Eccleſiarum ac Monaſteriorum jura Romanis Legibus tueri cogerentur, Leges ipſas conſulere, addiſcere, & docere coacti ſunt, ut Maſſilienſis Monachi exemplo Capite II. & IV. demonſtrabimus. Illuſtre ejus moris exemplum eruditissimus Muratorius in Charta quadam nobis propoſuit, qua Aretinae Ecclesiae jura contra Senenſe Epiſcopum a Juriſconſulto quodam aſſerta, et propugnata fuerunt. Quum enim inter Antiſtites illos controverſia quaedam exorta foret de quibuſdam Paroeciis, quas Senenſis Epiſcopus ſibi vendicabat, atque exinde S. Anſani corpus abſtulerat, monumento, quod anno 752. Aretini Epiſcopi Patronus (2) exhibuit, Legum Romanarum auctoritas, praeſertim vero Codicis, &

(1) *Vid. Murator.* col. 911.
(2) Murator. Col. 889.

Digitized by Google

Digeſtorum loca citata ſunt; quemadmodum etiam in Placito, quod anno 767. Ravennae editum fuit: quod argumento eſſe debet iis temporibus Romanas Leges Theodoſianum ac Juſtinianeum Codicem, Pandectas etiam in Italia agnitos, & explicatos fuiſſe, & in foro obtinuiſſe, quod & in Gallia quoque ſaeculo IX. uſitatum fuiſſe ex S. Aldrici Cenomanenſis Epiſcopi Vita a Baluzio edita demonſtratur. Hinc Ivo Carnotenſis, qui circa annum 1100. ſcripſit, plures Digeſtorum Leges producit (1) easdemque Digeſtorum Leges Gratianus Monachus in Decreto anno 1151. edito exſcripſit (2).

Quemadmodum vero ſaeculis illis frequentior utriuſque Codicis uſus fuit, ejuſque praeſidio & auctoritate controverſiae plurimae in foro dirimebantur, ita viciſſim infrequens admodum ac rara Pandectarum cognitio fuit, donec ipſorum liber aut Bononiae, aut potius Ravennae inventus in Academiis publice expoſitus, variiſque obſervationibus illuſtratus fuit. Haec gloria ſumma conſenſione Valtero Gualterio, vel ut frequentius vocari ſolet, Irnerio tribuitur, iſque, ut Sigonii verbis utar, (3) *Philoſophiam Bononiae docens Mathildis rogatu Pandectas interpretari coepit, & primus Gloſſas in eos emiſit*, quod anno Salutis 1102. contigiſſe demonſtravit. Itaque celeberrimi Bononienſis Gymnaſii origo ad ea praeſertim tempora referri debet, quamvis Bononiae ante Irnerium ipſum Pepo leges docuerit, ac ſaeculo XI. Lanfrancus, Varnerius alter, Petrus Damiani, aliique plures doctiſſimi viri ex Bononienſi Schola prodiiſſent. Nec plurimum fortaſſe fallar, ſi ab ipſis etiam Lotharii Auguſti temporibus ibi ſcholas floruiſſe dixerim, quum in variis Italici Regni urbibus recenſendis, ex quibus adoleſcentes ad alias confluere praecipiuntur, nulla Bononiae mentio fa-

(1) Tanuc. Lib. I. c. 1.
(2) Tanucc. Lib. 1. c. 5.
(3) Hiſt. Bonon. ad annum 1102.

ēta fuerit, perinde quaſi peculiares ibi, ac veluti domeſticas ſcholas habuerint: quamvis antiquior ipſius mentio occurrat in Henrici IV. Placito anno 1116. in quo *Warnerius Bononienſis Judex vocatur*.

Quamvis autem Bononienſes ipſi Legum Doctores Irnerii ſucceſſores jurejurando ſe obſtringere conſueviſſent, quod alibi docere, vel auditores alio allicere non poſſent (1), finitimae tamen Civitates aliae, Bononiae exemplo incitatae, publica Juris Gymnaſia aperire celebreſque Juriſconſultos allicere ſtuduerunt. Hinc Mutinae anno 1170. Scholae apertae ſunt, longeque prius Parmae circa 1000. Aretii quoque an. 1215. Roffredus Beneventanus Juris cathedram obtinuit: quod de pluribus aliis Italiae civitatibus Pancirolus, ac Medendorpius obſervarunt, ubi de Claris Legum Interpretibus, vel celebrioribus Academiis diſſeruere. At ingens ille naſcentium Academiarum numerus, ac frequens adeo Legum Romanarum cognitio a pleriſque ex Lotharii II. Auguſti edicto profluxiſſe creditur, qui Pandectarum volumine Piſas delato, reliquas quidem Leges omnes abolevit, ac ubique Romano jure vivi, cauſſaſque ex illo ſolo dirimi praecepit: quo certe fieri oportuiſſet, ut ubique fere Romanum jus doceretur, ut ubique in foro uſurpari facile poſſet. Certe Uſpergenſis ad annum Chr. 1126. de Lothario II. loquens ait: *Eisdem temporibus Dominus Vernerius Libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quiſquam in eis ſtuduerat, ad petitionem Mathildis Comitiſſae renovavit, & ſecundum quod olim a Divae recordationis Imperatore Juſtiniano compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpoſitis, eos diſtinxit, in quibus continentur Inſtituta . . . Edicta quoque Praetorum . . . in Libro Pandectarum, videlicet in Digeſtis, Liber Codicis, quartus Liber eſt Authenticorum. Hujus temporibus Magiſter Gratianus Canones, & Decreta, quae variis Libris erant diſperſa, in unum Opus compilavit.* Sed Auctor ille tempora miſere confudit, quum Comitiſſa Mathilda anno

(1) Vid. Murator. Diſs XLIV. pag. 9c1.

1115. e vivis exceſſerit, antequam Lotharius anno 1125. Imperium ſuſciperet. Ad haec Pandectae longe ante Lotharii tempora inventi, atque ab Irnerio explicati ſunt, ut antea vidimus, & Edictum illud, quod Lothario tribuitur, nulli certo monumento innititur, multoque minus Pandectarum uſus, atque cognitio primum ex Piſano Codice profluxiſſe cenſetur. Ingenue tamen fatendum, quod licet ante Piſani Codicis inventionem, quaecumque illa fuerit, alia Paudectarum exemplaria in Italia forent, deinde tamen omnia Legum exemplaria ex ſolo Piſanorum volumine, veluti ex archetypo derivarunt. Id elegantiſſime, maximaque ingenii & eruditionis laude demonſtravit Leopoldus Andreas Guadagnius clariſſimus in Academia noſtra Pandectarum Interpres. Etenim, ut varia argumenta omittam, ille feliciter obſervavit, quod quum in Florentino, ac jampridem Piſano Pandectarum volumine compingendo peccatum fuiſſet, ac imperitus librarius folia quaedam alieno prorſus loco temere collocaſſet, hic idem error in Vaticanis, aliiſque Pandectarum exemplaribus reperitur, quod argumento eſſe debet Codices illos ex Pisana littera, ſive Piſano volumine exſcriptos fuiſſe, quod nitore, antiquitate, & accuratione ceteros Codices omnes longiſſimè ſuperabat; ut proinde merito Florentiae anno 1553. a Franciſco Torellio typis editus, ac in tria volumina diſtributus fuerit, ejuſque hiſtoriam Henricus Brenkmanus illuſtraverit.

Ceterum ubi Pandectarum libri, omneſque Legum Romanarum partes, ac ipſum quoquè Gratiani Decretum, & Gregorii Decretales, Pontificii nempe Juris doctrina, ac Sententiarum Libri in Theologorum uſum a Petro Lombardo circa annum 1150. compoſiti in Academias ipſas ſenſim inſequentibus ſaeculis invecti forent, mirum eſt certe quot in Italia ſcholae, vel ut appellari coeperant, univerſarum diſciplinarum Studia, ſive *Univerſitates* plerumque XIII. ſaeculo apertae, vel inſtauratae fuerint, quarum catalogus apud Medendorpium ipſum legi poterit.

Digitized by Google

Augendo quoque ipſarum ſplendori curatum, ut Caeſareum aliquod, aut Pontificium Diploma haberetur, quo ipſarum Profeſſores, aut Scholaſtici decorarentur peculiaribus quibusdam titulis, & privilegiis, aut honoribus fruerentur; praeſertim vero Auditores, qui vel ingenio, vel doctrinae laude excellerent, publicoque judicio probati forent honorificis quibusdam titulis inſignirentur, Magiſtri, Judices, moxque Doctores etiam vocarentur, quum prius ſplendidum hoc nomen iis ſolum tribueretur, qui vere docerent (1).

Quandoquidem vero publica ejuſmodi facultatum Gymnaſia plerumque in Epiſcoporum aedibus, vel prope Eccleſias, aut Epiſcoporum aedes inſtituta ſunt, ac vigili perennique Epiſcoporum curae commendata fuerunt, nequid religioni, vel honeſtati morum contrarium doceretur; id in more poſitum fuiſſe conſpicimus, ut haec honorum diſtributio ſoli Epiſcoporum judicio committeretur, ut quicumque Doctoris laurea decorari cuperet, id ab Epiſcopo certis quibusdam ritibus obtineret, de quibus alibi opportunius differemus; ubi de variis etiam Praeceptorum Claſſibus, de *Juriſtarum & Artiſtarum* Collegiis, de Academiarum Rectoribus, de Licentiati, Baccalaurei, Doctoris gradibus aliiſque pluribus agendum erit.

Interim vero coronidis loco addidiſſe juverit, quod quamvis omnes fere Italiae Academiae XIII. ſaeculo inſtitutae, vel inſtauratae, vel amplificatae ſint, prima tamen ipſarum origo tenebris involuta reperitur, ut de Patavino Gymnaſio Urſatus, (2) Riccobonus, (3) Facciolatus (4) ingenue teſtantur; ideoque varia a variis ſcriptoribus proferuntur, ut de Piſano quoque Gymnaſio, vel Academia noſtra proximo loco dicturi ſumus.

---

(1) Facciol. p. 9.
(2) Hiſt. Patav. Lib. III.
(3) De Gymnaſ. Patav.
(4) Syntagm. I. p. I.

CAPUT II.

Variae Scriptorum ſententiae recenſentur, ac refelluntur, qui Academiae Piſanae primordia in XI. Saeculo exeunte, vel ineunte XII. Saeculo collocarunt.

DE prima Academiae Pisanae origine loquuturus, ac varias Scriptorum ſententias ea de re propoſitas hic ordine traditurus, merito ab iis Scriptoribus exordiar, qui Academiae noſtrae primordia ab antiquioribus temporibus auſpicantur, ut proximo deinde loco ii memorentur, qui eam recentiſſimam prodidere, ejuſque originem ab XI. ad XIV. Saeculum tranſtulere.

Itaque nonnulli Scriptores primam Piſanae Academiae originem in medio ſaltem XI. Saeculo collocandam eſſe arbitrantur, idque perſpicuis documentis conſtare putarunt. Ejuſmodi certe opinio, quae a Cl. Grandio indicata fuerat, ab Equite Flaminio de Burgo in Academia noſtra Caeſarei Juris interprete propugnata fuit in erudita Diſſertatione, quam de Piſanae Academiae origine mihi perhumaniter communicavit, atque nuperrime typis edidit. Etenim in ampliſſima Monumentorum veterum Collectione, quam doctiſſimi Benedictini Ordinis Monachi Martene & Durand ſuperiori ſaeculo edidere, reperitur Epiſtola, quam Maſſilienſis Monachus Monaſterii S. Victoris ad Abbatem ſuum Piſis dedit: quumque in illa perſpicue diſerteque legatur, quod iis temporibus Juriſprudentia Piſis tradebatur, & Academia illa aliarum Italicarum inſtar maxima auditorum frequentia celebrabatur, ſi Epiſtola ipſa anno 1065. ut Scriptores ipſi, & nuperrimus hic Auctor

exiſtimavit, ſcripta fuit, dubitari certe non poteſt, quin Academiae noſtrae primordia ad XI. Eccleſiae ſaeculum referri debeant; ut anno 1065. tanta doctrinae gloria, & auditorum numero florere potuerit. Integram fere epiſtolam hanc exſcripſiſſe nunc libet, ut ipſius ſcriptae tempus appareat, & Academiae noſtrae coaevi celebritas Scriptoris teſtimonio demonſtretur (1).

B. ſuo reverentiſſimo Domino, digniſſimo Monaſterii Maſſilienſis diſpenſatori quam optimo R. ejusdem Servus . . . debitae ſervitutis obſequium.

Narrat ipſum recens electum fuiſſe: *me quondam praedicti Coenobii fratrum accepta licentia pro quodam nobis imminenti, & intollerabili negotio, ſatis, ut credo, jam vobis notificato Romam ire coepiſſe.*

Narrat ſe ſtudiis Romae operam dediſſe, ideoque reditum diſtuliſſe. *Nunc autem, quia per totam fere Italiam ſcholares, & maxime Provinciales, nec non ipſius Ordinis, de quo ſum, quia plures legibus catervatim ſtudium adhibentes inceſſanter conſpicio, & Monaſterium noſtrum a Clericis, & a Laicis ſine intermiſſione placitando laceſſiri, atque juſtarum poſſeſſionum detrimentum pati conſidero, aliquantulam hujuſmodi ſcientiam habere deſidero. Nam ſiquid in hoc opere, divina largiente gratia, praevalerem, nec ſecularibus placitis inhiarem, ſed ſolam noſtri Monaſterii juſtitiam quantum poſſem adjuvarem. Si veſtrae igitur, ſumme Pater, dignitati placeat, ut in hoc opere, ſtudium pro poſſe meo exerceam, quaeſo & ſupliciter obſecro, quatenus ſuper hoc negotio charitativam mihi licentiam impendatis, & Piſano Priori veſtris litteris, ut mihi ſubveniat, mandare diſponatis. Si enim, quod expecto, apud veſtram miſericordiam impetravero, Piſas ad exercendum ibi ſtudium, ſi Deus conceſſe-*

(1) Marten. T. I. p. 470.

rit, adiero. Interim autem uſque ad feſtivitatem S. Michaelis veſtrae conſolationis praeceptum expectavero. Valete.

Cl. Editores obſervant, quod quum Abbatis recens electi nomen unica initiali Littera B. indicetur, Epiſtola ad annum Chr. 1065. referri debet, quo Bernardus Maſſilienſis Abbas in Catalogo numero XX. notatus electus fuit, unde Monachus ille fortaſſe *Raimundus* tum officii memor, tum benevolentiam ſibi conciliaturus novam hanc dignitatem ipſi gratulatur. Itaque perſpicuo hoc Monachi teſtimonio demonſtratur, quod anno 1065. Piſis Juriſprudentiae ſtudia Praeceptorum gloria & Auditorum frequentia florebant; ejuſque Profeſſoribus ſtipendia e publico Senatus aerario praebebantur, quum Monachus ipſe ſuppetias humillime poſtulans nullibi de ſtipendio Praeceptoribus ſolvendo loquatur. Ac ne Piſis Academia tunc primum inſtituta dicatur, quum Monachus ille Piſas advenit, ejus initia circa annum 1050 conſtitui poſſe videntur, poſtquam Bononiae, Pandectis inventis, eos B. Lanfrancus ante annum 1042. explicare jam coeperat (1).

Sed quamvis haec maxima veri ſpecie dicantur, ſi tamen Epiſtola penitius exploretur, & cum ſinceris monumentis aliis conferatur, perſpicuum fiet Epiſtolam ipſam anno 1065. recentiorem eſſe oportere, ideoque nihil praeſidii ad afferendam Piſanae Academiae antiquitatem ſperari inde posse, ut Academiae noſtrae origo ab XI. ſaeculo repetatur. Etenim, ut argumenta cetera prorſus omittam, Monachus epiſtolae ſcriptor impenſe rogat, ut Abbatis Maſſilienſis imperio Prior Piſanus ſibi Piſis degenti ſubveniat, ideoque apparet, quod tunc temporis Piſis aliquis Ordinis Prior reperiebatur, qui Maſſilienſis Abbatis imperio ac juriſdictioni ſubiectus foret. At anno 1065. neque Prior ullus Piſanus eſſe poterat, quum Monaſterium Maſſilienſibus traditum anno demum 1107. conceſſum fuerit, quod a Monaſterio

(1) Grand. Epiſt. de Pand. n. 14.

S. Victoris penderet. Diploma, quo Petrus Moriconus Camaldulenſis Ordinis Monachus, & Archiepiſcopus Piſanus Monaſterium SS. XII. Apoſtolorum Maſſilienſibus conceſſit a Clar. Editoribus ipſis exhibetur (1).

Ex integra Diplomatis hujus ſerie manifeſtiſſime apparet, quod nullus omnino ex Maſſilienſibus Monachis tunc temporis Piſis interfuit, ideoque Archiepiſcopus non Monachis ipſis in urbe vel Dioeceſi Piſana jampridem degentibus, ut opinatur Cl. de Burgo, ſed in Maſſilienſi ſolum Conventu degentibus beneficium illud contulit. Siquidem, ut opinor, ipſorum fama ac celebritas ipſi jam cognita fuit, non modo quod Piſani Cives commercii cauſſa frequentes Maſſiliam appellerent, verum etiam quod in Sardinia plura Monaſteria Massilienſibus ipſis ſubjecta forent, ideoque facile ipſorum ſanctitas Praeſulem Benedictini Ordinis alumnum movere potuit, ut ipſos non in urbe quidem, ſed in Piſana ſolum ditione excipere cuperet, atque iis Monaſterium antiquitus exſtructum concederet, cujus certe memoria jam inde ab an. 1030. reperitur. Itaque prorſus immerito Scriptor ipſe putavit, quod Monaſterium aliud Piſis extaret, quod a Maſſilienſibus regeretur, ut Monachus Epiſtolae Scriptor ſe a Piſano Priore recipi ac in ſtudio peragendo juvari peteret. Ergo Monachus ille Maſſilienſis Epiſtolae ſcriptor Piſas appellere, ibique moram trahere, & ad Maſſilienſem Abbatem litteras dare non potuit ante annum 1108. quo Prior Piſanus Monaſterium habere coepit.

Ceterum Monaſterium illud Massilienſibus conceſſum non in urbe, ſed in collibus, maritimiſque locis Piſarum urbi finitimis poſitum fuerat prope Caſtellinam, ubi ejus rudera, vel veſtigia conſpiciuntur. Itaque in Monaſteriorum & Eccleſiarum ſerie, quibus an. 1294. a Republica Piſana praebendorum militum onus imponitur, recenſe-

C

(1) Pag. 614.

tur Monaſterium S. Quirici, Monaſterium SS. Apoſtolorum, tandemque Monaſterium ipſum anno 1385. ab Urbano VI. Monaſterio ſuburbano S. Savini unitum fuit. Quandoquidem vero Monaſterium illud Maſſilienſibus conceſſum ab urbe diſtabat, Monaſterium etiam aliud Maſſilienſibus ipſis conceſſum in ipſa Piſarum urbe reperiebatur.

Siquidem Piſani, quum ex Balearica expeditione redirent, eorum quidem corpora, qui in pugna perierant, Piſis tumulanda navibus impoſuere: ſed mutato tamen conſilio, ne ipſorum adſpectus cives in Patria funeſtaret, ea Maſſiliae in S. Victoris Eccleſia tumularunt, hac appoſita Epigraphe, cujus poſtrema ſolum verba proferimus (1)

Defuncta ſuorum
Corpora claſſe gerunt, Piſaſque reducere quaerunt:
Sed ſimul adductus ne turbet gaudia luctus
Laeti pro Chriſto tumulo clauduntur in iſto.

Tanta vero pietatis ac humanitatis officia Piſani cives a Monachis illis experti ſunt, ut perenne memoris gratique animi monumentum extare voluerint, atque a Piſano *Populo* impetraverint, ut Eccleſia S. Andreae in Kinſica (2) Monachis ipſis regenda & adminiſtranda concederetur; ac Prior, qui ibi curam animarum gereret, ſemper Monachus foret, qui a Maſſilienſi Abbate electus Piſis degeret: quod poſteris e-

---

(1) Tronci Annal. Piſ. pag. 45.

(2) „ Nel mille cento ſedici il Comune di Piſa con ſuo pericolo e fatica e ſpe-
„ ſa aveva cavato di man dai Saracini Majorica e Minorica, de che mor-
„ ta fue molta gente e buona de' Piſani, e ſepolta a Marſiglia a una Chie-
„ ſa ſi chiama S. Vittorio, e però fue donata dal Comune di Piſa alli
„ Monaci del detto luogo la Chieſa di S. Andrea in Chinzica. Cron. di Piſa c. 2. ap. Murat. T. XV.

Digitized by Google

tiam aetatibus factum conſpicimus (1). Certe in eadem ipſa Monumentorum Collectione a doctiſſimis Monachis adornata, Maſſilienſis Monachi B. ad Abbatem ſuum G. Epiſtola reperitur anno 1150., in qua Monaſterii Piſis exſtructi, ejuſque Prioris a Maſſilienſibus eligendi mentio fit. Eadem quoque Eccleſia ac Monaſterium, in quo Monachi, Prior, atque Abbas reperiebatur, in S. Raynerii vita memoratur, qui anno 1161. ad ſuperos abiit: atque a Maſſilienſibus Monachis ad annum uſque 1404. occupatum fuiſſe ex Innocentii VII. Litteris apparet, qui Monaſterium ipſum Maſſilienſibus Monachis *ademptum* Ordini Servorum conceſſit. Itaque quum Monaſteria Maſſilienſibus ante annum 1107 & 1115. conceſſa non fuerint, manifeſtiſſime inferri debet, quod anno 1065. aut Piſanum Monaſterium, aut Pisanus Prior Piſis haberi non poterat, qui Massiliensis Abbatis imperio Monacho roganti ſuppetias ferret, ipſique ſtudiis operam daturo conſuleret.

Denique dubitari non poteſt quod anno quoque 1213. Monaſterium illud Piſis extaret, dumque Monachus ille Piſis Epiſtolam dedit, Massilienſes Piſanum Monaſterium illud incolerent. Quid enim Monachus Ticino Romam petens Pisas appulisset, niſi ut ad aliquod Ordinis ſui Monaſterium appelleret, in quo benevole exciperetur? Quis fieri potuisse exiſtimet, ut in tanta rerum egeſtate, qua premebatur, Piſis moram traheret, ac Abbatis ſui reſponſum ibi praeſtolaretur, niſi ut ceteris omnibus ignotus a Monachis ſuis Piſanis fortasse Massiliae cognitis vitae neceſſaria obtineret? Ergo Monaſterium illud ad XIII. ſaecu-

(1) *Prioratus S. Andreae in Kinſica Piſis Ordinis S. Benedicti, qui Curatus exiſtit, Curam Parochialem habens adnexam a Monaſterio S. Victoris extra Civitatem Maſſilica ejusdem Ordinis dependet, & per ipſius Monaſterii Monachos gubernari, nec non illum obtinens, ab eodem pro ſolo nutu Abbatis pro tempore exiſtentis, & Conventus d. Monaſterii amoveri, & ad clauſtrum dicti Monaſterii revocari conſuevit.* Bulla Innocentii VII. 24. Kal. Mart. an. 1.

lum permanſit, donec rerum viciſſitudine deſertum fuit. Itaque quum ſingula conſtanter adeo nitideque conveniant, Epiſtola anno 1213. exarari debuit, ideoque florentis adeo Academiae initium ante annum 1200. certiſſime collocari.

Haec, ut opinor, Cl. Grandium (1) impulere, ut superiorem Maſſilienſis Monachi Epiſtolam non anno 1065. ſed anno demum 1213. ſcriptam eſſe putaret, ut opportunius Capite IV. oſtendetur.

Altera Scriptorum opinio eſt, quod Academiae principium ineunte XII. ſaeculo adſcribi debeat. Quum enim Pandectarum Libri Bononiae feliciter inventi forent, primum quidem a B. Lanfranco ante annum 1042. explicati ſunt, (2) tum Magnae Comitissae Mathildis auſpiciis a doctissimis viris praelegi ac illuſtrari coeperunt, ut Irnerius anno 1102. incredibili plauſu, & auditorum frequentia illos expoſuit. Quis autem exiſtimet Heroinam illam, quae Etruriam, ac Piſanam urbem peculiari cura, & amore complectebatur, Etruriae populis fauſtitatem hanc invidisse, non vero potius incredibili quodam ſtudio, & ardore curasse, ut Legum Romanarum cognitio ad Etruscos ipſos ac praeſertim Piſanos manaret, Romana Juriſprudentia doctiſſimorum hominum opera publice proponeretur, apertaque Piſis Academia longe lateque diffunderetur? Certe in plurimis placitis, quae a Comitiſſa variis in locis edita ſunt, Romanarum Legum auctoritas indicatur, quod facile fieri non poterat, niſi leges illae in Etruria traditae, vulgo receptae, omnibuſque perſpectae forent, hoc eſt in Etruria publice traderentur. Hinc Antonius Perezius ait: *quum Irnerius primus omnium Juris Profeſſionem aperuiſſe credatur, neceſſe eſt Piſis quoque ipſum docuiſſe; verum de ſola Bononienſi Cathedra conſtare puto* (3) ſi-

(1) Epiſt. de Pand. n. XI.
(2) Grand. n. XIV.
(3) Comment. in Inſtit. Lib. I. init. Brek. Hiſt Pand. Lib. I. C. V. in fine.

cuti Gothofredus de Pandectis ipſis loquens, ait. *Piſis quoque precibus Magnae Mathildis Thuſciae Comitis explicatae ſunt* (1). Sed accuratior Perezius, diſſimulato Mathildis nomine, quae anno demum 1115. ad ſuperos abiit, teſtatur, quod Lotharii II. temporibus Romanum Jus reviviſcere incoepit, quum praeſertim Lotharii Auguſti decreto ſancitum fuerit, ut, legibus aliis abrogatis, ſolum Jus Romanum in foro obtineret. Hinc ait: *hoc ergo Juſtinianeum opus e tenebris erutum Lothario Imperatori debemus, qui Irnerii ejus aetatis viri celeberrimi conſilio id in Gymnaſiis doceri, in foro obſervari, & primum Piſis praelegi juſſit*. Itaque ſi haec opinio ab aliquo veterum prodita foret, aut meliori veterum teſtimonio niteretur, Academiae noſtrae origo poſt annum 1125, quo Lotharius imperium obtinuit, incidiſſet.

Quod ſi Pandectarum Libri, qui olim Piſis, captaque a Florentinis urbe, modo Florentiae aſſervantur, in Amalphitanae urbis excidio inventi a Piſanis foederatis, & praedae participibus, agniti, ac praemii loco a Lothario Auguſto impetrati forent, ut veteri conſtantique fama vulgatum fuit, id plane oſtenderet Piſanos Romanae Juriſprudentiae ſtudio illuſtres, atque amore illectos ejus muneris dignitatem agnoviſſe: quod aegre fieri potuiſſet, niſi ejuſmodi ſtudiis domi pacis tempore delectati forent. Sed ejus hiſtoriae, quam Brekmanus (2) *putidam et frivolam fabellam vocavit, & quam ſerio refutare puderet*, ac celeberrimae controverſiae, quae paucis ab hinc annis inter Grandium & Tanuccium exarſerat, judicem praebere me nolim, longeque veriſimilius exiſtimo Piſanos primam Pandectarum cognitionem a Bononienſibus accepiſſe, ac celeberrimum Pandectarum volumen non in Amalphitanae urbis direptione a Piſanis victoribus, ſed aut Bulgaro Piſano cive, qui Bononiae docuerat circa annum 1158, aut

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE ROMA

(1) Hiſt. Jur. Civ. c. IX.
(2) Hiſt. Pand. Lib. I. c. IX. p. 60.

Digitized by Google

Conſtantinopoli, ubi patriae nomine ſemel atque iterum legationem obierat, a Burgundione I. C. circa annum 1145. vel 1172. Piſas delatum fuiſſe. Quum autem uterque maxima Juriſprudentiae laude floreret, & eximio prorſus amore patriam complecteretur, dubitari non poteſt, quin ad juriſprudentiam ipſam cives excitaverit, quos inter paucos poſt annos excelluit Lotharius ille, (1), qui anno 1186. celeberrimam cum Azone controverſiam habuit.

(1) Hiſt. Pand. Lib. I. c. IX. p. 60.

CAPUT III.

Variae Scriptorum ſententiae memorantur, ac refelluntur, qui primam Academiae originem XIV. ſaeculo adſcribunt.

Si ingenuus veritatis amor, quo Piſanae Academiae hiſtoriam contexendam ſuſcipimus, in cauſſa eſſe debuit, ut ipſius originem, quae ſi antiquiſſima foret, Gymnaſio plurimum ſplendoris afferret, longe recentiorem eſſe dixerimus, quam ut ipſius primordia vel XI. vel ineunte XII. Eccleſiae ſaeculo adſcriberentur, ut ſuperiori Capite jam demonſtravimus, hoc ipſo veritatis ſtudio modo impellimur, ut opiniones etiam alias hic impugnemus, quae ipſius originem recentiorem eſſe, & ineunte XIV. ſaeculo contigiſſe putarunt. Itaque ſententiam refellere, & impugnare cogimur, quae a plerisque ſcriptoribus probata, atque a nuperrimo ipſius Hiſtorico propugnata ita fuit, atque alte adeo ipſius animo inſederat, ut ſemel iterumque dixerit ſe pati non poſſe, ut oppoſita ſententia ſibi ſoſpiti atque viventi obtruderetur. Ut autem hac in parte, ubi maxima opinionum varietas reperitur, ordine quodam progrediar, ſingulas opiniones illas una quidem complectar; ſed ab iis tamen exordiar, quae Academiam ipſam paullo antiquiorem eſſe arbitrantur, quamvis omnes ipſius primordia in uno eodemque XIV. ſaeculo ineunte collocaverint.

Ac primo quidem Paulus Merula occurrit, qui ducentis ab hinc annis floruit, & eximia ingenii laude Coſmographiam edidit. Is Piſanam Academiam inſtitutam eſſe putavit (1) anno 1306., & Clementis

(1) Part. II. Lib. IV.

V. diplomate confirmatam; cujus diplomatis exequendi curam Piſano Archiepiſcopo, & Abbatibus S. Michaelis, & S. Pauli Pontifex ipſe commiſerat. Sed Scriptor ille tempora invertit, idque Clementi V. adſcripſit, quod vere Clementi ejus nominis VI. tribuendum fuerat. Ut enim argumenta cetera diſſimulem, quod Pontificis Litterae Avenione ſecundo Pontificatus anno datae fuerint, & Clemens V. ſecundo Pontificatus anno non Avenione, ſed Burdigalae reperiretur, diploma illud non V. ſed VI. Clementi adſcribi debet, ideoque ad annum 1344. non ad annum 1306. referri.

A ſuperiori ſententia minimum differt Dominicus Brancaccinus (1) qui erudite copioſeque de *jure Doctoratus* diſſeruit. Etenim Piſanam Academiam anno 1309. inſtitutam fuiſſe credidit: eademque prorſus opinio Leandro Alberto in ſua Italiae deſcriptione, ac Thomae Dempſtero (2) in Etruria Regali probatur, quem Orlendus, Martinus, aliique plures ſequuntur.

Ferdinandus Ughellus Academiam ipſam paulo recentiorem, ac Henrici VII. temporibus circa annum 1312. inſtitutam credidit. Siquidem de ejus Auguſti ſepulcro loquens, quod in Principe Piſana Eccleſia reperitur, ait: *Illi ſepulcrum pro temporum illorum more, arte, & magnificentia magna conſtructum excitaverunt Piſani, ad acceptorum ab eo beneficiorum memoriam conſervandam, in quo numero collocabant celeberrimam illam Academiam, quae poſtea omnium artium gloria, virorumque doctiſſimorum commendatione ad majeſtatem effloruit*. Itaque ex Ughelli ſententia, Academia Piſana Imperatoris Henrici VII. Lucemburgenſis auſpicio & auctoritate circa annum 1312., quo Auguſtus ille Piſis moratus, & fundata ac Caeſareo Diplomate munita fuit: quumque in ditione Senenſi immaturo, ac

(1) Lib. I. c. VI. n. 6.
(2) Lib. V. c. I.

Digitized by Google

ae infelici fato Auguſtus ille e vivis exceſſiſſet, ejus cadaver a Piſanis amicis Piſas translatum, honorifice tumulatum fuit.

Guido Pancirolus, ubi de Claris Legum Interpretibus agit, Academiae Piſanae originem inconſtanter expoſuit, ut in annis omnino diſtinctis eam collocaverit. Etenim quum prius (1) ipſius primordia in anno 1335. ſtatuiſſet, alio in loco (2) paullo antiquiorem illam exiſtimat, atque anno 1320. inſtitutam aſſeruit, quo Andreas Ciaffus Civilis Juris interpres florebat.

Longe obſcurior magiſque perplexa eſt Mendi ſententia, quippe quae duo diſſidentia capita, ſibique contraria ſimul complectitur (3). Aſſerit enim quod Academia Piſana a Rhabano, Alcuino, & Claudio ſub Carolo M. viventibus, & Pariſienſis Academiae ſundatoribus anno 1339. *inſtituta* ſuit, quae certe ασυςατα ſunt, aliterque intelligi nequeunt, quam ſi dicatur, quod illorum exemplo, & ad Pariſienſis Scholae normam poſt 600. annos Piſis etiam publica ſacultatum omnium Academia ſundata ſuit. Quod ſi Scriptor ille in definienda Scholae Piſanae origine obſcurior ſuit, longeque majorem, quam par erat, antiquitatem illi conceſſit, ita quoque liberaliter ipſi Bibliothecam attribuit. Asſerit enim quod *Aldus Manutius legarit teſtamento octoginta mille libros huic Academiae*: cujus tamen legati, quod a Buxtorfio quoque ae Morhoffio memoratur, nec vola, nec veſtigium ullum reperitur, quum Manutius in ipſa quidem Humanas Litteras anno 1586. profiteri coeperit, ſed Academiae prorſus immemor Romae ſato conceſſerit.

A vero minus aberrat Raphael Volaterranus, qui Academiae primordia in anno 1339. Benedicti XII. temporibus collocavit. Etenim Libro V. ait *anno* 1339. *Piſis ſtudium Litterarum inſtitutum, probante Pontifice*.

D

(1) Lib. II. Cap. 53.

(2) Lib. IV. Cap. I.

(3) De Jur. Academ. Lib. I. num. 26.

Nullum tamen ejus ſenteutiae auctorem aut Mendo, aut Volaterranus ipſe producit, ſed eorum ſamam ſequuti videntur, qui Bartolum Piſis anno 1339. docuiſſe, ideoque tunc primum Academiam inſtitutam putarunt. At nuperrimus ac diligentiſſimus Academiae noſtrae Hiſtoricus Fabbruccius, cui ſeutentia illa mirifice arriſit, Anonymi cujuſdam teſtimonio iunititur, quem ex Medicea Bibliotheca Muratorius in lucem extulit. Siquidem de rebus eo anno 1339. ſtylo Piſano, communi vero 1338. geſtis loquens ait, quod Diſciplinarum Profeſſores, ac *Studium Piſas* venit (1); idque a Civibus quidem laudatum, ſed Romanae tamen Curiae minime probatum ſuiſſe: quod nimirum, ut opinor, Piſana Civitas Imperatoribus addicta foret, & Ghibellinae partis ſtudio ſaveret, ideoque Ghibellinis ipſis docendo, conſulendoqne praeſidio futura videretur, etſi Volaterranus id, probante Pontiſice, factum dixerit. Sed haec Anonymi Scriptoris auctoritas, quaecumque illa ſit, tanti certe non eſt, ut pluribus monumentis aliis opponi poſſit, quae proximis Capitibus proponentur, ut Academiae noſtrae origo anno 1200. antiquior oſtendatur. Accedit etiam quod Anonymi auctoritas, quaecumque illa fuerit, optime intelligi ſalvarique poterit, quamvis etiam prima Academiae noſtrae inſtitutio ad antiquiora tempora, ſive poſtremos XII. ſaeculi annos referri debeat. Siquidem melioribus etiam Hiſtoricis ſolemne ſuit, ut ſi aliquando quid factum invenerint, id accurate quidem memorent, an vero tunc primum contigerit, in incerto relinquant. Sic Hiſtoricorum Italicorum facile Princeps Guicciardinus (2) ut domeſticis exemplis utar, quum

(1) *Nel mille trecento trentanovè venne lo Studio ìn Piſa, e ſue da moltì Cittadini lodato, ma non per la Chieſa di Roma; e Papa Benedetto riſervò a ſe molte piccole Chieſe di Piſa*. Cron. Piſan. Murat. T. XV. col. 1003.

(2) *I Fiorentini inſino dall' an. 1404. comperata Piſa da Gabriel M. Viſconte legitimo Signore e ſuſſeguentemente averla avantaggiata con introdurvi lo Studio Pubblico di tutte le Scientie*. Iſtor. Ital. Lib. II.

Digitized by Google

Piſanam urbem a Florentinis anno 1404. emptam dixiſſet, a Florentinis ipſis meliorem factam fuiſſe teſtatur, *quum Studium publicum omnium Scientiarum* in ipſam invexerint. Joannes Tarcagnota (1) de Laurentio Mediceo loquens, qui *Magnifici* nomen obtinuit, aſſerit ipſum Piſis anno 1473. Studium aperuiſſe, ac celeberrimos Italiae viros ad illud invitaſſe, perinde quaſi ejuſmodi Studium Piſis alias apertum non fuerit, atque felicitas illa anno 1338. aliaſque ſaepius non contigiſſet, ut opportune jam demonſtravimus. Itaque licet ſuperioribus etiam ſaeculis Piſana civitas ſtudiorum gloria floreret, anno demum 1338. accitis undique doctiſſimis viris, praeſertim vero Bononia ſtudiorum Matre, & aucta auditorum frequentia, ita ſplendidior evaſit, ut tunc primum Academia inſtitui, vel reſerari, *Piſanum Studium*, ut Bartoli verbis utar, *generale* vocari, doctiſque viris ornari videretur, ideoque recentiores quidem Hiſtorici Academiae noſtrae primordia in anno 1338. collocarunt, ut opportune jam demonſtravimus.

Itaque opinor, jam nullus ambigendi locus ſupererit, quin rejectis ſententiis omnibus, quae de prima Academiae Piſanae origine circumferuntur, illa ceteris omnibus veriſimilior, & accuratior habenda ſit, quae prima quidem ipſius initia in tenebris latere exiſtimat; ſed primam tamen ipſius florentis memoriam labenti jam XII. Eccleſiae ſaeculo affigit, ideoque illam ante annum a Chr. nato 1200. non modo inſtitutam, ſed aliarum inſtar florentem fuiſſe contendit, quod ſequenti Capite uberius confirmabitur.

D 2

(1) Part. II. Lib. 21.

CAPUT IV.

Veriſimilior opinio de prima Academiae Piſanae origine conſtituitur, ac demonſtratur.

HActenus varias ac mire diſſidentes Scriptorum ſententias expreſſimus, quae de prima Academiae Piſanae origine tum a veteribus, tum a recentioribus etiam Scriptoribus proditae ſunt, variiſque monumentis confirmatae, ut illa ab aliis quidem antiquior, ab aliis vero recentior, quam par fuerit, exiſtimetur. Quandoquidem ergo ſententias illas perſpicuis, certiſque monumentis contrarias eſſe diximus, id unum ſupererit, ut poſtremo tandem loco veriſimilior opinio proponatur, quae inter utramque veluti media reperitur, ac indubiis veterum teſtimoniis ac monumentis innititur. Itaque prima Academiae noſtrae inſtitutio neque ab XI., neque a XIV. Eccleſiae ſaeculo repeti poteſt, ſed poſtremis XII. ſaeculi temporibus adſcribi debet. Etenim in publico quodam monumento, quod ceteris Hiſtoricis omnibus incognitum fuit, Juriſprudentiae ſtudium, ac Piſani Scholares memorantur; quod fieri certe non poterat, niſi Piſis Academia ſuperioribus etiam annis florere coepiſſet.

Integra monumenti ſeries oſtendit, quod Richardus quidam Majoris Eccleſiae Canonicus, qui vel Juriſprudentiae, vel Theologiae laurea decoratus erat, ideoque *Magiſter* vocatur, ſuum *Digeſti novi* volumen, quo jampridem uſus fuerat Viviano cuidam vendendum commiſerat, qui *Piſanorum Scholarium Nuncius* famulus, vel ut hodierna phraſi diceretur, *Bidellus* erat. Vivianus autem ipſe emptionis ſequeſter, vel Joſephus de Verona voluminis emptor, ut contractus ille in dubium revocari non poſſet, Bonalbergi Judicis fidem interpoſuit, ut venditoris conſenſum ſolutique pretii ſummam teſtare-

tur. Itaque, ſi *Scholares Piſani* ipſorumque Nuncius memoratur, quis aperte non videat, quod iis temporibus Piſis doceri, Auditores, ideoque Magiſtri vel Profeſſores haberi, ideoque publicum Gymnaſium florere debuit? Certe iis temporibus plurimi Juriſprudentiae laude Piſis floruerunt, praeſertim Rolandus Bandinellus, qui anno 1142 & 1147. inter Piſanae Eccleſiae Canonicos reperitur, ac anno 1159. ſummum Pontificatum Alexandri III. nomine obtinuit. Iiſdem quoque temporibus extitere ſapientes illi, qui anno 1161. Piſanae Civitatis Conſtituta edidere, in quibus univerſi Juſtinianei juris cognitio ſubinde effulget (1). Quis autem exiſtimet in tanta legum peritia, in tanta Jurisconſultorum copia, in tanto Piſanorum civium juſtitiae amore nullum omnino fuiſſe, qui privato ſtudio, vel publica Senatus auctoritate de exponendis legibus, ac erudiendis civibus cogitaverit?

Denique, ne pluribus indiciis aliis hic immorer, quibus ejus Chartae ſinceritas demonſtratur, obſervari velim, quod in illa Indictio XII. notatur, quod Indictiones Piſis a 24. Septembris die mutuabantur ideoque IV. Kal. Octobris anni communis 1193. ſive Piſani 1194. Indictio, quae alioquin XI. notari debuerat, optime duodecima vocatur: quo charactere Chartae ſinceritas confirmatur.

Eximio prorſus huic Monumento, quod ego omnium primus in lucem profero (I), Monumentum aliud accedat quod II. Capite indicatum fuit, nimirum Maſſilienſis Monachi Epiſtola, quam anno 1065. adſcribi non poſſe jam diximus, ſed anno ſolum 1213. exarata eſſe debuit. Etenim quum Maſſilienſis Abbatis nomen, ad quem illa dirigitur initiali littera B. diſignetur, & poſt Bernardum, qui regimen anno 1065. ſuſceperat, nullus alius in integra Abbatum ſerie a Sammarthanis accuratiſſime contexta reperiatur, cujus nomen a charactere B. exordiatur, quam *Bonfilius* vel *Bonus filius*, qui Monaſterium illud ab anno

(1) Valſech. de Conſtit. Piſan.

1213. ad 1232. gubernavit, Epiſtola ipſa ab anno 1065., cui temere adſcripta fuit, ad annum hunc 1213. neceſſario transferri debet, & Monachus Epiſtolae ſcriptor, qui ſolo charactere R. diſignatur, facile fuit *Robertus*, qui anno 1217. cum Abbate (1) *Bonfilio* Vabrenſis Monaſterii viſitationem inſtituit, & in actis illis *Magiſter* vocatur, quod in utroque Jure, aut Theologia lauream adeptus eſſet. Itaque quum Monachus ille conſtanter adeo, nitideque, & Piſanorum Profeſſorum gloriam, & Auditorum frequentiam deſcribat, eaque exponat, in quibus, ſi falſa illa forent, facile & a fama, & a Piſani Prioris teſtimonio revinci potuiſſet, dubitari non poterit, quin inter illuſtres Italiae Academias Piſana merito cenſeretur; quumque anno 1213. celebritatem hanc adepta illa foret, ante plures annos inſtituta, ideoque circa initium XIII. ſaeculi fundata cenſeri debet: quemadmodum prorſus ex domeſtico monumento deduximus, ipſam longe ante annum 1193. inſtitutam, atque Scholarium Piſanorum numero celebratam fuiſſe.

Itaque licet prima Academiae noſtrae inſtitutio in tanta rerum obſcuritate, veterumque ſcriptorum ſilentio conſtitui, vel accuratae definiri non poſſit, non plurimum tamen ego fallar, ſi ipſius primordia circa annum 1160. contigiſſe exiſtimem. Certe Burgundio in monumento quodam anno 1173. non modo *Magiſter Burgundio*, sed etiam *Burgundius juris peritiſſimus* appellatur. Etenim quum anno 1160. Gregorii Nyſſeni Librum, & plurima Patrum Graecorum Opera in Latinum tranſtuliſſet, Graeca Pandectarum loca latine reddidiſſe fertur, ac Pandectas ipſos Conſtantinopoli, quo ſemel iterumque anno 1145. & 1172. legationem obivit, primus omnium detuliſſe creditur. Itaque quum in ſepulcrali epigraphe *Doctor Doctorum & Gemma Magiſtrorum laudabilis ac diuturna* appelletur, neque certe uſpiam alibi docuerit, veriſimile eſt quod ſemper in patria vixerit, uſque ad annum 1194. III. Kal. Nov. quo e vivis exceſſit, ibique Cives erudie-

(1) Catalog. Abb. n. 37.

Digitized by Google

rit, ac praeſertim Digeſtorum interpres fuerit. Hinc iis temporibus frequens in Piſanis monumentis eorum mentio reperitur, eorumque auctoritas in foro eſſe coepit, fortaſſe quod ipſorum cognitio jam obvia, & Juriſconſultis omnibus uſitata jam foret. In ſententia quadam, quae a Piſanis Judicibus anno 1174. lata fuit, atque a Muratorio (1) exhibetur, ſex Digeſtorum leges memorantur, earumque praeſidio Judicum ſententia confirmatur, quod in antiquioribus Placitis aliis minime occurrit. Ita judicatum illud, quod a Cl. Grandio editum fuit, plura Pandectarum loca producit, quod argumento eſſe debet anno 1194. Digeſta ipſa vim in foro Piſis obtinuiſſe, ideoque Digeſtorum leges ſingulis cognitas & exploratas eſſe coepiſſe. Illud unum epochae Piſani Gymnaſii a me conſtitutae opponi poſſe conſpicio, ſive ut cum Fabbruccio graviſſima Maſſilienſis Monachi auctoritas elevetur, ſive ut illa cum Eq. Flaminio ab anno 1213 ad annum 1065. transferatur, quod Turonenſis Concilii decreto, quod anno 1163. editum fuit (2), cautum fuit ne Monachi Juriſprudentiae vel Phyſicae ſtudiis in publicis Academiis operam darent, ideoque vix fieri potuiſſe videatur, ut anno 1213. Monachus ille facultatem hanc peteret, quae a ſacris legibus abhorreret, ideoque a Maſſilienſi Abbate ſperari non poterat. Ne tamen in re perſpectiſſima argumenta alia perſequar, facile Scriptores illi obſervare poterant,

---

(1) Murator Antiqu. Tom. III.

(2) Concilium Turonenſe anni 1163. Can. VIII.

„ ... Sub obtentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & Eccleſiaſtica
„ negotia fidelius pertractandi, Regulares quosdam ad legendas leges, &
„ confectiones phyſicales ponderandas, de clauſtris ſuis educit &c. &c. de
„ praeſentis Concilii aſſenſu huic modo obviantes ſtatuimus, ut nullus om-
„ nino poſt votum religionis, poſt factam in aliquo loco religioſam Pro-
„ feſſionem, ad phyſicam, legesve mundanas legendas permittatur exire.
„ Si vero exierit, & ad Clauſtrum ſuum infra duorum menſium ſpatium
„ non redierit, ſicut excommunicatus &c.

Digitized by Google

quod Concilii Patres decreverant, ne Monachi ſtudiorum cauſſa clauſtra relinquerent, atque extra Monaſterium habitarent. In urbibus autem illis, in quibus Monaſteria forent, Monachi quoque ad publicas ſcholas accedere, ibique publice doceri ac erudiri poterant, ut exemplis innumeris oſtendi poteſt. Itaque Maſſilienſi Monacho licuit facultatem ab Abbate ſuo petere, ut Piſis Juris prudentiae ſtudiis incumberet, eamque facile aliorum exemplo Maſſilienſis Abbas largiri poterat, quum ejus aetate Monaſterium Piſis ab anno 1116. exiſteret, ut ſuperius demonſtravimus, atque ad annum uſque 1404. a Maſſilienſibus ipſis perenni temporum ſerie occupatum fuerit.

Illud etiam a Cl. Equite opponitur, quod Maſſilienſis Monachi Epiſtola anno 1213. ſcribi non potuit, quum iis temporibus Piſana civitas ſtudiis conveniens eſſe non poſſet, quibus Othoni IV. Caeſari amica, Romano Pontifici infenſa, ideoque diris omnibus devota, atque miris ambagibus ac diſſidiis involuta foret. At Cl. viri pace, Piſana' civitas nullis omnino diſſidiis turbata, nulliſque cenſuris a Romano Pontifice impetita fuit. Quamvis enim Piſani Cives anno 1211., ut in expeditione Sicula, quam ipſe meditabatur, Othoni Caeſari suppetias ferrent, quadraginta navibus Procidam uſque navigaſſent, quum Auguſtus ipſe repente ex Campania diſceſſiſſet, moxque ineunte Martio menſe ſequentis anni 1212. ex Italia in Germaniam abiiſſet, infecta re, Piſas redierunt, nihilque prorſus ab irato Pontifice paſſi ſunt. Hinc in Piſanis monumentis omnibus hae turbae reticentur, quin etiam aſſeritur, quod licet ſuperioribus annis Othoni Caeſari addicti illi forent, anno tamen 1212. ab eodem jam exauctorato defecerunt, & Friderico Siciliae Regi tunc in Germaniae Regem electo favere coeperunt (1): quemadmodum certe Fridericum ipſum in Ger-

(1) *Nel 1211. Otto Imperadore duga di Saſogna di comandamento di Papa Innocentio terzo come ribello della Chieſa, ſtando in Piſa fue dinontiato ſco-*

Digitized by Google

maniam ad capeſſendos Imperii faſces abeuntem juverunt, ejuſque Caeſaris auctoritate foedus, quod biennii tempore inter Piſanos & Genuenſes ſancitum fuerat, hoc ipſo anno 1212. in aliud quinquennium prorogatum fuiſſe erudimur (1).

Ita quoque anno 1210. Piſani cives pacem cum Maſſilienſibus inſtaurarunt. Itaque tantum abeſt, ut Maſſilienſis Monachus Pontificis indignatione terreri potuerit, ne Piſas concederet, ibique ſtudiis operam daturus placide moraretur, ut alter annus afferri non poſſit, quo commodius ac liberius id ipſi licuerit.

Ergo laudata Maſſilienſis Monachi Epiſtola ab anno 1213. dimoveri non poteſt, quumque in illa nitide diſerteque Piſanae Academiae celebritas, ac inſtitutio demonſtretur, ipſius primordia, ſive ineunti XIII., ſive potius exeunti XII. Eccleſiae ſaeculo adſcribi debent.

E

---

municato per lo Arciveſcovo Ubaldo, & per la ſua Chiericia, unde lo ditto Arciveſcovo ne fugitte a Gorgona, ello ditto Imperadore li tolſe tutte le ſue renditte, e ocupoli tutte le ſuoi caſtella, e arſenſi le ragioni dell' Arciveſcovato in nel Caſtello di Razignano. Baluz. Miſcel. Tom. I. p 451.

(1) *Nel 1212. Federigo figliuolo di Arrigo Imperadore ſopraſcritto fue eletto aſſai giovane Imperadore delli Romani, e con ajutto di Piſſa andoe per mare, e per terra in nella Lamagna, e ſconfiſſe, e uciſſe lo ſopraſcritto Otto Imperadore*.

CAPUT V.

Superior opinio de Piſanae Academiae origine confirmatur, & Profeſſores indicantur, qui exeunte XIII. ac ineunte XIV. ſaeculo floruerunt.

ACademiae noſtrae origine, quantum maxima opinionum varietas, & rerum obſcuritas patiebatur, opportune jam conſtituta, proximum foret, ut de Cathedris in illa inſtitutis, ſive de vario ſtudiorum genere ibi primum exculto loqueremur; praeſertim vero de claris viris hic ageretur, qui eas ingenii & doctrinae gloria illuſtrarunt. Sed quis in tanto veterum ſcriptorum ſilentio perſpicue certeque dixerit quae prima naſcentis Academiae facies fuerit, aut quae facultates in illa receptae ſint; quum praeſertim Piſana Reſpublica iis temporibus domeſticis civium diſcordiis, externiſque bellis aſſidue agitata memoretur? Id unum certe conſpicere vel affirmare nos poſſumus, quod initio quidem liberales artes, & elegantiora ſtudia privatis ſolum ſcholis relicta ſunt, & anguſtis oppido finibus circumſcripta: ſed ea tamen, quae ad privatam civium incolumitatem, aut communem Reipublicae tranquillitatem ſpectabant, ideoque magis utilia, vel neceſſaria videbantur, acriori ſtudio, & ardore exculta ſunt. Itaque provido ſane Senatus conſilio factum fuit, ut in Academia primum Medicinae, ac Juriſprudentiae ſtudiis Profeſſores & Cathedrae deſtinarentur, quae majori Auditorum numero, & Profeſſorum celebritate florerent.

Digitized by Google

Atque ut a Medicis ipſis exordiar, celebris eſt in S. Rainetii Hiſtoria (1), qui anno 1160. ad ſuperos evolavit, *Magiſter Hugo*; quemadmodum in publicis Monumentis (2) anno 1159. memoratur *Norbertus Medicus filius Alberti Ratti*, & *Henricus Othonis Lanfranchi*, qui anno 1218. *Medicus doctiſſimus* appellatur (3). Sic anno 1300. nominatur (4) *Bartholomaeus de Capella S. Euphraſiae Medicus*, qui anno 1293. inter Antianos Piſani Senatus proceres memoratur, ſicut anno 1294. (5) *Magister Falcone Medicus*, anno 1295. *Magiſter Bonajutus Medicus*; anno denique 1298. *Magiſter Bartholomaeus Dati Medicus* appellatur.

Quum tamen ipſorum quilibet in Monumentis ipſis *Magiſter*, vel *Medicus*, vel *Phyſicalis doctrinae laurea redimitus* ſolum dicatur, ſuſpicari facile poſſumus illos Medicam quidem artem Piſis exercuiſſe, ipſius tamen praecepta publice non tradidiſſe, ideoque ex variis Monumentis illis inferri non poteſt, quod primis illis temporibus Profeſſor aliquis in Patria Medicae artis doctrinam publice profiteretur. Unicus eſt, quem proferre nunc liceat, Michael Bandinus, cujus ſepulcrum in Carmelitarum Clauſtro Piſis conſpicitur cum hac epigraphe: *Sepulcrum Magiſtri Michaelis Bandini de Ceuli Civis Piſani in Arte Medicinae nobilis Doctoris, & Enrici ejus germani in arte Chirurgiae, qui obiit anno Domini* 1268. Etenim quum is non modo conſueto titulo, qui ceteris omnibus, qui *Phyſici* vel *Medici* fuerant, communis eſſe conſueverat, *Magiſter* dicatur, ſed inſuper etiam in *arte Medicinae nobilis Doctor* vocetur, perſpicue apparet, quod

(1) Apud Papebr. die 17 Junii.
(2) Archiv. Secr. Archiep. n. 472.
(3) Archiv. Operae n. 1768.
(4) Lami ad Hiſtor. Sicul.
(5) Prioriſt.

is ſalutarem artem in patria profitebatur; atque dubitari certe non poterit, quod inter primas Academiae Piſanae Cathedras Medicinae Cathedra reperiretur: quemadmodum prorſus anno 1340. quum Academia nobilius inſtaurata fuit, ut ſequenti loco oſtendetur, id etiam factum conſpicimus. Longe tamen plura Jurisprudentiae veſtigia, vel monumenta ſuperſunt, longeque plures occurruut, qui Juriſprudentiam ipſam cum gloria Piſis profiterentur.

Ac initio quidem illuſtrium virorum ſeries contexenda foret, qui XII. & XIII. ſaeculo floruerunt, ac in publicis Patriae monumentis *Judices, Juriſperiti, Cauſſidici, Advocati, Cauſſarum Patroni, Notarii, Magistri, Juriſconſulti, Jurisdoctores, publici appellationum Cognitores, & Judices, legum Prudentes, Legisdoctores* vocantur.

Horum princeps haberi poterit *Joannes* ille *Burgundius*, ſive *Burgundio* (1) qui quod humanioribus litteris Graecis, & Latinis excelleret, Theologiae quoque ac Juriſprudentiae laude maxime floruit, unde in monumentis ipſis anno 1172. *Burgundius Juriſperitiſſimus*, & anno 1173. *Magiſter Burgundio* appellatur: ſicuti anno 1181. *Dominus Magiſter Bernardus Faſeolus*, & anno 1202. *Henricus Faſeoli*, & *Gerardus Magistri Roberti Publici Judices* nominantur. Quandoquidem tamen haec, aliaque id genus plurima, quae proferri facile poſſent, atque a Cl. de Burgo accuratiſſime recenſentur, ambigua exiſtimantur, ac ſuſpicari facile poſſumus ipſorum ſingulos non in Patria, ſed in Academiis aliis, praeſertim vero Bononiae, ſtudiis operam dediſſe, ibique doctrinae lauream adeptos eſſe (2), primus qui clariorem aliquem Academiae noſtrae characterem

(1) Vid. Fabric. Bibl. med. & infim. Latin. *Vide etiam quae de hoc ſummo viro litteris mandavit Carolus Antoniolius*: Memorie d' uomini illuſtri Piſani Tom. I.

(2) Brekman. Epiſt. ad Franc. Heſſel. *Non video additum ubinam laurea doctorali redimiti fuerint an Piſis, an Bononiae, an alibi.*

Digitized by Google

exhibeat, eſt *Gerardus de Faſiano Juris Civilis Profeſſor Prior Antianorum*, qui in charta anni 1261. memoratur (1), quemadmodum 1259. nominatur *Clerus*, ſive ut legendum arbitror, *Clericus Juris Civilis Profeſſor*. Sic *Dominus Lambertuccius Armingochi*, *qui Jurifprofeſſor*, *Syndicus*, & *Procurator*, & *Certus Nuntius Piſani Communis* (2) vocatur, eoque nomine firmandae paci vel foederi inter Caſtrum Francum, Piſanamque gentem anno 1267. interfuit. Quum enim *Jurisprofeſſor* dicatur, ac in Patria verſaretur, quis arbitretur hunc alibi, quam in Patria jura profiteri potuiſſe? Alterius Profeſſoris nomen, qui circa annum 1270. Juriſprudentiam Piſis docuerit ab Eq. de Burgo, ſed ſola Dempſteri fide profertur: quam tamen obſcuram eſſe conſpicio. Etenim Dempſterus illuſtres Volaterranae urbis viros enumerans ait: *Apollo Zacchius*, *Eques*, *ac XV. annis Jurisprudentiam Piſis profeſſus cum inſigni fama*, *ut ex decreto publico liquet*, *in id edito: obiit anno* 1283. Ego vero, quum hujus Apollinis Patriam ac docendi munus ab illo Piſis ſuſceptum diligentius inquirerem, a peritiſſimis atque integerrimis viris accepi, quod Volaterris apud Ill. Comites Guidios membranaceus quidam Codex reperitur, in quo ſub initium XV. ſaeculi ab Antonio Gaſparis Auximatum Epiſcopi patre familiae nomen, vel majorum ſuorum ſeries ita deſcribitur: *Zacchia a quo Zacchia Domus cognomentum retinet*, *fuit vir nobilis*, *latinis litteris exornatus.... genuit autem D. Fortinum equitem Hieroſolymitanum*, & *D. Apollinem patri* (vel f. fratri) *ſuperſtitem*, *quem in Civitate Piſarum in utroque jure legiſſe comperio tribus annis ex publico decreto. Patet hoc ex ſuis lectionibus Piſano ſigillo munitis*, *quae in meo ſcripturarum Archivio domi reperiuntur. Vixit hic D. Apollo annos* 72. *in anno ſalutis mortuus eſt* 1283. *Qui genuit Michaelem ex*

(1) Burgo Dipl. p. 195.
(2) Lami Odoepor.

Conjuge Joanna de Gaetanis de Piſis. Itaque licet in annorum numero ſincerus hic Codex a Dempſteri calculo aberret, fortaſſe tamen cum illo conſentit, quod Apollo pro temporum illorum more in tres annos electus, ac repetitis electionibus in annos totidem confirmatus 15. annos impleverit; ut de Recupero Spadalunga Miniatenſi legimus, quod Florentiae Clementinas, & Decretales per tres annos expoſuit, & anno 1333. per totidem annos confirmatus fuit (1). Itaque perſpicuum eſt certe, quod egregius hic Civis publico Piſani Senatus decreto per aliquod temporis ſpatium utrumque Jus Piſis exſpoſuit, ut ex authenticis Senatus decretis Scriptor oſtendit. Sic in Hiſtoriae fragmento, quod Clar. Muratorius (2) edidit, Guido Corvaria memorat, quod anno 1272. ad Ripam Fractam Piſanae Reipublicae nomine quatuor Legati convenerunt, ut duo quidem *Judices*, alii vero *Legum Doctores* dicerentur: *Dominus Joannes Fagelus Doctor. Legum*: *Dominus Ugo Bencius Judex de Vico*: *Dominus Bonajunta Ucelli Judex*: *Dominus Rainerius Albichelli Doctor Legum*. Notiſſimum autem eſt, ut Clar. Sigonii (3) verbis utar, quod iis temporibus, quos hodie *Doctores Juris*, *ſive Juriſperitos* dicimus, *tunc Judices appellabant; Doctores autem quos nunc Profeſſores*; ideoque ſi quatuor illi Piſani Proceres perſpicuo hoc diſcrimine diſtinguuntur, ipſorum quilibet Juriſperitus, & doctrinae laurea decoratus cenſendus erit; ſed duo tamen ex illis publico quoque docendi munere functi videntur.

Ac certe quidem quod Dominus *Joannes Fagelus*, qui illi *Doctor Legum* vocatur, publico Profeſſoris munere decoraretur, marmorea ſepulcralis urna demonſtrat, quae altera ſui parte nunc deſtituta

(1) In Archiv. Reformat. Lib. XLIV. c. 120.
(2) T. XXIV. col. 673.
(3) Hiſt. Bon. Lib. IV. in fin. Du-Cange ver. *Judex*. Grand. Epiſt. de Pand. n. 30. p. 99.

noſtris etiam temporibus in ſepulcreto publico, quod *Campum Sanctum* appellant, conſpicitur. Eximium hoc monumentum a Cl. Martinio, qui omnia diligentiſſime perluſtravit, ita deſcribitur (1): *Eodem in agro aſſurgit vetuſtiſſima urna Joannis Faſeoli. Hanc ex illis Gentilium exſtitiſſe autumo, quum in facie ejusdem opere anaglypto Meleagri venatio, licet aevi diuturnitate non parum corroſa, exprimatur. Operimentum tamen eſt Chriſtianorum; nam ibidem opere ſemianaglypto prominet Cathedra, ubi ſedet Magiſter: ſubter plures Diſcipuli audientes conſpiciuntur.*

Fabbruccius (2) vero noſter, cui nova ſolum, longeque poſterior Academiae epocha in anno 1338. conſtituta alte animo inſederat, diligenter omnia, teſtibus etiam adhibitis, obſervavit; asseritque urnam quidem adhuc in boreali ſepulcreti parte feneſtrae ſubiectam reperiri, laceramque epigraphen maxima ex parte mutilam legi; ſed in operimento, ſive lapide urnae ſuperimpoſito anaglyphum illud, quod a Martinio deſcribitur, prorſus deſiderari. At doctiſſimi viri pace nihil eſt, cur ea de cauſſa ſpectatiſſima Martinii fides elevari, vel in dubium vocari debeat. Siquidem facile fieri potuit, ut poſt Martinii tempora antiquum operimentum ipſum, quum forte fortuna diffractum foret, avulſum, atque alio aſportatum, diſperſumque fuerit, novuſque integrior lapis ſculptura carens urnae impoſitus ſit. Quod ad Faſeoli elogium, vel epigraphen urnae ſubiectam attinet, ita ex vetuſtis apographis (3) a Fabbruccio exhibetur:

Legum Doctoris Faſeoli tumba Joannis
Doctorum floris dedit hunc Natale Joannis

(1) Theat. Baſil. Piſ. c. 18. p. 117
(2) Tom. I. p. 13.
(3) Brancac. de Jure Doctor. Lib. I. c. 6, n. 6

Digitized by Google

Annis millenis ſex octoginta ducentis
Chriſti vita Senis defecit tam ſapientis
Vixit fons Roris decies ſex & tribus annis
Menſibus .... liberet a poenis quem Chriſtus

In apographis autem illis, ut hic opportune moneam, ſexto verſu reſtitui debet = *Menſibus undenis*, ut aſſumpti rithmi ratio ſervetur; atque ut eadem conſtanter ubique, licet cum metri vitio excurrat, ſcribendum arbitror *Menſibus undenis liberet quem Chriſtus a poenis.* Sed haec leviora ſunt, quam ut accuratius explorentur. Illud ſane gravius, quod Brancaccinus, quum Academiam anno demum 1309. inſtitutam eſſe contenderet, ne Faſeoli aetas hic indicata ſuſceptae ſemel hypotheſi repugnaret, annum 1286. in marmore expreſſum Faſeoli natalem, non emortualem eſſe arbitrabatur. At certe fallitur. Ut enim perſpicuum verborum ſenſum praeteream, antiquior tanti viri memoria in publicis Patriae Monumentis occurrit, quam ut anno 1286. in lucem editus videatur. Sic anno 1245. *Joannes Faſelus publicus Piſanorum Judex* vocatur: anno 1270. Patriae nomine Faſelus ipſe Legatus pro ineunda pace ad Ripam Fractam & Carolum Neapolis Regem venit: anno 1277. in charta quadam veluti finitima exprimitur *terra Domini Joannis Faſelli Judicis*: & anno 1280. veluti teſtis indicatur *praeſente Domino Joanne Faſelo*. Ipſum vero ante annum 1316. obiiſſe ex alia Charta colligimus, in qua mentio habetur *Gaddi filii quondam Domini Joannis Faſeli*, quemadmodum anno 1296. affertur *Conſilium* (1) *Gerardi Phaſeli Jurisprofeſſoris*; & anno 1313. legimus *Gerardum Fazelum Jurisprofeſſorem*: quod argumento eſſe poterit non modo Joannem Faſelum anno 1286. e vivis abiiſſe, ſed etiam Gerardum filium, qui Juriſprofeſſor vocatur, in docendo Jure Pa-

(1) Borghi Dipl. p. 220.

Patri ſucceſſiſſe. Ceterum Fazelus ille non modo doctrina, ſed editis etiam ſcriptis inclaruit (1), ex quibus Bartolus Henrici VII. Conſtitutionem exponens *ad reprimendum*, citat Speculum n. 1., ubi ait ſe ponere Tractatum *Joannis Fazioli de Piſis.*

Quod ſi Faſeoli docentis imago argumento eſſe debet, ut ipſum inter Academiae noſtrae Profeſſores numeremus, eadem quoque argumenti vis in alterius Juriſperiti memoria proximis temporibus admittetur. Etenim in Eccleſia Praedicatorum haec ſepulcralis epigraphe circa togatum virum reperitur: *Dominus Benedictus de Cinquinis Rector Eccleſiae Sancti Laurentii, & peritus in Jure Canonico, & Civili, qui obiit an. D.* 1326. *die* 23. *Mens. Auguſti*: in alia tamen epigraphe infra Crucifixi imaginem, quae in Monaſterio aſſervatur, aureis characteribus exarata legitur: *Hoc opus fecit fieri Dominus Benedictus Rector hujus Eccleſiae Sancti Laurentii, & peritus in Jure Canonico, & Civili pro anima ſua, & F. Cinquini ſui Patris de ejus pechunia anno Domini Mille CCC. IX. die XIV. Menſis Junii.* Praeter hanc epigraphen togati viri imago marmori inſculpta reperitur, quae certe oſtendit Benedictum hunc non modo legum peritia, ſed etiam Doctoris munere floruiſſe.

Charta quoque conſpicitur (2) anni 1308. decimo ſeptimo Kalend. Febr. Ind. VI. in qua mentio occurrit *Domini Philippi Domini Clici* (nimirum *Clerici*, ut in alia Charta legendum jam vidimus) *Jud. Legum Profeſſoris, & Jacobi Caſtraleonis de Vico Publ. Jud. Curiae novae pupillorum Piſanae Civitatis.* Solo Judicis nomine, ut antea vidimus, in utroque Jure peritia, & *Doctoris* titulus declaratur, ideoque ſi primus non modo *Judex*, ſed etiam *Juriſprofeſſor* vocatur, indicio eſſe debet hunc publico docendi munere functum eſſe. Sic u-

F

(1) Pancirol. Lib. II. c. 53.
(2) Archiv. Archiepiſc. num. 1188.

bi in Charta apud Muratorium (1) legitur: praeſentibus *D. Clerico Domini Philippi Juriſperito*, Clericus Philippi filius, & alterius Clerici nepos Juriſperitus, ſed non legum Profeſſor vocatur.

Eadem prorſus publici Doctoris conditio ex alia Charta demonſtratur (2) in qua 21. Sept. die anni 1323. Odo de Sala cum ex Archiepiſcopatu Piſano ad Alexandrinum Patriarchatum aſſumptus eſſet, Simon Saltarellus ejus in Archiepiſcopatu ſucceſſor ad ſcripta quaedam & bona mobilia recipienda Procuratorem ſuum elegit *Magiſtrum Baldum de Foro Livio Decretorum Doctorem Piſis commorantem*, quae plane verba ſubindicant ipſum tunc temporis Decretorum Lectorem Piſis fuiſſe.

Quod ſi vere Nicolaus Mattarellus *Piſis jura profeſſus eſt, & Piſis etiam docuit, unde Bononiam revocatus Princeps eſt habitus*, ut Papadopolus, (3) aliique plures teſtantur, ad haec ineuntis ſaeculi XIV. tempora referri ille debet. Siquidem Cinus, qui in Codicem anno 1314. ſcripſerat, Mattarellum ipſum veluti tunc Patavii docentem memoravit. In Lege Cod. *de Sententiis* ait: *Nicolaus Mattarellus Mutinenſis Doctor, qui longo tempore vixit in ſtudio Paduano*: quemadmodum in Lege I. n. 2. Cod. *de Confeſſionibus* ait: *Nicolaus Mattarellus de Mutina Doctor Studii Paduani*. Itaque Mattarellus circa annum 1300. Patavii docuiſſe debuit; quumque Pancirolus ipſum in Lucae Praetura defunctum dixerit, idque Papadopolus anno 1339. factum conjecerit, ſi prius Piſis, tum Bononiae, tum Patavii ille docuit, exeunte fere XIII. vel ineunte XIV. ſaeculo, Piſis docere potuit; quamvis Brancaccinus afferat ipſum Piſis anno 1343. docuiſſe.

Ita quoque Joannes Andraeas, vel Andraeae filius origine Mu-

(1) Tom. V. col. 477. anni 1313. Ind. 11.
(2) Num. 1339.
(3) Tom. I. p. 197.

Digitized by Google

gellanus, ſi Papadopolo, (1) Orlando, Brancaccino, Alidoſio (2) Fabbruccio (3) fides, Jus Canonicum Piſis docuit, ideoque Fabbruccius ipſum inter primos Academiae Profeſſores enumerat, antequam *perdirae peſtis in anno*, ut in ſepulcrali ipſius elogio dicitur, hoc eſt 1348. Bononiae fatis concederet. Vereor tamen ne Cl. viri aberraverint, ac Joannes ad antiquiora tempora ſpectaverit, ideoque Jura ante reſtauratam anno 1338. Academiam Piſis docuerit. Certe Scriptor ipſe in *Notis ad Speculatorem Lib. II. tit. de Confeſſionibus* teſtatur, ſe Patavii cum Mattarello de Jure conſuluiſſe, ipſumque Papadopolus Patavii circa annum 1330. docuiſſe dicit. Itaque Piſanam Cathedram ante annum 1330. rexiſſe ille debuit. Ac certe quidem in Archiepiſcopi Piſani Tabulario (4) reperitur *Joannis Andraeae Decretorum Doctoris* Conſilium die 10. Decembris anni 1309. editum in controverſia quadam Piſis exorta, interim dum is Bononiae profiteretur: quod evidenter oſtendit, ipſum doctrinae gloria, & publico docendi munere primis ejus ſaeculi temporibus claruiſſe.

Quid vero quod in publicis monumentis ipſis (5) apparet, ut ingenue Fabbruccius ipſe fatetur, quod 1319. 16. Kal. Junii *Venerabili viro D. Francifcho Abbati Santi Guirici de Collinis librae quinquaginta* ſolvi jubentur, *quas habere debet a Communi Piſano pro tertia paga primi anni pro Lectura, quam facit in Decretalibus audire volentibus?*

Proxime poſt hunc indubium Canonici Juris Interpretem memorandus videtur Andreas Ciaffi Piſanus, cujus tractatum de *Gerundiis*

(1) Pag. 198.
(2) Append. p. 18.
(3) Excurſio II. Hiſtoric. p. 33.
(4) Num. 1199.
(5) Archiv. Publ. Lib. VIII. & IX.

habemus, & cujus mentio reperitur in Bartolo in lege *Civitas* 14. *in fine Digeſt. de rebus creditis*, quemadmodum in lege *Maevius* 38. ille dicit *An. Zaph de Piſis*, non quod hoc alterum ipſius cognomentum fuerit, ut opinatur Fabbruccius, sed quod *Zaph* Bononienſi Dialecto idem ac *Ciaſſi* ſignificet. Interpres autem ille, Pancirolo (1) judice, circa annum 1320. in patria docuit; quo tempore Academiam primum erectam fuiſſe dicit.

Iisdem fere temporibus in patria Jus profitebatur Lemmus *del Bianco*, qui in Charta anni 1331. (2) memoratur, in qua mulieri datur *Curator ſpecialis a Dominis Lemmo del Bianco legum Doctore, & Matthaeo Fazelo Judicibus curiae novae pupillorum*.

Quod ſi cum Fabbruccio (3) quis reponat, *quod non unius aut alterius docentis conductione Publica Univerſitas conſtituitur*, ſive ut Muratorius (4) ait: *aliud eſt reſtituere litteras & aperire ſcholas alicujus diſciplinae, aliud omnium ſcientiarum Lyceum efformare*, reſponderi facile poterit, quod obſcuris illis, rudibusque temporibus unici celebriſque viri doctrina par fuerat, ut Univerſitatem aliquam conſtituere, ipſique primordia tribuere videretur. Sic Muratorius ipſe de celeberrima Bononienſi Schola loquens ait (5). *Haec exordia videntur Academiae Bononienſis, levia quidem primis annis, quum in uno Juris Civilis interprete ac Doctore Irnerio tota primum Academiae ſors conſtiterit*. Quod meliori ſane jure de reliquis Academiis uſurpari merito poterit. Sed nihil eſt tamen cur ex unico Profeſſore Academiae noſtrae originem repetamus, quum plures hactenus e tenebris emerſerint, longeque plures ſcriptorum incuria, temporiſque diuturnitas nobis inviderit.

---

(1) De Claris Leg. Interpr. Lib. II. Cap. LIII.
(2) Archiv. Archiep. T. IV. n. 1477.
(3) Excurſ. I. p. 21.
(4) T. I. p. 884.
(5) Murar. Diſſ. Med. Aevi.

Digitized by Google

C A P U T VI.

De Academia Piſana anno 1338. *inſtaurata & de Scientiarum Cathedris in illa conſtitutis, & clarioribus ipſarum Profeſſoribus.*

AD fauſta illa tempora ſenſim progredimur, quibus Academia noſtra jam conſtituta, Auditorum numero, & illuſtrium Profeſſorum gloria, praeſertim vero optimis quibuſque praeſidiis, & ornamentis inſtructa florere ita coepit, ut tunc primum inſtituta merito videretur.

Quum enim anno communi 1338. Fatius Junior, hoc eſt Bonifacius Donoratici Comes ex nobiliſſima Gherardeſca gente progenitus utrique Piſanorum militiae, ſive ut tunc temporis appellari conſueverat, *Maſnadae* praeſideret, ideoque tanquam ſupremus Piſanae Reipublicae moderator tum pacis, tum belli negotia adminiſtraret, optimo ſane conſilio cum Civibus, & Piſani Senatus primoribus inito, plurima pro urbis commodo vel ornatu decrevit, atque ut urbi jam florentiſſimae, quae bellicae artis gloria ceteras omnes Etruriae urbes ſuperabat, ex mitioribus etiam pacis, & togae ſtudiis ſplendor accederet, de nova fere Academiae forma, quae nobiliores diſciplinas omnes una complecteretur, neque modo Florentinam (1), quae recens

(1) *Eligantur Doctores in jure Canonico & Civili, in Medicina, & in aliis Scientiis, Officiales utiles ad Studium Generale &c.* Miglior. Fir. illuſtr. pag. 381. Decreto della Republic. Fior. 1320.

inſtituta fuerat, ſed ceteras etiam Italicas Profeſſorum numero, & gloria aemularetur, agere inſtituit (1).

Quandquidem vero difficillimis iis temporibus pares operi, & pro rei dignitate cenſus ſuppetere poſſe non videbantur, unde ſtipendia exteris laudatiſque viris praeberentur, Bonifacius ipſe ſelectos ex Civium numero legatos ad Benedictum XII. Pontificem miſit, qui Piſanae Reipublicae nomine enixe peterent, ut decima proventuum pars ex Eccleſiaſticis in Piſana ditione redditibus in novae Academiae commodum inſumeretur. Tantum vero abeſt, ut aequissimi voti compotes fierent, atque a Pontifice ſubſidium aliquod impetrarent, ut potius Pontifex ipſe pro temporum illorum more tenuiores etiam Eccleſiarum fructus ſibi reſervarit. Reipublicae tamen Piſanae Proceres repulſam paſſi, ea re non deterriti ſuſceptum antea conſilium urgere non deſtiterunt; ideoque celeberrimos viros ex Academiis aliis, in quibus ingenii, doctrinaeque laude florebant, ad novam hanc Academiam invitarunt, eorumque ſingulis praemia ex publico Civitatis aerario, quamvis domeſticae res aſſiduis bellis afflictae forent, deſtinarunt. Quae res Civium & exterorum animos ita perſtrinxit, ut Academia ipſa anno 1338. non reviviſcere, & inſtaurari, ſed tunc primum inſtitui videretur, ut opportune jam diximus.

Primus, qui ejusmodi ſcholas ampliori hoc titulo, novoque cultu exornatas maxima ingenii fama, ac doctrinae gloria illuſtraverit, fuit

(1) *Il Co. Fazio, per rendere più riguardevole la Città, col parere di tutti gli Anziani, e di tutto il Senato, ſtabilì di fondare una Univerſità per condurre Dottori principali a leggervi, e ridotto a buon termine il Teatro delle Scuole, mandò Ambaſciatori a nome della Repubblica a PP. Benedetto, ſupplicandolo di autorizzare colla ſua grazia, che per mantenimento de' Lettori ſi poteſſe imponere una decima da pagarſi dagli Eccleſiaſtici, alla qual domanda S. S. non acconſentì, & i Piſani, che erano riſoluti, tirorno avanti i lor penſieri, e chiamarono ſoggetti inſigni a leggere.* Tronci Annal. Pis. pag. 343

Rainerius Arſendus Forolivienſis. Quamvis enim hanc laudem Bartolo Sentinati, ſive de Saxo Ferrato Fabbruccius concedat, atque *de conductionibus*, ut inquit ille, *memoratu dignioribus* (1) loquens, dicat quod omnium agmen Bartolus duxit, perſpicuo tamen Arſendi ipſius teſtimonio erudimur, quod interim, dum Arſendus Juriſprofeſſor Bononia Piſas migravit, Bartolum ipſum Bononiae reliquit, ut in eadem Arſendi Cathedra leges exponeret. Siquidem in lege *Omnes populi* 9. Digeſtis de *Juſtitia & Jure* Arſendus ait: *Dum ego receſſi de Studio Bononienſi per Papam Benedictum tunc temporis interdicto, & tranſtuli me ad legendum in Jure Civili ad felicem & triumphalem Civitatem Piſanam, Bartolus, qui tunc temporis erat meus diſcipulus, nec multum excellens, fuit aſſumptus ad meam ſedem*. Hoc illuſtri Arſendi ipſius teſtimonio, ut id obiter moneam, apparet Bartolum aliquando Bononiae in Arſendi Praeceptoris Cathedra docuiſſe; quamvis hoc Scriptores omnes in Bartoli Vita, ac Bononienſis Gymnaſii Hiſtoria diſſimulent: ſive quod ille non ſuo, ſed vicario ſolum nomine Cathedram rexit, ſive potius quod brevis temporis ſpatio relictam ab Arſendo ſedem occupavit, brevique Piſas Arsendi collega futurus migravit. Quo vero tempore haec Arſendi migratio, & Summi Pontificis interdictum contigerit, ex Bononienſi Hiſtoria cognovimus, cujus praeſidio erudimur a II. Martii die ad inſequentis Octobris XXI. Bononienſem urbem ſacris interdictam fuisse anno 1338., atque interim Arſendum ad proximum S. Petri Caſtrum ſecessisse (2), ante-

(1) Excurſio II. p. 18.

(2) *De Menſe Aprili Dominus Rainerius de Forlivio, & ſex ſcholares electi ad legendum & tenendum Studium in Caſtro S. Petri propter Interdictum Studii iverunt ad dictum Caſtrum dicta occaſione, & multi ſcholares iverunt ad intrandum ibi dicta de cauſſa*. Math. de Griffon. Mem. Hiſtor. apud Murator. T. XVIII. col. 163. Cronica Bologneſe Murator. T. XVIII. col.

quam Kal. Octobribus pro temporum illorum more novum annum Piſis auſpicaretur: quemadmodum alii in Aretinum Gymnaſium (1) ſe contulere.

Itaque exeunte fere anno 1338. Arſendus Piſis, ac Bononiae Bartolus jura profiteri incepit, donec Bartolus ipſe Piſas translatus ſimul cum Arſendo moroſo, ut videtur, viro, minuſque benevolo in Bartolum animo, Piſis docere coepit, ideoque de Rainerio loquens ait (2) *Cum ſimul Piſis legeremus*, gratumque animum ſuum erga Praeceptorem teſtatus in Conſil. 134. qu. 2. ait: *Salvo conſilio Domini & Doctoris mei Rainerii de Forolivio*, *dico* &c.

Quod ſi verum tempus oſtendimus, quo Arſendus ille Piſanae Cathedrae praefuit, obſcurum eſt tamen quandiu Piſis ſubſtiterit. In publicis quidem Piſani Senatus monumentis (3) apparet, quod an. 1340. ſtylo communi *Patribus Praedicatoribus Conventus S. Catharinae de Piſis librae duodecim denariorum Piſanorum ſolutae ſunt pro penſione domus ſive domorum*, *in qua moratur*, *& moratus eſt Dominus Rainerius de Forolivio Legum Doctor*. Sed quum neque primus, neque poſtremus locationis annus hic indicetur, incertum erit quandiu Rainerius ipſe Piſis docuerit. Compertum eſt tamen quod Rainerius ipſe 600. aureis, lautiſſimo ſane ſtipendio, illectus ac Patavium accitus

---

378. *A di 16. di Aprile andanno i Dottori a leggere al Caſtello di San Pietro a quegli Scolari, a' quali piaeque di andarvi, e furono i Legiſti, e i Decretaliſti, e ciaſcun Dottore, che leggeva inanti, ebbe ad andarvi per ſuo onore.*

(1) Kal. Octob. *Venerunt Doctores Artium ad legendum in Jure Canonico & Civili; & hoc quia non poterant ſtare Bononiae Domini Papae excommunicationis quando expulerunt Legatum de Terra, & habuerunt Salarium CC. Florenorum auri*. Annal. Arret. apud Murator. Scr. Rer. Ital. T. XXIV.

(2) In L. Interdum 73. §. ult. ff. de V. O. qu. 2.

(3) Arch. Publ. L. XX.

tus Ubertini III. Carrarienſis temporibus, qui ab anno 1338. uſque ad annum 1345. principatum tenuit, illuc acceſſit, ibique tandem vel peſte anno 1348. vel potius anno 1358., quod veriſimilius exiſtimo, fatis conceſſit, eximia adeo nominis fama, ut ille *vir inſignis, ſuoque tempore Legum Princeps* haberetur. Arſendo vero ad Patavinam ſedem translato principem ſane locum inter Civilis Juris Interpretes Piſis florentes Bartolus tenuit, qui ſaltem a Kal. Octobris 1339 Piſanam Cathedram moderari incepit. Siquidem Kal. Aprilis 1341. ſtyl. Piſ., communi vero 1340. Senatus hoc decretum (1) edidit: *Bartolo de Saxo Ferrato Legum Doctori a Communi Piſano, & pro Communi Piſano conducto pro ſtudio Piſano florenos ſeptuaginta quinque reſtantes ſibi ſolvi de ſumma florenorum centum quinquaginta de auro ſui ſalarii anni praeſentis finiendi in Kal. Octobris proxime venturi*. Hic idem annus in Bartoli ſcriptis exprimitur in Conſil. 134. q. 14. quum ait. *Diſputata per me Bartolum actu Infortiatum legentem in Civitate Piſarum anno* 1340. 3. *Menſ. Febr.* quemadmodum alibi dicit (2): *hanc legem repetii proximo anno, quo in Generali Piſano Studio legere incepi, & eam mihi pro lectione ultima reſervavi: & fuit prima lex, quam meis Auditoribus in ſcriptis tradidi. Fuit haec materia in 26. anno aetatis meae compoſita*, nimirum anno 1339. quod Bartolus ipſe in lucem editus fuerit anno 1313. (3) Denique ex alio Bartoli loco intelligimus, quod anno 1342. Digeſtum Novum Piſis interpretabatur. Siquidem Conſil. 134. qu. 1. dicit *Diſputata fuit dicta Quaeſtio per me Bartolum de Saxo Ferrato minimum inter Legum Doctores actu D. novum legentem in nobili atque Regia Civitate Piſarum ſub anno Domini* 1342. *die* 12. *Menſ. Febr.*

(1) Archiv. Comm. Lib. XX.
(2) In L. ſiquis pro emptor. ff de Uſucap. n. 72. in fin.
(3) Pancir. lib. II. c. 67. Lancelot. Apolog. Baldi.

Duodecim integros annos hic Bartolus docendo, conſulendoque tranſegit. Etenim in Lege *Maevius* ait ſe *Infortiatum in alma Civitate Piſ. legentem anno* 1351. ideoque in alium Bartoli textum error irrepſit, ubi Conſil. 134. qu. 3. dicit ſe legere *D. Vetus ordinarie in felici Civitate Peruſii anno* 1344. qui tamen error facili levique mutatione diluitur, ſi loco *Peruſii* reſcribatur *Piſarum*, ſive potius pro anno 1344. reponatur annus 1354. Quod enim Bartolus jam morti proximus, ſive patriae amore, ſive ſalubrioris aeris deſiderio, ſive lautioris ſtipendii ſpe Piſas reliquerit, ac Peruſium ipſum migraverit Baldus Bartoli auditor teſtatur (1): *quarta eſt opinio Bartoli, qui fuit homo multum ſtudens, & fuit Aſſeſſor primo Tuderti, poſtea Piſis, & ibi palam legere incepit, & deinde venit ad Civitatem Peruſii, unde legendo optimus factus eſt*. Quamvis autem ex ſuperioribus Baldi verbis perſpicuum videatur, quod antequam Bartolus Civile Jus Piſis profiteretur, Aſſeſſoris munere functus fuerit, veriſimilius tamen exiſtimo, quod ſimul eodemque tempore utrumque munus obierit. Ipſe quidem, diſſimulato temporis charactere dicit (2), & *ſic de facto feci, quum aſſiderem Piſis;* verum quum 27. aetatis anno Piſas acceſſerit, & anno 1333. adhuc adoleſcens Bononiae fuerit, hoc illuſtri Aſſeſſoris munere Piſis ante annum 1339. ideoque ſuſceptae Cathedrae tempus fungi non potuit. Addi etiam poteſt, quod ad *Conſilium* 134. *quaeſt.* 15. Bartolus ipſe adnotavit: *diſputata in ſcholis Domini Jacobi Butrigarii anno* 1333. 16. *die Menſ. Decembris anno proximo*, quo 21. aetatis annum agebat, & a Rainerio Arſendo *Doctor* renunciatus conſuetum laureae decus accepit (3).

(1) Lib. I. n. 19. Cod. de iis qui accuſare poſſ.

(2) In Lib. I. ad fin. ff. de V. O. num. 4.

(3) Vid. Pancir. p. 154.

Digitized by Google

Bartoli gloriam aemulari merito exiſtimatur Franciſcus ille, quem Tigrini filium Pancirolus appellat, ſed vere tamen *Tigrini* cognomentum habuit, ut Mantua conjecit, quum in monumentis aliis *Tigrinius* dicatur. Fuit autem Tigrinus ipſe Civis Piſanus ex Vico Piſano oriundus, qui Bartolum ipſum collegam ſaepius conſuluit. Sic in Lege *Hoc Articulo* 29. de *Haered. inſtit.* num. 9. ſcribit: *Dominus Franciſcus Tigrini erat de Antianis, & ſcripſit mihi, & ego* Bartolus *reſpondi*: quod nimirum tunc temporis Bartolus fortaſſe *Aſſeſſoris* munere fungeretur. Quum vero Tigrinus ipſe *Piſani Comitatus Judex* (1) electus foret, Patriae Rector a Pancirolo (2) vocatur, longeque nobilior floruit eximia ad miraculum uſque memoriae felicitate, probiſque moribus: *fuit enim*, teſte Mantua, *eminentiſſimae ſcientiae, & ſanctae vitae*. Quum inter principes Juris interpretes circa annum 1340. floruiſſe videatur, ingruente peſte anni 1348. de diſceſſu cogitaſſe, & Peruſinam Cathedram Bartoli tempore rexiſſe videtur: unde honorifico Senatus decreto (3) Piſas revocatus anno 1356. cum ſtipendio 200. florenorum ibi docere perrexit uſque ad annum 1360. quo infelici quodam juſtitio Piſis indicto (4) Profeſſores omnes munere ſoluti ſunt. Hinc apud Bartolum Conſ. 152. dicitur: *Et ego Franciſcus Tigrin. Legum Doctor de Piſis, & nunc legens in Studio Peruſino conſulo, ut ſuperius dictum eſt per D. Bartolum excellentiſſimum legum Doctorem. Datum Peruſii die* 20. *menſ. Martii* (5). Quod ſi Bartolus, & Tigrinus ipſe ex Piſana Cathedra Peruſium mi-

G 2

(1) Archiv. Com. Filz. 10. p 431.
(2) Lib. II. c. 53. p. 139.
(3) Archiv. Publ. Lib. XXX. p. 12.
(4) Lib. XXXIV. p. 5.
(5) *Tigrini vitam vide in Vol. I.* Memorie Iſtoriche d'Illuſtri Piſani, *quod opus hoc ipſo anno* 1790. *impreſſum eſt*.

gravit, viciſſim, Peruſio Baldus ex illuſtri Ubaldorum gente anno 1319. ut ipſe teſtatur (1), Peruſii natus, Piſas acceſſit. Mantua quidem, Pancirolus, Papadopolus, Ficardus, Cotta, ceterique, qui Juriſconſultorum vitas ſcripſerunt, ipſum inter Piſanos Profeſſores minime enumerarunt. At ſolertiſſimus Academiae noſtrae Hiſtoricus Fabbruccius (2) Piſani Senatus decretum (3) anno 1358., ſive communi 1357. editum producit, quo Baldi munus, & conſtituta merces apparet: *Idibus Aprilis XI. Indict. Baldo de Peruſio Legum Doctori hic actu legenti Ordinariam florenos triginta quinque de auro, quos habere debet a Communi Piſano pro Lectura Digeſti Veteris praeſentis anni, & qui debuerunt ſibi ſolvi in Puſchate Reſurrectionis Domini proxime praeterito*. Ex quo decreto perſpicue colligitur, quod anno ſaltem 1356. fortaſſe, quum Tigrinus in Patriam revocatus fuit, Baldus etiam ad Piſanam Cathedram venit; quumque in infauſta Lectorum dimiſſione (4) anni 1359. non nominetur, veriſimile eſt certe, quod in eodem ipſo docendi munere Piſis perſtiterit. Antea tamen Baldus ipſe Bononienſem Cathedram rexiſſe dicitur, idque ab anno 1344. ad 1355. contigiſſe ſcribit Papadopolus (5): in quo clar. virum falli putaverim, ſi vere Baldus *Doctoris* inſignibus a Bartolo decoratus fuit, ut ipſe innuere videtur (6). In Patavina deinde Cathedra floruiſſe ex monumentis anni 1378. 1380. 1389. erudimur: deinde in Patriam revocatus (7) uſque ad annum

(1) Tract. de pactis in fin
(2) Excurſ. Hiſtor. II.
(3) Lib. XXXII. p. 29.
(4) Ibi Lib. XXXIV.
(5) Lib. III. Sect. I. c. 70. num. 83.
(6) L. unic. ſi quacun. praed. poteſt. n. 12.
(7) Pancir. Lib. II. c. 73.

Digitized by Google

1391. honorifice ibi vixit, quo mille florenorum aureorum ſtipendio Ticinum vocatus aliquandiu ibi floruit (1), donec anno 1400. fato conceſſit.

Clariſſimis Juris interpretibus, quibus renaſcentem Academiam Piſani Proceres exornarunt, doctiſſimos etiam Medicinae Profeſſores adjunxere. Ipſorum primus occurrit Guido de Prato, in cujus hono-

---

(1) *Addere & illud poterat Corſinius Baldum Florentinis etiam operam ſuam praeſtitiſſe. Et Florentiae quidem vel ab an. 1319. Lyceum erat, in quo Juriſprudentia docebatur. Anno vero 1355. medicinae, philoſophiae, aliarumque diſciplinarum quoque ſtudia in illud invecta fuerunt, Reipublicae decreto. Nam ſexennio antea Clemens VI. ſuis litteris conceſſerat Florentinis illa privilegia, quibus decorari tum ſolebant publica diſciplinarum omnium Gymnaſia, ſive ut appellabantur* Generalia Studia. *Sed ut ad Battolum revertamur, illum doctoris munus exercuiſſe Florentiae, ex his Reipublicae litteris ad Peruſinos cognoſci poterit. Excerpſimus eas ex Tabulario Florentino, quod dicitur* delle Riformagioni, Regiſtro di lettere eſterne ed interne 1364. & 1365. Filza XII.

Peruſinis. Fratres Cariſſimi. Nolumus praeterire ſilentio, ne videamur perceptorum ſervitiorum ingrati, praeſertim cum non videatur actio virtuoſa, quae a principio ſequeſtratur, quin de ſcientiae famoſae viro D. Baldo Magiſtri Franciſci honorabili cive veſtro dignae commendationis laudes extollamus; ipſe quidem ſecundum ſibi traditum a Domino probitatem, legalem ſcientiam aliis lepore fecundo monſtravit, a ſtudio ſedulo non divertens, nec ſibi in diſputationibus, ut dociles quoſcunque redderet, facundia defuit, immo praebens ſe ipſum praeter moralem ſcientiam ceteris ſpeculum ſcientiae ſalutaris alios ſecundum demerita increpabat, aliis ſuadebat, alioſque ad bonum ſalubribus conſiliis hortabatur, ſibi adſcribens ad laudem, quod magiſtrum ſcholares ſub eo ſcientiae dogmatibus anteirent, nec ob id dum pro Communis noſtri negociis ſuis conſiliis egeremus, impedimentum adſecutus non fuit, quin ſaepe requiſitus ſe ſollicitum exhiberet. Ex quibus

Digitized by Google

rem decretum (1) hoc anno communi 1340. editum reperitur: *Magiſtro Guidoni de Prato Doctori Fiſicae, Cirurgiae electo a Communi, & pro Communi Piſano ad Lecturam Cirurgiae Scholaribus in dicta ſcientia in Civitate, & Studio Piſano ſtudentibus florenos ducentos triginta de auro pro ſuo ſalario anni praeſentis incepti in Kal. April.* Stipendii amplitudo, ejuſque in anteceſſum ſolvendi conditio demonſtrat ipſum inſignis doctrinae vel celebritatis fuiſſe, quamvis haec decora, vel alia ad ipſum ſpectantia in obſcuro deliteſcant. Id unum conjicere fortaſſe licet, quod quum Alidosio (2) teſte, *Guido Landi filius de Prato Doctor Phyſicus* anno 1345. Bononienſis Civis foret, ſive ut alibi (3) dicitur, anno 1347. *Guido Landi* filius in Conſilio reſideret, ſi unus idemque cum noſtro ille fuit, ut Fabbruccius exiſtimavit, Piſis Bononiam migravit, ibique civitate donatus, aliiſque honoribus auctus fuit. Mihi vero Guidonem unum ab alio diſtinguendum eſſe videtur. Etenim ſi Guido Medicinae Profeſſor, qui Piſis docuit, Bononienſis fuiſſet, quid in Piſanis Monumentis *a Prato*, non vero potius Bononienſis diceretur? ſi Bononienſis Civitatis jure donatus fuiſſet, quid amplius *de Prato* ab Alidoſio vocaretur? Itaque ſuſpicor Guidonem illum Landi filium Bononienſem origine fuiſſe, eaque gente progenitum, quae *de*

tum quod nobis & Studio noſtro laudem attulit, & tum quod ſibi & patriae honoris gloriam vindicavit, ſufficentiae ſuae eramus obnoxii. Et quamquam ſummo ſtudio conati fuerimus ipſum retinere, tamen inſtanti eidem nos de reditu ad praeſentiam veſtram praeponentes veſtrum ſuumque placitum aviditati noſtrae gratiam conceſſimus remeandi; quem quod habetis civem pollentem conſilio & virtuoſis meritis noſtrumque hominem zelatorem, cordialiter commendamus, ad veſtram notitiam reducentes, quod in laudem veſtram proficit, quod ipſe veſtris ſtudiis honorifice fuerit adſecutus. Dat. Florentiae die 13. Septemb. 1364.

(1) Archiv. Publ. Filz XX. p. 30.

(2) Pag. 82. (3) Pag. 83.

Prato dicebatur, ejuſque Luyſii fortaſſe patrem, qui in Bononienſi Hiſtoria (1) memoratur.

Proxime Guidoni noſtro ſucceſſit Ligus Franciſci filius Ammannatus. Etenim in publicis patriae monumentis (2) apparet, quod anno 1346. inter Antianos conſedit *Magiſter Ligus Phiſicus*, cujus elogium in publico urbis ſepulcreto, quod *Campum Sanctum* appellant, reperitur: *Hic jacet vir prudens, & diſcretus M. Ligus q. Franciſci Ammannati de Piſ. in Medicina, Philoſophia, & ſeptem Liberalibus Doctorato, qui obiit A. D.* 1359 *die* 18. *Auguſti*. Quod vero non modo laurea donatus, vel *Doctoris* nomine decoratus fuerit, ut ambigua brevioris hujus elogii verba ſignificant, ſed & diſciplinas ipſas publici Profeſſoris inſtar docuerit, ſatis oſtendit marmoreum anaglyphum elogio praefixum, in quo Ligus ipſe in Cathedra ſedens, toga inſignis, & diſcipulos hinc inde diſpoſitos erudiens exhibetur.

Paucis his diſciplinis, earumque Profeſſoribus, quae pro temporum illorum conſuetudine, & aliarum Academiarum more Piſis inſtitutae ſunt, iisdem omnino temporibus Sacrarum quoque Litterarum ſcientia, vel Theologiae Cathedra, ut par erat, adjuncta fuit. Hanc omnium primus ingenii, & eximiae pietatis fama decoravit Frater Leo de Ravenna Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ut ex publicis monumentis apparet, praeſertim vero ex inſauſto Piſanorum Decreto (3), quo omnes fere Profeſſores antea feliciter convocatos anno communi 1359. ob aerarii anguſtias & bellorum calamitates dimiſere, clauſiſque

(1) *Anno* 1414. *obiit Luyſius de Prato, qui erat Major homo, qui eſſet apud D. Papam, & erat ſicut Dominus Bononiae, & erat in S. Joanne in Perſiceto, ubi ſtabat, quia D. Papa donaverat ſibi illud Caſtrum; & fuit portatum Corpus ſuum ad Pratum.* Matth. de Griffon. Mem. Hiſt. apud Murator. T. XVIII. col. 221.

(2) Arch. Publ. Lib. XXV. & XXXI.

(3) Arch. Publ. Libr. XXXIV.

ſcholis renaſcentem Academiam, maximeque florentem propemodum extinxere. Non ſatis conſtare videtur, num inter Piſanos Theologiae magiſtros numerandus ſit Fr. Bartholomaeus Albitius ex ordine Minorum. Is quidem clarus fuit Piſis, obiitque an. 1351. ut indicat inſcriptio in illius monumento ad S. Franciſci poſita. *Hic jacet venerabilis Frater Bartholomaeus Domini Albiſi Ordinis Minorum, qui obiit A. D. MCCCLI. die X. Decembris.*

Denique gravioribus hiſce diſciplinis antea memoratis optimo ſapientique conſilio leviores etiam artes, & humaniorum litterarum ſtudia conjuncta fuere. Hinc in monumentis publicis memoratur (1), *Marcus Doctor Grammaticae filius q. Andreae de Fagiano*, qui anno 1354. electus fuit; eodemque anno mentio fit (2) *Magiſtri Pupi Doctoris Grammaticae*. Quamvis autem Doctores illi adoleſcentibus ſolum erudiendis inſtituti videantur, ideoque inferioris longe ſubſellii cenſeri merito illi poſſent, elegantioribus tamen ſtudiis praeluſiſſe merito exiſtimantur, quae paucos poſt annos mirifice floruerunt, dum anno 1395. Franciſcus Buti Dantis Aligherii Poema eleganter expoſuit (3). CA-

(1) Citat. loco pag. 50.

(2) Ibi Libr. XXVI. & XXVII.

(3) *Haud revocari in dubium poſſe videtur, quin Franciſcus Bartoli de Buti F. Piſis publice humaniores litteras docuerit. Id plura probant monumenta. In Volumine IV. Piſani Tabularii habetur.* Mag. Franceſco q. Bartai de' Buti de Capella S. Pauli ad Hortum Doctor Grammatices tenenti ſcholas in Communi Piſano pro ſalario & mercede ſex menſium lib. 25. ad rationem 50. per annum. *In Volumine XXXVIII. indicatur auctum illi fuiſse ſtipendium. In Volumine autem XXVIII. legitur.* Mag. Franciſcus olim Bartali de Biuti Doctor Grammatice coram me Framuccio Notario ſupraſcripto, & teſtibus infraſcriptis habuit & recepit a ſupraſcripto Camerario libras 308. denariorum Piſanorum debitas ſibi a Communi Pis. pro ſuo ſalario & mercede unius anni finiti in Calendis Januarii praeteriti occa-

CAPUT VII.

De Piſana Academia a Romano Pontifice confirmata, variiſque honoribus, & privilegiis decorata.

ETſi Piſanae Reipublicae Proceres jure ſuo, ſupremaque poteſtate, qua in gravioribus aliis tum belli, tum pacis negotiis uti conſueverant, publicum facultatum omnium Gymnaſium in Patria erexiſſent, & accitis undique celeberrimis viris anno 1338. ſplendidius exornaſſent, ut in ſuperiori capite demonſtravi, novum tamen Academiae ſplendorem

H

caſione ſuae doctrinae', quam publice tradidit in ſuis ſcholis omnibus audire volentibus secundum formam Proviſionis de eo factae per Dominos Anthianos Dominicae Incarnationis an. 1386. Indict. IX. VI. id. Januar. Et pro praeſenti ſolutione factae prid. non. Jan. X. Ind. de quibus ſe, & inde &c. Actum in Camera Piſani Communis, Praeſentibus Ser Andrea de Appiano, & Mariano Soppo teſtibus ad haec, Domin. Incarn. anno 1387. Ind. X. die 12. Mart. *Ex aliis monumentis colligitur ipſum exemptionibus & immunitatibus quibusdam & civitate donatum fuiſſe, ſummo ſemper in honore habitum a Piſanis, uxorem duxiſſe, non caruiſſe liberis, inter quos extitit Joannes, juriſprudentiae doctrina, geſtiſque in patria muniis clariſſimus, obiiſſe an. 1406. Indict. XIV. die 25. Julii, & ad S. Franciſci in Clauſtro Coenobitarum ſepulcri monumentum habuiſſe cum hac inſcriptione:* Magiſtri Franciſci Doctoris Grammatice olim Bartoli de Buti Filiorum Heredumq. ſuorum. *Haec ad Corſinii narrationem addidiſſe juvit.*

Digitized by Google

ex Pontificio quoque Diplomate ſibi quaerendum putarunt, quum iis praeſertim temporibus de Apoſtolica Sede, Romanoque Pontifice praeclare meriti viderentur. Etenim licet ſuperioribus annis 1327. 1328. Ludovici Bavari, qui imperium invaſerat, praeſentia ac minis perterriti, Pſeudo-Pontificem Nicolaum V. admiſiſſent, ac duorum annorum ſpatio ipſum Piſis degere paſſi fuiſſent, excuſſo tamen Ludovici imperio, ab ipſis etiam Pſeudo-Pontificis partibus defecere, eamque navi impoſitum Avenionem ad veri Pontificis pedes perduxerunt, quo factum certo fuit, ut funeſto ſchiſmati, quod Eccleſiam diſcerpſerat, optatus tandem finis imponeretur. Quemadmodum ergo Pontifex ipſe Joannes XXII. tanti beneficii memor Piſanis reſcripſerat: *Quoties geſta veſtra Deo nuper grata, Sanctaeque Matri Eccleſiae admodum opportuna ad memoriam revocamus, profecto toties non indigna jucunditate replemur, & gaudio, & ad gratias referendas ei, de cujus nobis conceſſum eſt munere, ut ad talia vos converteretis animos, incitamur*, ita confidere, ſibique polliceri Piſani poterant, quod Clemens VI. qui poſt Benedictum XII. Joanni ſucceſſerat, veteris beneficii & officii memor ipſis quaeſitos honores, & optata Academiae jura concederet, quae jam Gymnaſiis aliis nuper inſtitutis indulſerat. Itaque Oratores ad Pontificem ipſum miſerunt, qui Patriae nomine peterent, ut Academiae jampridem inſtitutae nuperque novis incrementis auctae Apoſtolicae auctoritatis robur adjiceret, ipſamque conſuetis honoribus, titulis, & praerogativis omnibus decoraret, quae ex temporum illorum moribus ab Apoſtolica Sede peti, vel impetrari conſueverant. Aequiſſimis Piſanae Reipublicae votis annuit Pontifex (1) datoque ad eam rem ampliſſimo Diplomate (II), laudavit in ipſo *fidei probitatem, & devotionem eximiam, qua Civitas Piſana ad ſe & Apoſtolicam ſedem gerere noſcitur.*

(1) Ammirat. T. I. Lib. 9. an. 1343

Quandoquidem vero augendo Academiae ipſius ſplendori ſimulque alliciendo Auditorum numero conferre plurimum poterat, ſi iis quoque Clericis, qui ſacrorum Canonum Decretis ab Eccleſiis ſuis abeſſe non poterant, poteſtas fieret, ut ſtudiorum cauſſa Piſis degerent, ſimulque tamen beneficiorum ſuorum fructus perciperent, Piſanorum Civium deſiderio Pontifex hac quoque in re ſatisfecit; quumque haec facultas ex Canonicis legibus (1) iis ſolum Clericis conceſſa foret, qui ſacris Theologiae ſtudiis addicti forent, facultatem ipſam iis etiam perhumaniter indulſit, qui Juriſprudentiam in Piſanis ſcholis addiſcerent, ideoque Decretum aliud, ſive Diploma edidit (III).

Quae vero ex ejuſmodi Romanae Sedis indulgentia tum honoris acceſſio, tum major Auditorum frequentia Academiae noſtrae facta fuerit in tanto veterum monimentorum ſilentio definire non poſſumus. Credibile eſt tamen longe majorem Auditorum numerum huc confluxiſſe, & plurimis, qui cum laude ſtudiorum curſum confecerant, conſuetam Doctoris laudem conceſſam fuiſſe. Certe in publici Tabularii Regeſtis ab anno 1342. ad annum uſque 1389. ſupra triginta Piſani Cives publicis Patriae muneribus functi memorantur, quorum quilibet aut Juriſperitus, aut Doctor, aut Juriſconſultus, aut Medicinae Doctor, ſive, ut vocari conſueverant, *Phyſicus* appellatur; quumque honores illos in patria conſequi poſſent, ipſorum ſingulos non alibi certe, quam in patria ſtuduisse, laureamque adeptos esse putaverim, nullique dubium, quin Bartolus, qui Juriſprudentiae lauream ab Arſendo Bononiae adeptus erat, & mox Peruſii Bonaccurſium Fratrem, & Joannem de Saxoferrato ad ejusmodi honores promovit, Piſis etiam plures eodem titulo decoraverit.

Illud unum in tanta rerum obſcuritate perſpicue certoque conſtitui poterit, quod ingens adeo ſtudentium, vel ut appellari conſueverant,

H 2

(1) Cap. ſuper ſpecula de Magiſtris.

Digitized by Google

Scholarium ad novam hanc Academiam numerus advolavit, ut ab anno 1339. varias in Claſſes diſtingui illi coeperint, ut alii *Ciſmontani* vel *Itali*, alii vero *Ultramontani* vocarentur; quumque ipſorum quilibet Principem, vel ut appellari ſolebat, Rectorem eligere conſueviſſent, Piſis etiam *Citramontanorum*, & *Ultramontanorum* Rector eligebatur. Ejusmodi diviſionis, vel diſcriminis mentio in quodam Civitatis decreto (1) anni 1340. St. Piſ. nobis occurrit, in quo locatae domus merces! ſolvenda praecipitur, quam Ciſmontanus Rector incolebat, quod eodem plane jure de Ultramontano quoque Rectore intelligitur.

Quod ſi tanta Piſanae Reipublicae cura fuit, ut Academia recens conſtituta, longeque honorificentius reſtaurata Pontificio etiam Diplomate decorata floreret, dubitari certe non poterit, quin Civitas ipſa Caeſareis partibus ſemper addicta pari prorſus ordine Caeſareum quoque Diploma ambiverit, atque ab Imperatore obtinuerit. Etenim, ne Auguſtos alios hic memorem, Carolus IV. dum praeſertim in Etruria foret, Caeſareum hoc Diploma vel Academiae dignitatem Florentinis IV. Nonas Januarii anno 1364., Senenſibus 17. Septemb. die anni 1357., Arretinis anno 1356. Lucenſibus anno 1369. indulſit; ut fieri vix potuiſſe videatur, quin Piſani quoque gentium illarum aemuli ſimile Diploma non poſtulaverint, aut Imperator Piſanis ipſis, dum eorum urbem anno 1355. 1356. ſemel iterumque inviſit, illud indulſerit. Addi etiam poterit, quod Auguſtus ille, dum Piſis moraretur, Bartoli, qui Jus Caeſareum Piſis legerat, & Peruſinorum Legatus Piſas venerat, con-

(1) *Puccio Bonetti de Capella S. Petri ad Iſchiam florenos quindecim de auro vel eorum valentiam & ſolvi reſtantes de penſione, & pro penſione unius ſuae Domus cum cloſtra & viridario poſito in Capella S. Laurentii de Rivolta conductae a Communi Piſano pro Rectore Citramontano Studii Piſani inhabitando, videlicet pro ultimis ſex Menſibus dictae conductionis*. Archiv. Piſ. Lib. XX. p. 17.

ſiliis utebatur (1) ipſisque & ejus poſteris ſplendida quaedam inſignia ac ornamenta conceſſit; nihilque facilius admitti poteſt, quam ut Bartolus ipſe Piſanis gratus gloriaeque cupidus decretum hoc a benevolo amantiſſimoque Auguſto impetraverit. Quid vero, quod Auguſtus ipſe, dum Piſis degeret, Zenobium Mazzuoli e Strata Caſſentini, vel, ut loquuntur alii, Cluſſentini oppido oriundo Poeſis ac Eloquentiae laude conſpicuum ante Majoris Piſanae Eccleſiae fores inter illuſtrium Procerum turbam in maxima civium & exterorum hominum frequentia Poetica lauru manu ſua redimivit; ideoque oſtendit quo ſtudio & amore ad illuſtres viros doctrinae inſignibus decorandos ferebatur. Itaque nihil facilius, quam ut Piſanae Academiae Profeſſoribus poteſtatem hanc fecerit, ut conſuetis ritibus alios ad Doctoris gradum eveherent, quum praeſertim id Pontificio quoque Diplomate probatum eſſe conſpiceret. Ingenue quidem fatendum eſt, quod ejuſmodi Diploma non reperitur, nec ulli prorſus laudatum, vel memoratum fuit: ideoque in ampliſſima Diplomatum ſerie, quae a Lunigio, & Ludevigio collecta fuit, non recenſetur. Quin etiam ex Nicolai Batrothini Epiſcopi teſtimonio, et graviſſimo Caroli ipſius Diplomate apud Lunigium ipſum apparet, quod anno 1369. Carolus ipſe Roma rediens, Piſanam urbem declinans, & Lucam ingreſſus, Piſanis ipſis veluti rebellibus vehementer iratus, Piſanam urbem imperio, ſibique perduellem privilegiis omnibus indultis, juribus, praerogativis & honoribus antea conceſſis privavit (2). Itaque ſi Decretum in Academiae gratiam conceſſum fuit, ad annum 1355. referri debet, quo vere Carolus ipſe plurima Piſanis largitus eſt, ac facultas illa non edito Diplomate, ſed Imperatoris voce conceſſa fuit: ſive Caeſareum hoc Diploma hominum incuria in turbulentiſſimis cer-

(1) Ad Extrav. *ad Reprimendam*, & in Lege *Gallus*.

(2) *Vid. praeter Lunig. ipſum* Chron. Pis. apud Murat. T. XV. Villan. Lib. V. cap. 26. Ammir. Lib. XI. Tronci p. 378.

Digitized by Google

te temporibus mox inſequutis prorſus excidit. Conſtans tamen ac pervetuſta opinio a majoribus propagata ad nos uſque pervenit, quod Academia noſtra Pontificio, ſimulque Caeſareo Diplomate decoretur, ac Piſanae Eccleſiae Antiſtes in conferendis Doctoris inſignibus Apoſtolici, ſimulque Caeſarei Magni Cancellarii munere, vel poteſtate fungatur, ut Ughellus, Brancaccinus, Martinus, Orlandus, aliique plurimi exiſtimarunt. Hinc in patentibus publiciſque litteris, quae promotis hominibus concedi ſolent, haec Antiſtitis Piſani dignitas exprimi conſuevit, ut ex veteri, novaque Diplomatis formula alibi proferenda demonſtratur.

Antiquius tamen exemplum in Archiepiſcopalis Archivii libris (1), ut diligentiſſimus Fabbruccius obſervavit (2) reperitur ad annum 1438. in quo Juris utriuſque lauream *Apoſtolica & Imperiali auctoritate* (3) obtinuit Michael Geminiani de S. Geminiano, idemque plane conſpicitur anno 1442. ubi *Nicolaus Aulla* Siculus lauream in Medicina adeptus dicitur *in forma Privilegiorum Apoſtolicorum, & Imperialium Communi Piſano conceſſorum*. Quod ſi vetuſtius aliud Diplomatis hujus exemplum in lucem feliciter proferatur, nulli dubium, quin titulus ille, vel ea facultas perſpicue expreſſa reperiatur. Sed nihil eſt certe, cur modo ſubtilius & curioſius inquiramus an Academia non Apoſtolico ſolum, ſed Caeſareo quoque Diplomate confirmata, & decorata fuerit. Etenim ſi Decretum illud aliqua ex parte requiri, vel optari poſſet, nunc maximo & immortali Dei munere adepti ſumus, ubi Piſae atque Univerſa Etruriae Provincia beneficentiſſimo Imperatoris Caeſaris Franciſci I. auſpicio, & imperio regitur, qui tanquam Magnus Etruriae Dux non modo Academiam ipſam probavit, verum etiam liberalitate, amore ac munificentia illuſtravit.

---

(1) Lib. I. p. 191.
(2) Opuſc. III. p. 9.
(3) Ibi.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De variis locis, in quibus Gymnaſii Piſani Scholae variis temporibus apertae ſunt.

QUum tanta fuerit Piſanorum civium cura, ut Academia Piſis inſtitui, novis titulis decorari, doctiſque viris ornari poſſet, illud etiam tum publico Auditorum commodo, tum Gymnaſii recens inſtructi, ac *Generalis Studii* nomine decorati dignitati conveniens maxime videbatur, ut univerſae Scholae, quae primis illis temporibus apertae ibi fuerant, uno eodemque in loco honorifice excitarentur, ut ingenioſi juvenes ſtatis horis in illas confluerent, ac Profeſſores ibi docentes, ſive pro temporum illorum more publice diſputantes audirent. Ac certe quidem annalium Piſanorum ſcriptor Troncius exiſtimavit, litteriſque prodidit, quod idem ille Fatius Donoratici Comes, qui Piſani Gymnaſii anno 1338. reparandi auctor fuerat, atque anno 1340. immatura morte deceſſit, opportune curavit, ut Scholarum Theatrum Piſis excitaretur, aut ſplendidiori cultu ornaretur (1). Sed ingenue tamen fatendum eſt, nullum ejusmodi Theatrum aut Fatii temporibus, aut inſequutis etiam aetatibus extitiſſe, ut proinde haec laus Florentinis Academiae Moderatoribus, praeſertim vero Laurentio Mediceo reſervata

(1) *Ridotto a buon termine il Teatro delle Scuole mandò (Il Co. Fazio) Ambaſciatori a Papa Benedetto*; Tronci Annal. Piſ.

Digitized by Google

fuerit, qui anno demum 1493. communem hanc Aedem, ſive Theatrum, in quo facultates omnes traderentur, deſtinarunt.

Itaque primis illis temporibus, quibus aliarum Academiarum more mediocris adeo Profeſſorum numerus habebatur, ipſorum quilibet ſuis in Aedibus confluentes Auditores excipere, ac erudire conſueverat, eaque de cauſſa e publico Civitatis aerario domus locatae penſio ſolvebatur. Perſpicue id oſtendit Civitatis decretum pro Rainerio Arſendo jampridem editum, quod opportunius Cap. VI. jam protuli. Id etiam de Bartolo Sentinate, ſive de Saxoferrato dici poterit, quem antiqua & conſtans patrum traditio (1) vel fama teſtatur nobiles Familiatorum Aedes incoluiſſe, quae poſtea cum pluribus aliis coaluerunt, ut ſplendidum ac illuſtre aedificium illud formaretur, in quo anno 1593. a Ferdinando M. E. D. Nationum Etruſcarum Collegium excitatum fuit, quod adhuc ex ejus nomine *Ferdinandum* vocatur. Certe marmorea Inſcriptio ſupra Collegii fores conſpicitur, quae poſteris famam hanc commendavit.

Perſpicuum eſt tamen, quod non privatae ſolum, ſed communes etiam ac publicae facultatum ſcholae reperiebantur, quarum penſio ex publico Civitatis aerario ſolvebatur, ut ex Decreto anno 1339. facto conſpicitur (2). Ita quum Petrus Joannis Ariſtotelis, poſtquam Medicinae Cathedram Bononiae ab anno 1381. ad 1386. rexiſſet, facultatem ipſam traditurus Piſas advenit, a Jo. Jacobo Ricuccho domus in Paroecia S. Petri ad Iſchiam conducta fuit, quam ipſe incolere, & in ea Auditores confluentes excipere, ac erudire poſſet. Itaque Scholae, quae

juriſ-

(1) Tronci Annal. Pis.

(2) *Libras quinque denariorum Piſanorum pro penſione unius alterius domus ſitae in Capella S. Simeonis ad Parlaſium, in qua teneantur Scholae Scientiae Medicinae, quam ipſum Commune conduxit pro ſex menſibus ultimis anni proximi praeteriti . . . . Conducta domus Jo. Jacobi Ricucchi pro Magiſtro Piero Jo. Ariſtotelis de Bononia* Lib. XXVIII. pag. 130.

Juriſprudentiae, & Medicinae deſtinatae fuerant, diſtinctae quidem; ſed finitimae tamen, ac fere conjunctae fuerunt, eiſque in locis poſitae, quae honeſta, libera & quieti aptiſſima viderentur. Eadem quoque poſteris etiam aetatibus uſuveniſſe videntur; quum praeſertim ſaepiſſime Academiae Profeſſores aut ſolum vertere, aut Academiam ipſam tot infortuniis agitatam ſequi cogerentur, ut ſequenti Capite oſtendemus.

Denique quum Piſana Civitas ac Reſpublica in Florentinorum poteſtatem conceſſiſſet, & Academiae cura Florentinis Primoribus commiſſa foret, ii de ſtabili ſcholarum omnium ſede, ac veluti communi facultatum domicilio cogitarunt. Interim tamen dum locus ille nobilius ornaretur, atque ibi ſubſellia & Cathedrae diſponerentur, a Monachis Camaldulenſibus impetratum fuit, ut in ipſorum Monaſterio publicae hae ſcholae fierent. Hinc anno 1493. 12. Octobris die Abbas rogatus fuit (1) *ne removeat Scholas Doctorum Legentium, quae ſunt in ſuo Conventu, donec in Sapientia tot Scholae perficiantur, quae ſufficiant omnibus legentibus*. Atque inde factum putaverim, quod, ut in Decii vita legitur, publicae concertationes, quae ab ipſo habitae ſunt in Templo S. Michaelis habitae memorantur: quemadmodum puncta, quae adoleſcentibus Doctoris Lauream petentibus explicanda aſſignantur aliquando antiquis temporibus intra Templum ipſum (2) explicari conſueverant. Quamvis autem hac aetate ſolemnis illa Doctorum inauguratio, & experimentum alibi fieri conſueverit, legitima tamen Candidatorum propoſitio, Fidei Profeſſio, & fortuita Punctorum poſtridie explicandorum aſſignatio in Eccleſia ipſa fieri ſolet; quemadmodum ubi Profeſſores in variis actibus ad Religionem ſpectantibus rite congregantur, in Templum ipſum conveniunt, ut inde, praeeuntibus famulis, ad

I

(1) Reform. Lib. V. pag. 16.
(2) Lib. IV. Doctor. Archiep. pag. III.

Digitized by Google

Eccleſiam Lege conſtitutam ordine progrediantur. Haec autem omnia in veteri Templo facta putaverim, quod S. Philippi dicebatur, quodque a Cardinali Hugone Vice-Comite anno 1117. aedificatum & dotatum fuiſſe legitur, antequam in profanos uſus illud ipſum converteretur.

Quin etiam ex ipſo diſputationum loco vulgarem illam, levemque famam fluxiſſe putaverim, quae nonnullis, ac praeſertim Troncio & Farullio impoſuit, ut nimirum Scholas in Foro Frumentario eidem Eccleſiae proximo olim extitiſſe putarent. Perſpicuis enim monumentis iſtis erudimur, quod ejuſmodi Forum ſequioribus ſolum temporibus excitatum fuit, ut epigraphe ipſi impoſita manifeſtiſſime oſtendit.

COSMO MEDIC. FLOR. DUC.
AEDILIS PIS. ECCL.
FORUM HOC FRUMENT.
PERFICI CURAVIT
MDXXXIII.

Quod ſi in proxima S. Philippi Eccleſia Juriſconſultorum concertationes fieri conſueverunt, non inde tamen evinci poteſt, quod ibi Juriſprudentia quoque doceretur, quum Bartoli, & Arſendi exemplo oſtenderimus ſcholas huic muneri diſtinatas in aliis urbis locis extitiſſe. Ceterum, ut ad novas ejuſmodi ſcholas, ſive Theatrum revertar, anno demum 1493. feliciter inſtauratum, ac publico litterarum bono reſeratum fuit.

Quum enim circa annum 1346., ut ex Inſcriptione apparet, quae in proximo Eccleſiae epiſtylio conſpicitur (1) in celebri ac illuſtri Ur-

(1) *His verbis Gothico charactere exaratis concepta eſt inſcriptio*. ✠ Queſta Eccletia chiamata Santa Maria Vergine fue hedifichata per lo Comune e per

bis loco Forum Frumentarium magnifice aedificatum fuiſſet, aedificium illud a principis Eccleſiae Aedili emptum fuit, ſimulque imperatum, ut Forum aliud civicae annonae deſtinaretur (1), quod anno demum 1544. factum eſſe erudimur. Ceterum vetus Forum, quod in Gymnaſium converſum fuit, ſcholis habendis aptiſſimum merito videbatur. Etenim in medio oblongum atrium complectitur, quod omni ex parte ambulacro columnis ordinis Dorici ſuffulto ambitur, ut in principe quidem, vel ſuperiori parte, quae ad Occidentem ſolem convertitur, magnum Auditorium, vel ut communiter dici ſolet *Schola Magna* reperiatur, in aliis vero lateribus ſcholas decem ambulacris contiguas habet, ut ex ſcholis in atrium prodire liceat, ſicuti viciſſim ex atrio in ſcholas ordine diſpoſitas ingredi, quarum quaelibet cathedra, ſimulque ſubſelliis commode diſpoſitis, & ad ſcribendum aptiſſimis exornatur. Orientali Gymnaſii portae aula adhaeret, in qua Profeſſores omnes conveniunt, atque a turba ſemoti tempus expectant, ut hora ſingulis praeſtituta ſcholam ingrediantur, ibique ex cathedra qua voce, qua ſcriptis traditis Auditores erudiant. In ſuperiori quoque aedificii parte, vel altera contignatione eadem prorſus ambulacra columnis ſuffulta repeiuntur, quibus 40. cubicula totidem adoleſcentibus Principis muni-

lo Populo di Piſa in dell'anno della Incarnagione del noſtro Signore Jeſu Xpo MCCCXLVI. dei Meſe di Ogoſto ſtante eſſendo Domenico Raineri Novello Conte da Donoraticho Capitano Generale di Piſa, e di Luccha e del loro contado ✠ Ceccho di Lemmo Capo Maeſtro de ditto lavoro e della Piaſſa ✠ Giovanni Bucchia Citadino di Piſa fue Operajo della ſopraſcripta Eccleſia e della Piaſſa della Biada in del ditto tempo.

(1) *L'anno 1493 per li Magnifici & Excelſi Signori Fiorentini & opportuni conſigli della Ciptà di Firenze fu ordinato, che per l'Opera, & Operajo del Comune di Piſa ſi rifaceſſe la Piaſſa del Grano, la quale Piaſſa ſuccedeſſe, e fuſſe in luogo della Piaſſa vecchia, che era di ditta Opera, e dal Publico preſa per farvi la Sapientia*. Arch. Operae

Digitized by Google

ſcentia alendis deſtinata adhaerent. Gymnaſium, vel univerſa aedificii moles antiquo nomine *ſapientia* vocatur, ac via, quae a Borrea in Auſtrum ducta ipſi adhaeret, & ad proximum Arni flumen pertingit, nunc *Sapientiae* via vocatur, quum prius *Portae aureae* vel *Gigantis* via diceretur, quod in extrema ipſius parte fluvio finitima Gigantis ſtatua, incertum quo conſilio, excitata foret cum hac epigraphe:

Hoc opus eſt factum poſt partum Virginis actum
Anno milleno centeno bis duodeno
Tunc jam currebat luſtrum, quo bella gerebat
Janua Piſanis nimis Archipraeſule claris
Conſul Piſanus quidam per ſecula clarus
Nomine Rodulphus probitatis nectare fultus.
Sic placuit cuncto Populo famulamine multo
Quod juxta Sarnum meruit me ſiſtere magnum

nimirum ſtatua illa prope Arni Fluvii ripam collocata fuerat, qui ab Epigraphae auctore *Sarnus* vocatur, quemadmodum prorſus in Piſano Chronico a Laurentio Veronenſi de inſtructis Navibus dicitur (1).

Accipit has Sarnus Graeco vocitatus ab amne
Alphaeus.

Poſtquam vero pulcherrimo Laurentii Medicei conſilio ſtabilis haec Aedes publicis ſcholis omnibus dicata fuit, ad hanc uſque diem perſeverat, niſi quod Porta ad Boream ſpectans, ne fortaſſe atrium ipſius ventis omnibus patens ſaluti officeret, obſtructa fuit, ac publicum Gymnaſii Tabularium, & Rectoris tribunal, quod olim his Aedibus annexum fuerat, in commodiorem nobilioremque locum translatum fuit.

(1) Lib. Apud Murator. Script. R. Ital. T. VI. p. 116.

CAPUT IX.

De Statu Academiae Piſanae ab anno 1360. ad 1473.

Optandum maxime fuerat, ut Academia Piſana, quae felicibus adeo principiis inſtituta, ſplendidiſque titulis ornata poſt annum 1338. florere coeperat, novis in dies honoribus & incrementis gloriaretur. At iniqua temporum conditio fauſtitatem illam miſerrime abrupit, & ingentem ſpem, quam Piſani Proceres animo conceperant, fere naſcetem extinxit. Etenim primis fere inſtauratae Academiae noſtrae temporibus incredibilis quaedam malorum ſeries Piſanam Urbem afflixit, ut ſapientiſſimi Cives non de conſervanda litterarum gloria augendoque doctrinarum ſplendore, ſed de incolumitate (1) vitaque ipſa cogitare cogerentur. Ac primo quidem ingens Annonae caritas, qua primum anno 1340. moxque iterum 1347. Piſani Cives premebantur, exteros omnes ita deterruit, ut conſueta Auditorum frequentia deſiderata, longeque plures ex ipſis etiam Etruriae Civitatibus ad facultatum ſtudia Bononiam, aliaſque in Urbes, quam Piſas confluerent.

Domeſticae deinde diſcordiae, & aſſidui fere tumultus, & ſeditiones, quae a Bergulinis (2), & Raſpantibus, oppoſitis nempe Civitatis factionibus excitatae ſunt ac ſaepius in apertum Civile bellum erupe-

(1) Chr. Piſ. apud Murat. T. XV. Tronci p, 362.
(2) Joan. Vill. Lib. XI. c. 129.

rant, litterarum ſtudiis infeſtae fuerunt, ac pacatos praeſertim exterorum animos averterunt.

Externa quoque bella tum paci, tum Litterarum ſtudiis plurimum obſtiterunt. Quum enim Lucenſis Provincia anno 1341. a Maſtino Scaligero Florentinae Reipublicae vendita foret, ac plurimi vererentur, ne Piſana quoque regio nefarie traderetur, bellum cum Lucenſibus (1) ipſis ac Florentinis ſuſceptum fuit: quumque Piſani Lucenſem urbem anno 1342. occupaſſent, armorum impetum a Luchino Vicecomite Mediolanenſium Domino 1344. excitatum tolerare debuerunt.

Denique teterrima peſtis acceſſit, quae anno 1348. non modo Piſas ac Etruriam omnem, ſed univerſam quoque Italiam miſere vexavit, atque a ſcriptoribus omnibus cum lacrimis memoratur. Itaque mirari non poſſumus ſi Academia ipſa aſſiduis fere urbis infortuniis agitata languere coeperit, & quamvis ibi Profeſſores adhuc ſubſiſterent, Franciſcus Tegrinius anno 1355. revocatus fuiſſet ac Baldus jus Canonicum traditurus adveniſſet, ac Caroli IV. praeſentia recreari, ejuſque patrocinio reſpirare poſſe videretur, ſenſim tamen languidior fieri atque ad interitum vergere videbatur.

Plurimum quoque tum publicae urbis tranquillitati, tum Academiae noſtrae incremento adverſari debuerunt frequentes illae mutationes, quae paucorum annorum ſpatio in Piſana Republica contigerunt; quum primo quidem Andreas, & Petrus ex nobili Gambacurtarum familia ſupremum patriae regimen occupaverint, tum Joannes Agnellus, tum Jacobus, & Gerardus Appianus, tum Joannes Galeatius Vicecomes ejuſque nothus filius Gabriel Maria Piſis imperium obtinuerint.

Nihil eſt tamen, quod Academiam ipſam gravius afflixerit, ipſique acerbiſſimum vulnus inflixerit, quam maxima & incredibilis argenti e-

---

(1) Append. ad Tolom. Lucens. Murat. T. III.

Digitized by Google

rogatio, quae publicum urbis aerarium pene exhauſerat. Siquidem, compoſita cum Florentinis pace, ingens pecuniae vis ſolvenda fuerat, ut damna jampridem Florentinis ipſis illata ſarcirentur; Carolo IV. Imperatori ſemel iterumque Piſas advenienti ſubſidia plurima praebenda; Carolo Neapolitanorum Regi foederato ſuppetiae ferendae; rapaciſſimis Militiarum Ducibus Lutio Lando, Joanni Acutio, Bernardo Salae, ipſorumque turmis auro inhiantibus ſtipendia ſolvenda, ut proinde maxima aeris inopia iis temporibus Piſanis civibus toleranda fuerit, omnibuſque conſiliis curandum, ut exangui pene Civitatis aerario conſuleretur. Itaque quum plura a Senatu decreta ſint, ut opes undique corraderentur, illud etiam infauſto deplorandoque conſilio ſancitum fuit, ut facultatum Profeſſores dimitterentur, atque Academiae veluti juſtitinm indiceretur. Infauſtum illud Decretum VI. Idus Maii Ind. XII. anno 1359. editum fuit (1), quo cavebatur, ut *Piſani Cives electi ad*

(1) *His verbis conceptum fuit decretum.* Providerunt Domini Anthiani Piſani Populi partitu facto inter eos ad Denarios Albos & Giallos ſecundum Formam Brevis Piſani Populi pro commodo & utilitate Piſani Communis & pro ceſſandis ſumptibus & expenſis Communi Piſano, quibus continuis modis & cauſis continue vexatur, matura deliberatione prehabita & providendo ſtatuerunt & Ordinaverunt Qualiter de cetero a die XVIII. Octobris proxime venturi in antea per Commune Piſanom vel per aliquos Cives Piſanos electos ſeu eligendos quocumque modo non eligatur vel deputetor aliquis Doctor ſeu Licentiatus in Jure Civili vel ad aliquam ſedem Decreti Decretalium Sexti Clementinarum Ordinarie vel Extraordinarie ſive voluminis Infortiati ſeu alterius Juris Civilis vel Canonici ſeu eisdem ad legendum aliqua ſedes deputetur ad ſalarium ſolvendum per Commune Piſanum ſive de camera vel pecunia Piſani Communis. Et quod Dom. Franciſcus Tegrinius D. Franciſcus Dagmiani D. Pierus Dom. Albiſi Dom Bartholomeus Scharſus Frater Leone de Ravenna Legentes & qui lecturi eſſent de cetero a d. Calendis Octobris in antea ſint & eſſe intelligantur cassi & remoti a dd. Lecturis & qualibet earum: & quod Cives Piſani electi ad dd. Sedes deputandas & ipsos Doctores eligendos vel acquirendos intelligantur & ſint omnino remoti & cancellati a pred. eorum officio & ab omni bailia ſive authoritate, quam haberent vel habent vigore hujus Proviſionis nullo obſtante.

Digitized by Google

Lectorum Sedes deputandas, neminem vel *Doctorem* vel *Licentiatum* eligerent: qui vel *Decretum*, *vel Decretales*, vel *Sextum* vel *Clementinas*, vel *Inſortiatum* exponerent; quod argumento eſſe debet ſingulis libris illis accurate explicandis Profeſſores aliquos hactenus floruiſſe: ne de Medicinae aliarumque Liberalium Artium Profeſſoribus hic loquar, qui in erudienda Juventute laudatiſſimam operam collocarunt. Ne tamen Piſanis Adoleſcentibus omnis prorſus eruditionis acquirendae ſpes erepta videretur anno 1362. Magiſter Franciſcus de Cremona electus fuit, qui a die Sancto Lucae Sacra Grammaticam, Logicam, & Phyſicam traderet; ipſique additus fuit Thomas *dell' Abaco*, qui Arithmeticam doceret, quemadmodum anno 1373. conſtituta 200. Florenorum auri mercede Mag. Joannes Gittalebraccia Medicinae tradendae deſtinatus memoratur.

Brevi tamen inſelix haec Academia, quae turbulentiſſimis illis temporibus languere debuit, iterum reviviſcere, lacertos exerere novaſque vires acquirere viſa fuit, quum Franciſcus Raimundi de Ramponis, quem Gravina inter clariſſimos Juris interpretes Bartoli praeceſſores enumerat Bononienſis Civis, qui primum Bononiae, mox Patavii ac Ferrariae maxima clariſſimi Praeceptoris fama docuerat, Piſas advenit, ut Jurisprudentiam doceret, quod inter annos 1393. 1398. contigisse Fabbruccius (1) obſervat antequam exſul a Patria anno 1401. e vita migraret.

Sic Gaſpar Nelli Bruni filius *de Civitate Caſtelli* ſive Tiphernas explicando Codici anno 1400. deſtinatus fuit, ut *legeret in Scholis publicis & ordinatis quibuſcumque audire volentibus* (2) quod argumento eſſe debet priſtinum docendi morem tranquille reſtitutum fuiſſe. Ne-

(1) Fabruc. IV. p. 19. Arch. Pub. Lib. XLIX. p 74.

(2) *His verbis concepta fuit*, *Proviſio*, *quae extat in Lib.* 49. *pag.* 74. *monumentorum publici Tabularii Piſani*. Die 15. Septemb. anno 1400. Indict. VII. Providerunt Reverendiſ. Locumtenens Ducalis & Anthiani Piſani Po-

Nemo tamen majorem gloriam Academiae comparavit quam Ugolinus de Monte Catino, qui quum Medicam artem poſt Joannem Gittalebraccia anno 1393. defunctum his temporibus profiteretur, aegerrime ferens quod anno 1399. a Gerardo Appiani Piſarum Reſpublica Jo. Galeatio Mediolanenſium Duci ducentis Florenorum millibus vendita fuiſſet, Lucam ſeceſſit, ac demum a Malateſta de Malateſtis Piſauri Domino 500. aureorum ſtipendio evocatus ipſi adhaeſit. Interim tamen dum in Academia Piſana moraretur, laudatiſſimum illud opus edidit *de Balneorum Italiae proprietatibus, & virtutibus*, quod hactenus eruditorum oculis obverſatur, in quo Franciſcum de Senis, qui de Balneis Petrioli ſcripſerat, & Collegas aut Profeſſores alios, qui in Academia Piſana florebant, memoravit (1). Aequalem ipſi gloriam eſt aſſequutus Benedictus Barzi Henrici F. Plumbinas, qui quum Piſis jura interpretaretur, ſepulcrum ſibi poſteriſque paraverat, quod adhuc in Eremitarum Eccleſia conſpicitur, ſed quum circa annum 1408. Patavium migraſſet, ibique anno 1410. deceſſiſſet, marmoreo ſepulcro ibi conditus fuit.

K

puli &c. Domini Guaſpari Nelli Bruni de Caſtello Legum Doctoris ejus ſalarium, & mercedem pro labore & lectura Codicis, quem legit in ſcholis publicis & ordinatis, quibuſcumque audire volentibus ei debitum a Communi Piſano pro uno anno finiendo in Calendis Octobris proxime venturis ad rationem in ordinamentis novis Piſani Communis comprehenſam, & ordinatam, videlicet ad rationem librarum centum ſeptuaginta quinque in qualibet moneta pro dicto tempore ſecundum formam novorum ordinamentorum ſubſcriptorum &c. *Vide Fabbruccium, qui de eo plura memoriae mandavit.*

(1) *Vide ſis quae nuperrime edidit de hoc ſummo Doctore Angelus Maria Bandinius. Fortaſſe in animo erat Corſinio pluribus, ac ſeparatim agere de viris, quos hoc loco, & alibi raptim nominavit. In eorum quidem monimentis colligendis longe lateque ſe pandit Fabbruccius, cujus diligentiam non ſatis laudare poſſumus. Itaque qui ejus indiſertam loquacitatem reprehendunt, injuriam facere videntur homini, qui induſtria prope ſingulari obtinuit, ut non minus Academia haec noſtra ipſi, quam ipſe Academiae debuerit. Utinam plures illius ſimiles habuiſſemus.*

ACADEMIAE PISANAE

H I S T O R I A.

P A R S II.

C A P U T I.

De iis, quae acciderunt ab renovata Academia per Laurentium Mediceum ad Coſmi I. uſque tempora.

QUae ſuperius Corſinius expoſuit maxima ex parte pertinent ad illa tempora, quibus Piſanis ſua libertate frui, ſuiſque legibus vivere licuit. Poſtquam an. MCCCCVI. Florentini illos vi & pecunia in poteſtatem ditionemque ſuam redegerunt, necubi priſtinae libertatis dignitatiſque veſtigium appareret, tanta crudelitate vexarunt, tot oppreſſerunt & confecerunt malis, ut plurimi patriam deſeruerint in agris, vel in alienis terris habitaturi. Tum urbem, quae quondam Etruſcarum omnium nobiliſſima & florentiſſima fuerat, cadaver, dixiſſes, atque accuſaviſſes Florentinos, quod in illa proſtranda victorum mo-

Digitized by Google

dum exceſſiſſent (1). Hi tandem, ut praeteritam culpam aliqua ratione redimerent, auctore & conſiliario Laurentio Mediceo, viro ſapientia prope divina praedito, de revocandis in urbem civibus, deque inſtituendo in ea publico Lyceo cogitarunt. Accidit id anno MCCCCLXXII., & locus opportuniſſimus judicatus eſt, quod mari eſſet proximus, quod abundaret annona & domibus, quodque careret ludis ceteriſque oblectamentis, quibus adoleſcentes a ſtudiis diſtrahi plerumque ſolent. Factum eſt igitur Senatus Conſultum, cui ſcribendo adſuerunt Bertoldus Corſinius, Jo. Baptiſta Thomaſius, Lenzonus Lenzonius, Ludovicus Nicolinius, Franciſcus Girolamius, Attavianus Thomaſius, Franciſcus Tanaglius, Andreas Arrighius, & Petrus Bonaccurſius, qui erat Vexillifer Juſtitiae, cum ceteri eſſent (ſic enim vocabantur) Priores Libertatis (IV). De ea re ita cenſuerunt, ut ſex florenorum millia ſingulis quibuſque annis a publico aerario ſolverentur pro ſtipendiis magiſtrorum; ut non eſſent Florentiae, quae civitas antea abundaverat doctoribus, niſi qui exponerent oratores & poetas, ceteraque traderent, quibus animi ad concipiendam ſapientiam imbui & praeparari ſolent; ut Vviri ex iis, qui Florentinos Magiſtratus aut geſſiſſent, aut gerere poterant, crearentur, qui praeeſſent tum Florentinae, tum Piſanae Academiae, Doctores eligerent, ſtipendia iis aſſignarent, decernerentque quidquid utriuſque rationibus conducere arbitrarentur; ut eorum poteſtas, niſi Reſpublica ſecus cenſuiſſet, annua eſſet, & quod eorum *Officialium Studii* (ſic enim appellabantur) major pars judicaſſet, id jus ratumque eſſet. Anno poſt placuit & Senatui, ut eae leges, quae ad bene moderandum Lyceum Florentinum vel ab an. MCCCLXXXVII. latae fuerant, in Piſa-

(1) *Vide ſis quae in Coſmi Patris Patriae vita narravimus de Florentinorum in Piſanos odio crudelitateque, quae nullis horum calamitatibus ſatiari poſſe videbatur*. Vol. II. pag. 8.

Digitized by Google

no obſervarentur (V), decretumque ne cui facultas eſſet externa Gymnaſia ſtudiorum cauſſa adeundi, poena iis conſtituta, qui decretum hoc violaſſent, D. florenorum, quod renovatum poſtea ſaepius fuit.

Primi, qui Academiae tum Piſanae, tum Florentinae praefecturam geſſere, fuerunt Thomas Ridolphius, Donatus Acciajolius, Andreas Puccinius, Alamannus Rinuccinius & Laurentius Mediceus, qui omnes & nobilitate generis, & geſtis magiſtratibus clari erant, & quidam etiam eorum praeſtantia in litteris celebrabantur. Vincebat omnes auctoritate Laurentius Mediceus, cum ipse & gubernacula Reipublicae tractaret, quapropter ei maxime laudi dabatur, quod Academiam Piſanam inſtituiſſet, ad eamque doctiſſimos viros vocaſſet. Placuit tum pro veteri inter litteras & religionem ſocietate, tum pro illius aetatis more, qua Epiſcopi non in rebus modo ſacris, ſed plane in omnibus civitatis Principes habebantur, ut *Cancellarii* munus, ac propterea jus concedendi doctrinae inſignia penes Archiepiſcopos Piſanos eſſet (1), quam

(1) *Quanquam Clemens VI. tum cum an. 1344. Piſanis poteſtatem fecit inſtituendi publici Lycei, & facultatem dedit eorum Archiepiſcopis doctoratus inſignia conferendi, hos minime* Cancellarios *appellaverit. hoc tamen nomine a Summis Pontificibus, qui poſtea conſecuti ſunt, decorati fuere. Ex his Alex. VI. litteris datis an. 1496. IV.* Kal. *Martias declaravit, quod etiamſi ob rebellatas Piſas Academia Pratum translata fuiſſet, Archiepiſcopus Piſanus* doctorare poſſet ubique illa eſſet, tanquam Cancellarius Univerſitatis Studii Piſani pro Sede Apoſtolica. *Hinc factum, ut nunquam non ipſe decretum interponat, quoties aliquis laurea decorandus eſt. Fuere nonnulli Archiepiſcopi, qui contenderunt tanta hac in re ſe pollere auctoritate, ut etiam inconſultis Collegii Doctoribus, lauream conferre poſſent, perinde ac ſi Doctores non conſiliariorum, ſed teſtium munere fungerentur. Atque hoc quidem merito reprobatum eſt. Ceterum iis temporibus, quibus redactis jam Piſis ſub imperium ditionemque Florentinorum, nulla ferme erat ibi Academiae effigies, Archiepiſcopi pro arbitrio non ſolum Docto.*

Digitized by Google

dignitatem tum ſuſtinebat Philippus Mediceus. Erat & Piſis, qui *Proviſoris* nomine res Academiae curaret, quo munere primum functus

---

ta'us inſignia conferebant, ſed & jus poteſtatemque ſibi tribuebant cooptandi vel in Artiſtarum, vel in aliorum magiſtrorum collegia quos ſibi libuiſſent. Id ſequens declarabit monumentum ex Tabulario ipſorum Archiepiſcoporum eductum. Liber inſcribitur: Collationes, Inſtitutiones ab an. 1448. ad an. 1452.

In Eterni Dei Nomine Amen. Julianus Dei, & Apoſtolice Sedis Gratia Sancte Piſane Ecclesie Archiepiſcopus, Sardinie, & Corſice Primas, & dicte Sedis in Eis Legatus, atque Cancellarius Univerſitatis Studii Piſane Civitatis. Dilecto Nobis in Xpto egregio, ac doctiſſimo Artium, & Medicine Doctori Magiſtro Antonio filio quondam clariſſimi Viri Artium, & Medicine Doctoris Magiſtri Antonii de Silico Lucano Civi, Piſis moram trahenti Salutem in Domino ſempiternam. Vite ac Morum honeſtas, ſcientia litteratum, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus fide digno apud Nos commendaris teſtimonio, ac etiam experientia (In Cives noſtros Piſanos, & alios) continua, que rerum Magiſtra cenſetur, & per effectum Operum manifeſte deprehenditur, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad Gratiam liberales. Volentes itaque Tibi, qui Civitatem noſtram honoras, & juvas premiſſorum meritorum tuorum intuitu Gratiam facere ſpecialem, Motuproprio, non ad Tuam, vel Alterius pro Te Nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam, ſed de Noſtra mera liberalitate. Cum igitur numerus Dominorum Doctorum Artium, & Medicine Collegii noſtri Studii Piſane Civitatis propter bella, ac peſtes, que in hiis partibus viguerunt, ſit aliqualiter imminutus, Noſque cupientes ob honorem Civitatis, & utilitatem Collegii ipſum numerum augeri, ſperanteſque quod propter tuam aggregationem hujusmodi Noſtro Collegio Dominorum Doctorum Artium, & Medicine ob ſingularem doctrinam, & virtutem tuam ipſum Collegium non parum ſuſcipiet incrementum. Idcirco Auctoritate Noſtra Ordinaria, & omni jure quo melius poſſimus, Te Magiſtrum Antonium prefatum eidem Collegio Dominorum Doctorum Artium, & Medicine Pi-

eſt Joannes Bonſius nobiliſſima familia Florentiae natus. Diſcipuli vero, qui mos ceteris etiam in Italicis Academiis ſervabatur, ſuum ſibi Rectorem praeficiebant, qui ex ipſorum diſcipulorum numero quotannis Kal. Maii in aedibus Archiepiſcopi eligebatur. Nihil autem erat, quod magis alliceret generoſae indolis adoleſcentem, quam Rectoris dignitas, quae ſupremam quamdam Principis majeſtatem referebat. Nam is judicabat de controverſiis & de criminibus, poenas irrogabat, & referebat ad Florentinos Patres omnia, quae alicujus momenti eſſent, quaeque ſibi e re Academiae eſſe viderentur. Nec quivis unus eligi poterat, ſed qui nobilitate, divitiis, conſilio, moribus, doctrina etiam, ſi fieri potuiſſet, praeſtaret. Dici vero vix poteſt quanta cum pompa,

---

ſane Civitatis aggregamus, & incorporamus, & unimus toto tempore vite tue: Ita quod de cetero ſis de prefato Collegio Dominorum Doctorum Artium, & Medicine, & quod uti, frui, & gaudere debeas, valeas, & poſſis omnibus honoribus, preheminentiis, utilitatibus, dignitatibus, exemptionibus, & immunitatibus, quibus ceteri Doctores Artium, & Medicine Noſtri Piſani Collegii gaudent, & fruuntur, & gaudere poſſunt, & debent. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus dicti Collegii, ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. In cujus rei teſtimonium preſens publicum Inſtrumentum fieri fecimus per D Andream Antonii del Pitta Notarium, & Cancellarium Noſtrum & Sigilli Noſtri Pontificalis appenſione communiri. Datum, & Actum Piſis in Archiepiſcopali Palatio preſentibus iiſdem Venerabilibus, & Diſcretis Viris Domino Petro Sanctis Plebano Plebis de Liburno, & Canonico Piſano, Presbitero Marco Stefani Galli Capellano Piſane Eccleſie, Domno Paulo de Bonis Rectore Eccleſie S. Andree in Pescajuola Piſane Dieceſis, & Magiſtro Dino quondam Michaelis de Monte Loro Architecto Teſtibus ad haec vocatis & rogatis. D. I. Anno MCCCCLX. Ind. VIII. Die XIII. Februari more Piſane Civitatis. Pontificatus SSmi Domini Noſtri Domini Pii Pape II. anno ſecundo.

quantiſque cum publicae laetitiae ſignificationibus hujus honoris inſignia caperentur. Rectori ſui aderant Conſiliarii, in quibus eligendis nationum habebatur ratio, quae ad Academiam concurrebant, quarumque uſque octodecim numerabantur. Earum nomina haec erant, Germanica, Hiſpanica, Gallica, Sarda, Sicula, Pedemontana, Neapolitana, Picena, Veneta, Longobarda, Romana, Genuenſis, Romandiola, Florentina, Lucenſis, Tuſca pro civitate, Tuſca pro oppidis, atque Maſſenſis. Initio renovatae Academiae, quando ſtatuta Florentini Lycei obtinebant, ſex tantummodo in nationes univerſus diſcipulorum coetus dividebatur, & ex his quindecim eligebantur Conſiliarii, tres videlicet ex Tranſalpinis, tres ex Tuſcis, totidemque ex Longobardis, bini vero ex Romanis, bini ex Apulis, totidemque ex Picentibus. Adeo curae erat lenocinari alienigenis, qui ad Academiam accedebant, ut cautum fuerit, ne qui in dominatu erant Reipublicae Florentinae ſuffragium ferre poſſent in eligendo Rectore, ne hic honos unquam deferretur Piſanis, Florentinis non item, niſi ſi quando exteri recuſarent. Si nullus inveniebatur, qui ad hunc dignitatis gradum aſcendere vellet, vel in illa tenenda aut obiiſſet, aut ab Academia diſceſſiſſet, vel ipſam depoſuiſſet, tunc Pro-Rector creabatur, qui nomine tantum & dignitatis ipſius ſpecie, non vero poteſtate a Rectore differebat. Longe omnium qui Rectoris nomine Academiae clavum tenuerunt (neque enim juvat ſingulos hoc loco commemorare) (VI) fuit princeps, quanquam cum alio certamen honoris & dignitatis habuerit, Franciſcus Paulli F. de Maximis tum prudentia, tum virtute, tum nobilitate familiae, quae vetus & illuſtris Romae erat (1). Hic tantam iniit gratiam a Piſanis omnibus, ut ipſi, liberis

(1) *Antequam is crearetur vices Rectoris geſſit Joannes Staitus Siculus. Nam qui primus hanc dignitatem ſuſtinuerat, Benedictus de Pago improviſo ab Academia diſceſſit, qua de re haec Philippus de Medicis Piſanorum Archiepiſcopus ad Laurentium Mediceum ſcripſit.* La M. V. arà inteſo come il Re-

ris, nepotibus, poſteriſque jus civitatis conceſſerint. Ejuſdem plures apud nos extant epiſtolae ad Florentinos Patres, ex quibus intelligi

I.

---

ctore ſe n' è ito. In queſta ſua partenza ha laſciato tutta tribolata queſta Univerſità, benchè la trovaſſe in grandiſſima pace e quiete. Qual ſia la cagione io non lo sò. Ma conjeturando qual poſſa eſſere, non veggo poſſa eſser altra di queſta, cioè che vedendo queſta Univerſità eſſere continuo in augmento & in qualità di venire la più bella ſia in Italia, e la migliore forſe, per piacere all' Univerſità di Padova o altre, a cerco di metter queſto ſcandolo perchè venga in qualche confuſione. Hura la coſa dal male ſi è ridotta in aſſai buon termine, perchè jeri ſi ragunò l'Univerſità, & de le tre parti le dua, non dico delle quattro le tre, unitamente eleſſono Vice-Rectore Meſſer Johanni Staiti, & dettono auctorità a' Conſiglieri di eleggere il Rectore; & così queſta mattina anno electo Meſ. Franceſco Maſſimi, a chi unitamente concorre quaſi ognuno, excepto qualcuno di queſti Perugini, il quale arrebbe voluto il Protonotario Portogalleſe, che a mio judicio è molto jovane a ſimile exercitio; nientedimeno avendo luogo la electione del Rectore anno eletto, ogni coſa ſia terminata, perchè ſarà finita la quiſtione è ſuta fra l'uno e l'altro Vicerettore, benchè il Protonotario ſe ne ſia quaſi levato, avendo veduto la volontà univerſale della Univerſità, certificandovi non è ſtata ſua impreſa, nè ſuo penſiero, ma ſtimulato ſolo da alcuno di queſti Dottori Perugini ec. Piſis XXX. Martii 1474.

Cum munus ſuum gereret Maximus, hujus dignitatem poſtulare judicavit, ut locus eſſet, in quo ſedem ſuam haberet, qua de re ita ſcripſit ad Academiae Praefectos.

Hovvi ſcripto che la Univerſità non ſtava bene ſenza un luogo dove il Rettore poſſa rendere ragione, come è uſanza, & ſecondo che ho inteſo, me pare che la M. di Lorenzo de' Medici quando fu quà la penultima volta conceſſi al mio anteceſſore un luogo lung' Arno appreſſo alla piaza del Grano, che ſi chiama S. Salvadore: che invero è comodo luogo, & parmi li prometteſſi far fare le banche, per la qual coſa pregu le M. V. vogliono adoperare che il decto luogo mi ſia conſegnato.

poteſt quanta vigilantia res Academiae admiuiſtraret, & diſcipulos ad immoderatam libertatem nimium pronos compeſceret. Haud silentio praetereundum eſſe putamus ex iis Patribus tum fuiſſe unum Bernardum Oricellarium, cui nulla non debetur laus pro optimis ſtudiis cultis, cum eſſet ipſe Latinus ſcriptor ſubtilis & elegans.

Quem auctoritate ceteros collegas omnes ſuperaſſe diximus, Laurentius Mediceus vincebat & diligentia. Nullam enim praetermittebat occaſionem, qua bene & ſapienter & etiam callide rebus Academiae conſuleret. Quo tempore de parandis illius dignitati inſidiis, quae in Pactianam conjurationem eruperunt, minime fortaſſe cogitabat Sixtus IV. P. M. hunc magnopere rogavit Laurentius, ut illius auctoritate liceret ad annos ſaltem quinque exigere ab iis, qui in ditione Reipublicae bona Eccleſiae poſſidebant, annuos florenos quinque mille ad ſolvenda ſtipendia Doctoribus Piſanis, quod cum aequum & honeſtum judicaſſet Pontifex, haud negandum putavit. Pontificiae litterae, ſeu ut loquuntur, Apoſtolicum Breve, datae ſunt Romae apud S. Petrum prid. id. Januarii ann. MCCCCLXXV. (VII). Mirum autem videri omnibus debet Canonicos Piſanos, quibus maxime curae eſſe debebat patriae Academiae ſplendor & dignitas, huic pro eorum parte pecuniam ſolvere recuſaſſe, qua de controverſia conſultus juris peritiſſimus Alexander Tartagnius (1), ipſe pro ſuo more & docte & graviter Academiae cauſſam defendit. Sed ita ſunt homines natura comparati, ut non admodum curent quod habent, quod non habent ſtudioſiſſime requirant. Profecto Piſani maxime acceptum referre debent inſtitutioni Academiae, quod eorum urbs ad novam, ut ita dicam, vitam revocata fuerit. Deſertae enim domus habitari (2) an-

(1) *Vid. ejus* Conſultat. Tom. VI. Conſult. 110.

(2) *Sane non parvi tum domus locabantur, ut ex his litteris intelligi poteſt:* Magnifici ac Praeſtantiſſimi Officiales, commendatione praemiſſa. Io havevo mandato un mio garzone a Piſa per torre caſa per alcuni doctori e ſcolari mie

bona creſcere, revocari ad urbem cives, & multa procurari coeperunt, quibus aer craſſus & concretus ſalubrior eſt effectus. Luculentum his de rebus extat teſtimonium in epiſtola quadam Hieronymi Froſinii ad Laurentium Mediceum, dum illi de inſtituta Academia gratulatur (1). Inter cetera enim ait, *Piſanam civitatem fere ſolo aequatam, & orbatam populo, in qua dumtaxat habitabat ſordidum genus hominum, & vulgus alienigenum & pars faeculentiſſimae gentis*, per illum reviviſcere, cum & ornata & referta jam eſſet hominibus graviſſimis, abundaretque doctrinis omnibus, & diſcipulorum copia, qui ad eam, tanquam ad mercaturam nobiliſſimarum artium, vel ex remotiſſimis regionibus concurrebant. Ad hos alliciendos retinendoſque multae iiſdem conceſſae fuerunt immunitates, remiſſa vectigalium onera, permiſſum etiam ut arma deferre poſſent diu noctuque, quod magnopere poſtularunt ipſi diſcipuli, cum quod fiebat exemplo ceterorum Gymnaſiorum, id jure fieri poſſe contenderent. Horum magna pars operam

L 2

amici, el quale è ſtato là, & ha voluto exequire quanto gli era ſtato commeſſo, & finalmente non vi ſi trova caſe ſe non a pregi grandi, che quaſi ciaſcuna caſa, che ſia puncto commoda, vogliono Ducati XXX., & tucti e denari inanzi, & chi di dua, & chi di tre anni inanzi. A che certamente ſe le M. V. non provveghono, gli ſcolari non verranno, perchè nè a Padova, nè quì non ſi afficta caſa a più di XXV. ducati, & queſto biſognierebbe fuſſi preſto, acciocchè queſta fama non ſi divulgaſſi, perche può niſſuno verrebbe, che a mala pena hanno gli ſcolari i denari che biſogna loro dì per dì, non che i ſalari delle caſe per due o tre anni inanzi ec.

Bononiae die 12. Menſis Junii 1473.
Antonius de Pactiis

(1) *Hoc eſt epiſtolae exemplum*. Majores tui, quos, Laurenti clariſſime, viros fuiſſe clariſſimos proſa verſuque orbe toto decernitur gubernande Reip., que

dabat juris prudentiae, ex quibus menſe Novembri an. MCCCCLXXIV. numerabantur CCXX., qui numerus non multo poſt plurimum auctus

---

nunc tuo nutu ſtatu tranquilliore potitur, deditiſſimi, quod apud mortales digniſſimum, atque magnificentia ſupremum ſemper judicatum ſit, coſtruendis palatiis ac templis ampliſſimis, edibuſque Sanctorum opibus ad largitatem juſtiſſime cumulaudis, quod in vita utile atque decorum ab omnibus perhibetur, unde non ſolum ſibi divitias, luxus ingentes, ſupellectilem lautiſſimam, verum perennem gloriam ſibi poſteriſque parientes plurimum opere tribuerunt. Tu vero nihil horum pretermittens, cui maxime cure eſt in Rep. ne quid ſecus fiat, quam deceat, quam quod oporteat, ſua pace dixerim, quod in eorum laudes vertitur, illos longius antevadis. Probat hoc Piſana civitas, cujus hactenus diſiectas domus, ſolumque relictum videre poteras, quam fere ſolo equatam. & orbatam populo, ſordidum genus hominum dumtaxat, & vulgus alienigenum, quota pars ſeculentiſſime gentis habitabat, nunc ornata, refertaque hominibus graviſſimis reviviſcit, hos qualibet in facultate doctiſſimos ad inſtruendam quam plurimum ſtudentium juventutem omnibus in ſcientiis, preclariſſimiſque doctrinis, nulli ſtipendio parcens ex longiſſimis ac variis regionibus accerſiviſti. Extant jam, ut videtur, cum juvenes, tum adoleſcentes nequaquam pauci, qui quotidie ſimul conveniunt in coronis, de ſua, ut lubet, ſcientia, quam quiſque dicere cupit, ſedulo diſceptantes. Grandis viſa eſt iſtorum ſocietas cum ſuus Rector corouatur, & grandior dum bini ad Edem D. Catharine faces cereos obtulerunt; adfuiſſes utinam, intellexiſſes quidem nihil magnificentius, nihil excellentius inter homines, nihil etiam ſummo Deo devotius, aut gratius fieri potuiſſe. Nam tuum ingenium ad conſtruendos homines deditiſſimum laudatur. Suaſu Nicolai Fulginatis, qui tue dignitatis amantiſſimus eſt, hec ad te ſcripſi. Nam a me, niſi tua fretus humanitate, fuiſſem minime auſus. Mediteris ſupplico quam magnam gloriam ſis conſecutus. Vale & me tibi ſemper ama obnoxium tue excellentie ac preſtantie ad vota inſervire cupientem. Letare! Jam tuum toto canetur orbe nomen Ex Piſis id. Decembris.

Tue Magnificentie

Servus amatiſſimus
Hieronymus F. M. Froſini Tonſoris
Ex Filza XXIX.

eſt; vix vero C. medicinae ceteriſque artibus tum vacabant. Horum omnium plerique erant Siculi, Inſubres, Genuenſes, Hiſpani & Luſitani; neque deerant Germani, aliique exterarum nationum. Quod principio minime conſultum fuerat Theologiae ſtudioſis, ut conſuleretur, petierunt diſcipuli ipſi an. MCCCCLXXV. Nam, ut evenire ſolet, in recens inſtitutis rebus non omnia provideri potuerunt. Itaque eodem illo anno. latae leges fuerunt, quibus ſuus honos & gradus datus eſt Theologiae ſcholis, declaratum quid magiſtri in obeundo munere, quidque diſcipuli in poſtulanda & accipienda laurea obſervare deberent (VIII), cautumque, ne turbulentae, temerariae & periculoſae diſputationes animos diſcentium a recta via abducerent.

Quanquam ſatis feliciter res Academiae procederent, nec ſumptibus & laboribus parcerent Florentini ad eas amplificandas, diſſenſiones tamen diſcipulorum & magiſtrorum, quae ſaepe graviſſimae erumpebant, eorumque immoderata & impudens etiam licentia illi erant adverſae. Cum an. MCCCCLXXVIII. litteras daret ad V.viros Florentinos Simeon de Lupis ſcriba Lycei, ait videri ſibi renovata eſſe Semyramidis tempora, quibus licebat quod lubebat; cumque eodem illo anno Piſis fuiſſet Laurentius Mediceus, non potuit non improbare multa, & monitis & minis impudicam nonnullorum impudentiam repreſſit. His de cauſſis viſum eſt Lycei Praefectis novas ſancire leges, quae propriae illius eſſent (nam, ut narravimus, alienis utebatur) quibus et quae ſanari poterant mala ſanarentur, & quae experientia docuerat eſſe bona, confirmarentur. His legibus, ex quibus conditum eſt vetus *Statutum*, ut vocatur, *Studii Piſani*, additae poſtea aliae fuerunt, renovatae etiam Coſmo I. imperante, ſed quia prima & antiquiora ſtudioſe inquirere ſolemus, earum exemplar infra exſcribere minime pigebit (IX). Ex iis quidem apparebit quae tum forma eſſet Academiae, quae inſtituta & conſuetudines in illa vigerent, quae eſſent officia magiſtrorum, ceterorumque, qui operam ipſi praeſtabant ſuam, quamdiu ſcholae haberentur (nec ſane hae ad mediocre exiguumque tempus patebant, cum aperirentur XIV. Kal. Novembris,

Digitized by Google

clauderentur vero Kal. Sext.) & quae exigerentur ab iis, qui eaſdem frequentabant, & ab Academia, confecto jam ſtudiorum curriculo, publicum doctrinae teſtimonium poſtulabant. Quanquam nonnullis leve viſum iri putem, illud & addam, ſapienter praecepiſſe Statutorum Conditores, ut doctores nunquam non togati, & cum ſuis cucullis, diſcipuli vero propria quadam veſte induti per vias incederent (1). Decreverunt & ipſi, ne cui, qui ſubditus eſſet Reipublicae, liceret, niſi prius obtenta eſſet facultas, quae raro concedebatur, operam ſuam externis Academiis locare.

Annus MCCCCLXXIX. ſane calamitoſus Piſanis fuit ob eluviones & peſtilentiae metum. Citius propterea vacatum eſt a ſtudiis, decre-

---

(1) *Hae in re confirmata fuerunt quae praeſcribebant Studii Florentini ſtatuta. Ea ſic ſe habebant.* Volentes quod ſcholares noſtrae Univerſitatis in quacumque facultate uno colore pannis ſe induant, honeſtoque veſtimento utantur, ſtatuimus quod ſcholaris quicunque fuerit in Studio iſto pro tempore cujuscumque conditionis & ſtatus, etiam ſi eſſet Dux, Princeps, vel Baro, ſeu Comes, aut Marchio, vel alius quicumque Nobilis, etiam ſi eſſet Cardinalis vel Epiſcopus, vel alia dignitate fulgens, teneatur & debeat ſe induere, & indutum ire continue in & per civitatem Florentiae, videlicet de una cappa vel gabbano ut ſtatuta, omnes de uno eodemque colore panni, in quo panno non ſit, nec eſſe poſſit accia, vel tormentina, ſed totus de ſtame lanae, nec plurium colorum variatus, cujus pretium non poſſit excedere aliquo modo ſummam XXII. Solidorum Florenorum parvorum pro quolibet brachio, poena perjurii & librarum X. Florenorum parvorum cujucumque, qui pro majori pretio emet. Qui quidem pannus ſaltem ſit in latitudine unius brachii cum duabus partibus alterius, & non minus, & alius nullus ſcholaris ſub dicta poena ipſum emat, dictumque pannum honeſtum & honeſtatis pannum appelletur. Inſuper addentes, & obſervari volentes quod ſit & intelligatur eſſe de Univerſitate, & gaudere privilegiis, immunitatibus conceſſis huic almo Studio civitatis Florentiae illum, qui portat habitum Scholaſticum, qui ſolet ferri in reliquis Studiis Generalibus, hoc eſt cappam, ſive ſtatutam.

tumque, ut Academia, donec remiſiſſet peſtilentia, Piſtorii conſiſteret. Tum, qui ſacris in illa urbe praeerat Nicolaus Pandulphinius, petiit a Laurentio, ut per eum illa jura obtinere poſſet, quae erant Archiepiſcoporum Piſanorum, in conferendis doctrinae inſignibus (1). Sunt qui tradunt Pandulphinium hanc poteſtatem a Summo Pontifice impetraſſe, quod alii, & merito quidem, in dubium revocant. Conſtat enim, cum his temporibus e vita ſublatus fuiſſet Franciſcus Salviatus, qui rexerat Piſanam Eccleſiam, hujus Canonicos contendiſſe penes ſe eſſe jus decorandi laurea adoleſcentes, atque huic cauſſae cum patroni acceſſiſſent illa duo & Academiae & Juris prudentiae lumina Accoltus & Soccinius, pecuniam, quae ſolvi ſolet ab ipſis adoleſcentibus, conteſtata jam lite, depoſitam, ac demum ipſorum Canonicorum collegio adjudicatam fuiſſe. Profecto civitatis Piſtorienſis Praeſides, veluti parentum loco conſtituti, incredibili indulgentia diſcipulos complexi ſunt, eorumque negotia, familiam, jura denique omnia diligentiſſime cuſtodierunt. Neque liberalius minus ſe ſe geſſerunt in Magiſtros, inter quos cum doctrina & fama praeſtarent Lancellottus atque Philippus Decii Mediolanenſes, Bartholomaeus Soccinius Senenſis, Franciſcus Accoltus Aretinus, & Petrus de Tomeis Ravennas, illos, rogante Bartholomaeo Baldinotto, qui erat Piſtorienſibus Patriciis, & e Piſanis Doctoribus unus, in civitatem adſcivere. Pauci tum venerunt Piſtorium Medicinae Doctores, quia aegrotabant Stephanius, Alexander de Sermoneta, Joannes de Aquila, ~~& Petrus de Cerreldo~~, quam ob cauſſam ad explendum Collegii Medici numerum, exeunte Novembri, decreverunt Academiae Praefecti, *quod intelligantur eſſe de Collegio etiam ii, qui non fuerint doctorati in aliquo Studio*

(1) *Hujus litterarum exemplum attulimus in Laurentii Medicei Vita Tom. II. pag.* 97.

ſamoſo & claro; item quod Scholares, poſtquam addoctorati fuerint, intelligantur eſſe de Collegio Medicorum in ſupplementum numerariorum dicti Collegii, quod ad praeſens defectum patitur, Medicorum. Quaedam etiam ſuorum Collegio utilia propoſuerunt Jurisprudentiae Doctores (X); nec ſegnes erant Academiae Praeſecti in jubendis iis, quae quomodocumque ad illius dignitatem atque utilitatem pertinebant. Sanxerunt quoque V. non. Maii anni MCCCCLXXX. ne deeſſet pecunia non modo ad neceſſarios, ſed etiam ad liberales ſumptus, ut ex eo tempore ad annum uſque MCCCCLXXXIV. VII. florenorum millia & D. a publico Reipublicae aerario ſolverentur. Nihil enim tum ſperari poterat a Sixto IV. qui aperte Laurentio Mediceo, & Florentinis omnibus ob ea, quae in Pactiana conjuratione acciderunt, factus erat inimicus.

Non diu Piſtorienſibus hoc emolumento & honore frui licuit. Siquidem cum omnis prorſus peſtilentiae timor Piſis evanuiſſet, ineunte Novembri ejuſdem anni MCCCCLXXX. ad ſuam priſtinam ſedem rediit Academia. Verum non multo poſt, quod ſanatum eſſe malum videbatur, recruduit. Qua de cauſſa ſanxerunt Moderatores IV. id Martias an. MCCCCLXXXII. (1), ut Academia ipſa ſive rurſum Piſtorium,

(1) *Hoc eſt exemplum litterarum, quas dederunt ad* utrumque Collegium *Praefecti Academiae*. Eximii Doctores nobis cariſſimi. A dì 7 del preſente facemo deliberatione, che perſeverando la peſte coſtì, lo ſtudio ſi traſferiſchi o a Prato o a Piſtoja, dove più toſto vi piaceſſi, e d' intendere voſtro parere ne demo per noſtre lettere commeſſione a Bernardo Fulci Provveditore dell' Uficio noſtro. Habbiamo da lui inteſo vi contentate di Prato, & a Prato ſia. Per tanto qualunque volta vi pare, vi traſferirete là, & per meglio potere fare queſto effecto, & con più voſtra comodità, vi diamo licentia, ſecondo che è ſuto da voi chieſto, come intendiamo per rapporto del noſtro Provveditore, che impune poſſiate fare vacatione da hora all' octava di Paſqua. Ma con queſta conditione, che ſe

rium, ſive Pratum, prout Doctoribus magis libuiſſet, transferretur ad Kal. uſque Sextiles an. MCCCCLXXXXII. quia confidebant non diuturniores fore malorum contagiones. Et plura quidem extant monumenta, quae probant Prati fuiſſe Academiam, a quo oppido ipſa, ineunte Novembri, Piſas rediit. Tum lata lex fuit, ne quis in Piſana Academia Magiſtri munere fungeretur, qui illud ipſum munus non prius obiiſſet in illuſtri aliquo Gymnaſio, minimeque coram univerſis Academicis experimentum feciſſet, *quanti eſſet, quantumque ingenio, lingua & ſcientia valeret*. Verum cum perpauci doctrina clari viri eſſent, qui hoc legis caput ferre vellent, de illo corrigendo Patres retulerunt. Ob eaſdem, quas diximus, cauſſas iterum an. MCCCCLXXXVI. a Nat. Domi. Februarii menſe Academia Pratum conceſſit, & in Chartuſianorum hoſpitio ſedem ſuam collocavit. Fuit ibi ad Kalend. uſque Novembris ejuſdem anni, quo Piſas revocata eſt (1), bono ſane cum omine, quia ſalubres factae erant, & quod Innocentius VIII. qui Sixto IV. ſucceſſerat, ſpondebat Laurentio Mediceo

M

parrà, & quando parrà a noi, o a noſtri ſucceſſori, ſiate tenuti ciaſcheduno rimettere & riſtorare le lectioni nel tempo di d. vacatione, & in queſto mezzo daremo opera, che a Prato ſi provvegga alle ſcuole &c. Valete. Ex Flor. die 12. Mart. 1481. *Florentinorum more, qui anni initium ducebant ab Incarnatione, minime vero a Nativitate*.

(1) *Non ſine magno Doctorum incommodo erant hae peregrinationes. Itaque Collegium Medicorum & Artiſtarum haec aliquando ad Florentinos Patres ſcribenda cenſuit*. Queſta mutatione che habbiamo fatta queſt'anno di qui a Prato, & dipoi da Prato a Piſa con tanto noſtro diſagio, diſpendio e ſpeſa con le noſtre ſarcine, ci ha per tal modo munto e ſcolato le noſtre borſe, che ſiamo reſtati in ſecco: dove biſogna che i noſtri ſtipendj, & il ſudore delle fatiche noſtre, ci dia ajuto & ſubventione, ſe vogliamo metterci a ordine per potere eſſere expediti a fare il noſtro debito di leggere, che già ſiamo ne' confini. Vorremmo eſſere provveduti al tempo, ma ci manca denari, il perchè deſiderando le V. S. che facciamo un buono principio & poſſiamo ſeguitarlo, preghiamo quelle, che ci voglino provvedere

Digitized by Google

diceo nihil ei ſe recuſaturum, quod pro illius dignitate augenda poſtulaſſet. Tum in ſtudiorum inſtauratione Latinam habuit orationem Ioannes Henricus Luſitanus, magnae ſpei juvenis, in qua praeteritas

---

del noſtro ſtipendio già guadagnato, ac minus della terzeria ſeconda, & ſimiliter ſollecitino che abbiamo la terza, perchè e noſtri ſacchi e borſe ſono vuoti e munte. Aliter ſie forza che ſeguitiamo li ſtatuti, che ci hanno dati V. S. &c. *Non minus queſtum eſt Juriſtarum Collegium, ſubſcribentibus his litteris Aenea Stupha, Bartholomaeo Sozino, Felino Sandeo, Joanne Sadoleto, Antonio Cortio, Roberto & Antonio Strozziis.* Più volte ci ſiamo doluti queſt' anno cum le M. V. della troppa tardità de' pagamenti noſtri, & non pare che il lamentare noſtro ſia exaudito. Veduto che ſiamo all' anno nuovo, & del paſſato reſtiamo havere due terzi, parci eſſere tractati aſſai male, & hora mai noi che gia ſolevamo eſſere pagati a' tempi debiti, habbiamo invidia ad ogni Collegio d' Italia, ſiccome ciaſcuno, quantunque mal pagato, ſia meglio di noi pagato. Et più ci duole el noſtro danno, che la vergognia noſtra & voſtra, che non è mediocre. Noi viviamo delli ſtipendj noſtri, e ſiamo qua come ſull' hoſteria, comprando ogni coſa & chariſſimo. Mutiamci hoggi qui, domani a Prato, & poi da Prato a Piſa, & ſempre cum la borſa aperta per ubidire a voſtri comandamenti, molto più gagliardi al comandarci, che al premiare chi vi ſerve con tante ſpeſe ed affanni. Et veduto che il gridare non giova, habbiamo fra noi conſoltato di venire da parola a' fatti, & uſare la ragione che per le voſtre leggi poſſiamo lecitamente uſare, cioè di non leggere ſe non ſiamo pagati. Et così per queſta mandatavi per noſtro meſſo, vi proteſtiamo, che non leggeremo a queſto principio di ſtudio, ſe almeno non habbiamo la ſeconda paga del tempo francato. Non crediamo che vogliate patire queſto diſordine nello Studio voſtro, che ne ſeguirebbe ſcandolo grande, pure quando non ve ne curerete, la vergogna ſie voſtra. Nè temeremo eſſere appuntati, facendo coſa a noi lecita per legge delli Statuti voſtri. Piacciavi provvedere non ſolo al tempo preſente, ma anche al futuro, acciò raffreddandoſi le fatiche noſtre tanto male premiate, non ſi raffreddi tutto el Studio voſtro. Moſtrate averci cari, come hanno moſtrato li voſtri anteceſſori. Aſpettiamo riſpoſta più di effecti che di parole. Bene valete. Piſis XVII. Octob. 1486.

Digitized by Google

calamitates expoſuit, & Piſanis ob Academiae reditum ad eos gratulatus eſt. (1)

Poſtquam haec ſex annorum ſpatio miſere vexata in alienis terris vagari coacta fuerat, magnumque adierat periculum patriae amittendae ſedis (conſuluerant enim Florentini Patres de illa collocanda vel in Emporii oppido, quod Florentia abeſt millia paſſuum XVIIII. vel in vicina illi oppido urbe S. Miniatis, ſaluberrimis ſane locis) tandem reſpirare & conquieſcere coepit. Pecuniam Patres in aedes conſtruendas perſcribunt; nunqnam enim, quod ipſi ante annos ferme quatuordecim juſſerant, inchoatum, nedum perfectum fuerat. Ex quo factum eſt ut in variis urbis coenobiis ſcholae haberentur (2) cum ſuis propriis aedibus tum careret Academia (3). Decretum quidem fuit,

(1) *Ex litteris Bernardi Pulcii Academiae Curatoris, ſeu Proviſoris datis VII. Kal. Decemb. an. 1486. intelligi poteſt, qui tum eſſet Academiae ipſius ſtatus. Ait enim*: a dì 23. ſcripſi alle S. V. che avevo trovato buono ſtudio, & annumerato 200 ſcolari, & di poi ne abbiamo acquiſtati di nuovo, tanto che per inſioo a Paſqua ſtimo aremo 250. ſcolari tutti nobiliſti: faſſi il debito per queſti dottori di leggere e conferire, maximamente poichè ci ſono le ſquole.

(2) *Vide* Laorentii Medicei vitam vol. II. pag. 97.

(3) *Quanta Laurentii Medicei cura ſtudiumque eſſet de his aedificandis aedibus, quae Paſquinus Academiae famulus ad Bartholomaeum Deium ſcripſit indicabunt.* Io credo, che ogni giorno abiate noove come va avanti, & come rieſce bella la voſtra Sapienza. Et perchè ſta male a me a lodarla, la laſcio lodare al M. Lorenzo, el quale alla ſua venuta qui nel verno, venne a ſcavalcare ivi, e moſtrò ſommamente gli piaceſſe, perchè diſſe in fine, quì non ſi può apporre nulla, e fatela bella che merita di eſſere favorita ſommamente da ciaſcono, e non ſi vuole laſciare per nolla il ſegoitare. Jacopo Salviati e ogni altro dicono il ſimile, ſicchè confortate e miei Sig. Uffiziali, e a loro Signorie raccomandate tale opera, perchè non poſſono fare coſa che aporti in publico e in privato più perpetua fama ..... In Piſa a dì 24. Ottob. 1490.

ut Cherubim, quod erat Academiae ſtemma jam uſque a prima illius inſtitutione uſurpatum, collocaretur *ſuper Janua Abundantiae, ubi Sapientia eſt facienda*. Juſſum etiam, ut pecuniae, quae ex ſtipendiis & mulctis Magiſtrorum retinebantur, ad illas ipſas aedes perficiendas atque ornandas impenderentur. Nec tum deeſſe poterat unde ſolveretur, cum Innocentius VIII. (r) conceſſionem renovaſſet exigendi per quinquennium in annos ſingulos Florenorum quinque millia ab illis, qui bona Eccleſiae in ditione Reipublicae poſſidebant. Quod beneficium alio quoque cumulavit (XI). Edixit enim litteris datis XVIII. Kal. Jan. an. MCCCCLXXXVII. ut quicumque Eccleſiae militarent, & quacumque ii dignitate decorati eſſent, ſine ullo detrimento per totum illud tempus a ſuis collegiis abeſſe poſſent, quo in Piſano Gymnaſio juris prudentiae operam dabant. Haec ſane erant Academiae & decora & utilia, & quia prima erat cura alienigena-

(r) *Vix Innocentius ſummam dignitatem adeptus eſt, cum miſit ad Academiam litteras, quibus ipſa jubebatur bene de ſe ſperare.* Pochi giorni fa avemo quì una mazziere della S. di N. S. con una bolla alla noſtra Univerſità molto grata, la quale narrava la morte di Siſto & la ſua creazione, di poi diceva ſperare & avere ſomma fiducia nelle preci e dilectione degli huomini dotti, & però cognoſcendo el peſo incompatibile all' imbecillità de' ſuoi homeri ſanza il divino ajuto, ſupplicava ſi pregaſſe con devotione l'Altiſſimo, e ſi faceſſe cantare meſſa dello Spirito Santo, acciò Iddio infondeſſe in lui quel governo che a Santa Madre Chieſa s'aſpetta, offerendoſi pronto e parato a tutti e favori e beneficj e utilità di queſto Studio.

Piſa 7. Novemb. 1484.

Bartolomeo Bidello.

rum, dum illi multis invitamentis alliciebantur, ſimul ne quid turbarent, proſpiciebatur. Nam erant ſaepe rixae inter Rectores ſubditoſque illis magiſtros & diſcipulos, quarum cognoſcendarum interdum mandatum habuerunt illi legum maritimarum miniſtri, ſanctiſſimus Piſanorum magiſtratus, qui idcirco Conſules maris appellabantur. Tum conceſſum eſt Florentinis, ne a Rectoris munere excluderentur, conſultumque Artium ſtudioſis, ut *tertius quilibet Rector eſſet ex illorum numero, ſi reperiretur*. Ut magis magiſque diſcipuli incitarentur ad laudem, vel ab initio inſtauratae Academiae viſum eſt Patribus, ut quotannis ex iis quatuor eligerentur, qui feriatis diebus, quando ſilebant ordinarii Profeſſores, ipſi e ſuperiori loco jus pontificium & medicinam, atque artes docerent, unde extraordinariorum Lectorum nomen illis eſt inditum. Quod in illorum probanda doctrina ſumma adhibebatur ſeveritas, his temporibus viſum eſt, ut de illa aliquid mitigaretur & relaxaretur; nec tacendum putamus eorum eligendorum morem ad noſtram uſque perdurare aetatem. Plura ſunt alia & ſcita & juſſa (non juvat enim minima quaeque commemorare) quibus ea tempeſtate res Academicae proſpere proceſſurae videbantur.

Verum cum ii tum eſſent imperantium mores, ut undique materies excitandorum bellorum novandarumque rerum quaereretur, & jam e vita ceſſiſſet magnus ille Laurentius Mediceus, qui divinitus Italiae tranquillitati incolumitatique proſpexerat, in hujus tempeſtatibus, quas praeſertim attulit Gallorum & Caroli VIII. adventus, tot jactata fluctibus fuit Reſpublica Florentina, ut de illius ſalute deſperandum eſſe videretur. Inde a patria expulſi Petrus aliique Mediceorum; non tanquam hoſpes, ſed ut victor Florentiae exceptus ipſe Carolus Rex; fretique hujus ſtudiis & promiſſis Piſani, quos ad ſeditionem hortabatur non praeſentis modo ſervitutis odium, ſed & memoria, quod olim & terras & mare per totum Tyrrenum fama ſui nominis impleſſent, ab imperio Florentinorum deſciveie. Ex quo factum eſt ut Doctores, qui ſubditi erant Reipublicae, ſtatim Academiam deſeruerint, atque haec non multos poſt menſes, Octobri ſcilicet an. MCCCCLXXXXV. Prati tertio domi-

cilium ſuum collocare juſſa fuerit (1). Quanquam autem ineunte an. MCCCCLXXXXVI. decretum factum fuiſſet, ut ipſa Florentiam concederet, paullo poſt revocatum illud fuit, ac renovatum Octobri ſequentis anni, quod in illo oppido peſtilentiae ſigna apparebant. Illacrimans miſerae huic Academiae fortunae, & temporum conditioni Rupertus Acciajolius Donati F. his verbis ad Marcellum Virgilii F. ſcribebat. *De ſchola publica, ut ita dicam, quid decretum fuerit, certus fieri cupio. Audio enim Florentiae deſtinatam eſſe, quod quidem mihi eſſet pergratum. Timeo enim, ut reliquiae hae pene conſumptae penitus deleantur, litterarumque ſtudia jam Florentiae floruiſſe dicantur. Nam hac tempeſtate, ſeu temporum anguſtiis, ſerieque fatorum, ſeu hominum malignitate, virtutes omnes labefactatas eſſe videmus. Sed infirma civitate, & diſcordiis civilibus, bello, fame, civium ſtrage, peſteque defatigata, quid boni ſperare poſſimus?* Quanquam Acciajolio juſta querendi cauſſa eſſet de temporum hominumque iniquitatibus & injuriis, exaggeraſſe tamen videtur adverſam litterarum fortunam. Multi enim tum erant Florentiae ingenio & doctrina omnique genere eruditionis florentes, & ii praeſertim, qui e ſchola Politiani prodierant, quos libenter nominarem, niſi propoſitum mihi eſſet de Piſanae Academiae hiſtoria ſcribere, cui nihil utilius accidere potuit, quam ut ipſa conſiſteret in urbe, unde humanitas, doctrina in omnes terras, excuſſa jam ſuperiorum ſaeculorum barbarie, diſtributae putantur, cujuſque urbis laude fractum prope ac debilitatum univerſae Etruriae nomen nitebatur.

(1) *Extant litterae Joannis Novelluccii Pratenſis Vice-Rectoris, ex quibus conjici poteſt ſatis proſpere res Academiae proceſſiſſe, dum ipſa Prati fuit. Vehementer petiit Novelluccius ipſe a Patribus Florentinis, ne ſinerent abeſſe ab Academia Franciſcum Pepium & Joannem Victorium Soderinium, quia plurimum illorum doctrinae tribuebant non noſtrates modo, ſed & alienigenae diſcipuli, ut ii vel contra Decium ipſum, qui tum apud nos erat, contendere poſſe judicarentur.*

Digitized by Google

Sane Florentini rem litterariam comitate invitandi, qui illam colebant, beneficiiſque quos poterant ſibi conciliando, adjuvabant. Primus tum habuiſſe orationem in principe Eccleſia dicitur ad inflammandos doctorum & diſcipulorum animos (1) Euphorſinus Boninius, qui fuerat Politiani auditor, quique poſtea humaniores litteras publice Florentiae profeſſus eſt. Inter illuſtres diſcipulos tum numerabantur Ludovicus & Stephanus de Meclo Luſitani, factumque eſt ipſius Luſitaniae Regis commendatione, ut hic in flore juventae Pontificii juris magiſter crearetur. Iisdem temporibus alii electi ſunt doctores, quos ingenium & doctrinae fama commendaverat, e quibus nominare lubet Gregorium vel Gorum Gherii Piſtorienſis, qui ſane juris peritiſſimus erat, quanqam illum Varchius inurbanum & ſuperbum appellet, Jacobum e Monte Falcone (hoc oppido in Umbria ſito, in quo ipſe natus eſt, nomen) qui in theologia & philoſophia excellere putabatur, Carolum Antenoreum Florentinum doctum non modo Pontificio jure, ſed ex diſciplina Politiani Graecis & Latinis litteris, Franciſcum denique Cattanum de Diacceto, qui cum eſſet bene moratus, ad perſuadendum concinnus & elegans optimeque inſtitutus a Marſilio Ficinio in Platonica philoſophia, ethicam ſic docuit, ut nullius ſchola diſcipulorum nobilitate & frequentia fuerit illuſtrior. His aliiſque plurimis, de quibus alias opportunius dicemus, ſi addas Marcellum Adrianum, Bartholomaeum Fontium, Nicolaum Angelium Bucinenſem humaniorum litterarum doctrina claros, Franciſcum Sirigatium & Lucam Pacciolium mathematicorum ſui temporis principes, qui ad Florentinum magis, quam ad Piſanum Gymnaſium pertinebant, facile judicabis quantum abundaret Florentinorum civitas optimarum diſciplinarum praeceptis. Illis Academicis conventibus, qui haberi ſolent, quando

---

(1) *Hujus exemplum quondam extabat in Caddiana Bibliotheca: extat vero nunc in Laurentiana.*

Digitized by Google

adoleſcentes doctrinae inſignibus decorantur, **Laurentianae Baſilicae** *Capitulum*, vel vicinae illi aedes Mediceorum deſtinatae fuerunt. Quibus caerimoniis, quibuſque diebus, & ad quae templa ſupplicationes quaedam fieri deberent, ſancitum eſt, nihilque praetermiſſum quod ad decus & ornamentum Academiae pertinere videbatur. Juſſerat an. MCCCCLXXXXVI. Summus Pontifex Alexander VI. ut quocunque in loco illa eſſet, gradus omnes, uti loquimur, Academici, nonniſi Piſanorum Antiſtitum nomine & auctoritate conferri poſſent, quod juſſum confirmaſſe videtur ſeptennio & amplius poſt Julius II. uterque non bene in Florentinos animati. Modice tamen haec illos tangebant, quibus ſpes & jucunditas recuperandi Piſas oſtendebatur. Neque propterea Florentiae ceſſatum eſt a decorando Academicis honoribus ſtudioſos adoleſcentes, certiſſimiſque monumentis compertum habemus eoſdem anno MDV. accepiſſe illum hiſtoricorum Italorum principem Franciſcum Guicciardinium, qui non multo poſt in ipſa urbe Florentiae docuit juris prudentiam, cum eſſet legum Romanarum, publicarum & naturalium peritiſſimus. Omnino qui Florentiam concurrebant ſtudiorum cauſſa, neque patriam, neque ceteras Academias Italicas requirebant; et quod medicinae et juris prudentiae Doctores in principe Etruriae urbe non mediocre lucrum faciebant ex curationibus et ex cauſſarum patrocinio, ut aliquid ipſi de ſuis ſtipendiis, Florentini quidem plus, minus vero alienigenae, remitterent, cautum eſt. Tum enim publicum aerarium coeperat eſſe in magnis pecuniae anguſtiis, cujus multam vim inſumpſerat Reſpublica tum in alendum bellum adverſus Piſanos, tum in mercandam gratiam illorum, qui, ſi ipſis faviſſent, ejusdem belli exitum incertum facere potuiſſent. Tandem, qui de exitio urbis acerbe crudeliterque cogitaverant, illa quindecim fere poſt annos, quam deſciverat, recuperata, odium in miſericordiam converterunt, et eorum non magis miſerti ſunt, qui Reipublicae clementiam efflagitabant, quam qui non requirebant, cum fame omnique calamitatum genere enecti eſſent. Serius tamen de reſtituenda Piſanis Academia deliberarunt, cujus nulla effigies fuerat toto illo tempore, quo

caeca

caeca et temeraria libertatis cupiditas illos tranſverſos egerat. Nam praeter paucos Ludimagiſtros, qui grammaticam et arithmeticam tradebant, quorum nomina etſi comperta habeamus, ſilentio tamen praetereunda arbitramur, magnarum artium doctores prorſus deſiderabantur. Biennio poſtquam Piſae in poteſtatem redierunt Florentinorum, anno videlicet MDXI. negotium ſane turbulentum habuerunt ob Concilium, vel ſi mavis Conciliabulum, quod ibi, faventibus, vel ſaltem annuentibus ipſis Florentinis, adverſus Julium II. Gallorum praeſertim opera convocatum fuerat. Quod cum turbari non ſolum animorum diſſenſionibus, ſed etiam armis coeptum fuiſſet, inde Mediolanum translatum eſt, diras obnunciante Pontifice, qui in ſua poteſtate eſſe dicebat concilia cogere, inſtituta dimittere, habita reſcindere.

Tanta in converſione rerum ac perturbatione iis temporibus verſabatur Italia ac praeſertim Reſpublica Florentina, ut non facile haec proſpicere Academiae potuiſſet. Proſpexit tandem an. MDXV. cum pacatioribus uteretur temporibus, ejuſque clavum, redditi jam patriae, tenerent Julianus & Laurentius Medicei. Hi enim paternae & avitae gloriae haud immemores non mentem minus ad Rempublicam bene gerendam, quam ingenium ad litteras provehendas a ſe afferendum eſſe putarunt. Creati itaque V.viri Academiae fuerunt Nicolaus Capponius, vir geſtis magiſtratibus clarus, Jacobus Salviatus, qui neminem parem habuit ſtudio in litteras atque litteratos homines, Rupertus Acciajolius ea ſtirpe ortus, in quam tanquam in unam arborem plura genera, multorum inſita atque illuminata fuit ſapientia, Laurentius Mediceus junior, qui Urbinatibus imperabat, & Joannes Lucae, qui a proavo magni nominis arithmetico agnomen accepit, quique magno deſiderio flagrabat augendae quoque per ſe plebeiae familiae dignitatem. Eorum magna pars (aberant enim Capponius & Mediceus) decrevit proximis Kal. Novembr. Academiae Piſanae fores, quae malo civitatis fato XX. annorum ſpatio clauſae fuerant, reſerandas eſſe. Eorum praecipua cura fuit, ut viginti illi Doctores, qui ſuperioribus annis electi, longoque experimento probati fuerant, confirmarentur, deinde ut alii ingenio &

ſama clari ex aliis Academiis (de Patavina non loquor, quae tum ſilebat) evocarentur, quod plurimum ſane intererat, quia plerumque diſcipuli ipſorum magiſtrorum conſilia, ſedes, fortunam ſequebantur. Eorum in numero fuere, ne omnes alibi recenſendos hic referam, Franciſcus Curtius Ticinenſis juris conſultiſſimus, & Matthaeus illius frater medicus, Jo. Crotus Cremonenſis, qui in principibus juris Pontificii interpretibus numerabatur, Petrus Pomponatius, cui nemo par in philoſophia Ariſtotelica ponebatur (1), Auguſtinus Niphus ingenio, ſaniorique theologiae ſtudio inſignis, Vincentius denique Herculanus Peruſinus, cui illud maxime glorioſum fuit, ut ann. MDXXXI. ab Oratoribus Henrici VIII. Anglorum Regis mandatum acceperit ſententiam ſuam exponendi de Regis ipſius matrimonio cum Catharina Aragonia, quod legitimum eſſe pronuntiavit. Cetera, quae opus eſſe videbantur, ſic providebant atque adminiſtrabant V. viri litterarii (2), quorum poteſtas, quae antea annua fuerat, tum integro biennio durabat, ut Ma-

(1) *Conductus quidem fuit an. 1515. Pomponatius cum D. florenorum aureorum ſtipendio; ſed dubitare videtur Fabbruccius* (Opuſc. XII. p. 61.) *num ipſe promiſſo veniendi Piſas ſatisfecerit.*

(2) *Inter ſapientiſſima illorum decreta ad rem litterariam augendam, quanquam ad Academiam Piſanam proprie non pertineat, illud & memorandum putamus*, quod die 8. Menſis Novembris 1520. conduxerunt Nicolaum de Machiavellis Civem Florentinum ad ſerviendum dicto eorum Officio, & inter alia ad componendum annalia & cronacas Florentinas & alia faciendum, prout dictis Dominis fuerit viſum expediens pro tempore & termino duorum annorum initiatorum die prima praeſentis menſis Novembris, uno ſcilicet firmo (*hac conditione plerumque ſiebant Doctorum conductiones*) altero vero ad beneplacitum dictorum Dominorum Officialium cum ſalario quolibet anno florenorum centum ad rationem librarum quatuor pro quolibet floreno ſolvendorum de quatuor menſibus in quatuor menſes, cum taxis, obligationibus & aliis cenſuris.

Digitized by Google

rianus Scotus (1) Academiam Piſanam & magiſtrorum, quorum tum uſque XLII. numerabantur, & diſcipulorum nobilitate & copia florentiſſimam appellare minime dubitaverit. Illius & dignitatis augendae incredibili quodam ſtudio flagrabat Summus Pontifex Leo X., ad quod non tam in Laurentium Patrem, cujus exempla nunquam non ante oculos ei obverſabantur, atque in patriam pietate, quam ſuo ipſius officio excitabatur, quod in eadem Academia, dum erat in flore juventae, litteris operam dederat. Itaque ſemel iterumque juſſit pendi ab iis, qui bona Eccleſiae in dominatu Reipublicae poſſidebant, pecuniae ſubſidia ad ſolvenda Doctoribus ſtipendia (XII). Gratiae actae Pontifici, honoſque additus, ut ejus ſolemnis laudatio eſſet. Nec ſane ullus unquam Romanus Pontifex extitit, qui de litteris ceteriſque liberalibus artibus optime adeo meritus fuerit, cui proximum numeraverim Paullum III., qui in hac ipſa Academia litterarum tum excolendarum, tum provehendarum magnam cupiditatem conceperat (2).

Quanquam ex naufragio praeteritarum calamitatum tum emergeret Academia Piſana, magnam tamen illius famam fuiſſe oportet, cum multos exteros adoleſcentes Siculos, Luſitanos, Hiſpanos, &, quod mireris, etiam Gallos ad illam confluxiſſe ſcriptum inveniamus. Et ad Gallos magis magiſque alliciendos an. MDXXI. praecepere Octoviri, ſicuti appellabantur, Practicae Reipublicae Florentinae, ut ex iis, qui veniſſent ad audiendas, vel profitendas in Gymnaſio Piſano philoſophiam, leges, aliaſque liberales artes, tuto ac libere cum ſui famulis omnique ſupellectilis genere per loca ditionis Florentinae ire, tranſire in iiſque morari poſſent. Sed id redundavit in malum Academiae, cum

(1) *Vid.* ad l. cum Filio.

(2) *Hujus rei teſtimonium in Laurentii Medicei vita attulimus. Vid. Tom. II. p. 192. ex quo loco etiam apparet tum fuiſſe Piſis ſtudiorum cauſſa Caeſarem Borgiam, cujus ſane mores impudicos, effrenatos & indomitos minime ſanaſſe videtur litterarum ſtudium.*

ii coepiſſent tanta eſſe inſolentia atque arrogantia, ut ferendi non viderentur. Maximae porro curae erat Florentinis Patribus, ut rixarum ſemina & cauſſae tollerentur, aut ſaltem imminuerentur. Decreverunt itaque, ut ne quis arma vel ad nocendum, vel ad tegendum deferret; graviſſimis poenis vetitum Piſanis re aut verbis injuriam inferre diſcipulis (1); mandatum urbis Praefecto ceteriſque magiſtratibus, ut quantum poterant excubarent invigilarentque concordiae tuendae, conſulendoque diſcipulorum rebus, utque eſſent morati homines, qui eos tectis ſuis reciperent. Conſultum vel illis diſputationibus fuit (2) (cir-

(1) *Edictum extat apud Fabbruccium Opuſc. XII. p. 28.*

(2) *Haec variis temporibus edicta fuere de publicis diſputationibus. Anno quidem 1517. lata haec lex fuit.*

Item advertentes ad ſcandala & rixas, quae in publicis diſputationibus circa modum arguendi oriuntur, & in poſterum oriri poſſent, ſi non providerentur, & deſiderantes ut ea penitus reſecentur, deliberaverunt, quod deinceps quandocumque contigerit fieri publicam diſputationem, primus locus in arguendo intelligatur & ſit Rectoris ſeu Vicerectoris vel Subſtituti ab eo. Secundus ſit remotioris, prout per vetera ſtatuta diſponitur; caetera autem loca dentur & diſtribuantur eo modo & forma prout libere videbitur Rectori ſeu Vicerectori & ſic in futurum ſervetur. *Praeceptum quoque & mandatum fuit anno* 1522. omnibus & ſingulis doctoribus atque ſcholaribus cujuſcumque facultatis & profeſſionis exiſtant, quatenus non audeant in futurum publicare, neque affigere concluſiones in ſchulis Sapientiae, neque alibi ſine expreſſa licentia dicti Rectoris, alias intelligantur & ſint incurſi in poenam a ſtatuto praefixam contrafacientibus mandatis ſeu praeceptis Dom. Rectoris. *Hic Novembri 1523 edixit*, ne ſcholares poſſent arguere Doctoribus dum ſunt in circulis & diſputationibus. *Extat & aliud edictum Magnifici Rectoris latum die 4. Novembris 1522. quo praecipitur & mandatur* omnibus doctoribus cujuſcumque conditionis & facultatis, qualiter poſt lectionem de mane in praeſentia ſcholarium teneantur immediate circulare ſedendo loco conſueto & ad hoc deſtinato a D. Rectore, ſi ſcholis

culi appellabantur) quae ab ultimis Academiae temporibus obtinebant, & ad noſtram uſque durarunt aetatem. Nam cum ex iis acerbiores diſcordiae, odia, rixae orirentur, proviſum eſt, ut rite, ordine & tranquille haberentur, vetitumque propterea diſcipulis ſe ſe Doctorum certaminibus immiſcere. Nec ſolum his aliiſque ſapientiſſimis ſtatutis res Academicae laetae erant, ſed etiam ludicris quibusdam ſpectaculis, quae ad oblectandos diſcipulorum animos, quandò vacabant a ſtudiis, inſtituta fuere (1). Praemia decernebantur iis, qui in ludis viciſſent, & illis Bacchanalium dierum feriis permiſſum diſcipulis ipſis Principem quemdam juventutis creandi, qui *Dominus Carnis Privii* nuncupabatur. Illud & ſalubre & neceſſarium judicatum eſt, ut feriatorum dierum numerus augeretur, additique ceteris XV. verni ad curanda & purganda corpora. Profecto iis temporibus non mediocris laboris erat magiſtri munus exercere. Nam praeter quam quod annus litterarius tamdiu, ut ſupra commemoravimus, producebatur, feſti tantummodo dies vacationem publici muneris habebant, & Jovis dies, ſi eorum nulli, praeter Dominicum, in hebdomada fuiſſent. Scholae aperiebantur prima fere luce, acroaſes trahebantur ad longum tempus (2), mul-

---

aderat, adſtante. Ordinarii autem & extraordinarii de ſero, forma eadem ſervata, omnes teneantur circulare poſt ordinarias lectiones, alias punctabuntur ſi ſemel, vel bis in edictum commiſerint; ſi vero dictis circulis per tres continuos actus non intervenerint, Lectura privabuntur, niſi juſtam & probabilem cauſam allegaverint &c.

(1) *De iis edicta vide apud Fabbruccium Opuſc. XII. p. 30. & ſeq.*

(2) *Hae Bartholomaei Paſquini Academiae famuli litterae ad Florentinos Patres teſtimonio huic rei eſſe poterunt.*

Magnifici & excellentiſſimi Domini ſalutem. Solo queſta, perchè mangiando il pane delle voſtre Signorie mi pare dovere, quando ſcade alcuna coſa inoneſta, a quelle darne aviſo per potere detto pane mangiare ſenza ſtimolo e carico di coſcienza. Sia noto alle Voſtre Signorie come infra queſti

Digitized by Google

ciaque pecuniaria irrogabatur non ſolum iis, qui nihil, ſed & iis, qui non ſatis pro aſſiguato ipſis munere, ut dicebatur, legiſſent: cum e ſuggeſto vero Doctores deſcendiſſent, inter ſe aut in ſcholis ipſis, aut ad columnas, & vel in viis atque in apothecis magna voce & bonis lateribus certabant. Multum ſane iis temporibus hujuſmodi concertationibus tribuebatur. Per ipſas Doctores in aciem deſcendere, in diſcrimen venire, & de fama atque exiſtimatione cum Collegis pugnare videbantur; & auditorum circumfuſa corona illorum periculo diſcebat, quomodo poſſent acute dicta refelli, ambigua diſtingui, obſcuris lumen afferri, argumenta confutari, firmiſſimis rationibus nixae convelli labefactarique ſententiae, labefactatae denique novis artibus erigi atque reſtitui. Sic calebant ſtudia, ubique voces diſputantium audiebantur, ubique fervebant certamina non magiſtrorum modo, ſed & diſcipulorum,

---

Legiſti ſi legge molte poche lezione, che appena arrivino alla metà del tempo debito, e come alle prime ordinarie da mattina manca del ſuo dovere M. Pier Filippo, il quale debbe leggere ore due in voce & una in ſcriptis, e poi legge un'ora in voce. M. Lancelloto fa francamente ſuo debito, & è ſimile M. Felino. M. Floriano non è maraviglia ſe non finiſce le due ore in Cattedra, perchè non putrebbe rogare un teſtamento per mancamento di teſtimoni; ha alla ſua lezione tre o quattro ſcolari, e non li paſſa. M. Bartolomeo Sozini legge la mattina dopo le prime lezioni, & ha una mezzora in ſcriptis, & una mezza in voce, ſicchè legge mezzora e non più. M. Antonio Bolognetti legge alla medeſima ora, un'ora in voce. Gli Inſtitutarj leggono mezzora, & non giova con eſſi mie parole. M. Baldo entra alle venti ed ha un'ora in ſcriptis ed un'ora in voce; gli altri fanno il dovere aſſai di preſſo e maſſime gli Artiſti. Prego le Voſtre Signorie proveegghino in forma, che a me non abbi a nuocere, imperocchè quando ricordo qualche volta faccino il dovere, il minimo pedante, che ci è, minaccia di farmi caſſare, o darmi delle buſſe . . . . . . a dì 25. Maggio in Piſa.

Digitized by Google

ubique impigris & non jacentibus animis offerebatur occaſio proficiendi; ſeque exercendi in arte, quam quiſque excolebat. Mirum videri vero omnibus debet, cum tantus eſſet docendi labor, multos vel exiguo, aliquos etiam vel nullo ſtipendio operam ſuam Academiae praeſtitiſſe. Si qui autem fuiſſent, qui quaſi pueri delicati ceſſatione nihil melius exiſtimaſſent, ne illorum exemplum ceteris perniciei eſſet, facile ab Academia removebantur. Quamquam artes eo modo, quo nos illas excolimus, majorem utilitatem, majoremque dignitatem habeant, magnaque vis fuerit philoſophiae in eliminando ab Academiis quidquid caſſum erat, & inanis vocis ſono decorabatur, fateri tamen debemus a majoribus noſtris in labore perferendo induſtria ſuperatos eſſe, quae ſi manſiſſet, ut manſerunt ingenia, mirabiliores ſane ad omne diſciplinarum genus progreſſiones fieri potuiſſent. Jam non ſolum diſputationes, quae ad ingenii & doctrinae experimentum haberi ſolebant, tanquam inanes & ad ferendas inimicitias unice idoneae, ſublatae ſunt, ſed omnis aemulatio inter doctores & diſcipulos extincta eſſe videtur. Alia & utiliora pravis conſuetudinibus adempta. Sed medebitur dies. Scilicet bonis ipſis, ſi diuturna ſint, pro naturae vel inconſtantia, vel ſegnitia fatigamur, tantoque variandi ſtudio tenemur, ut nos ea quoque interdum, quae prava ſunt, novitate capiant & delectent. Haec tamen qualia ſint, naturae ipſius providentia cito patefacit; idemque nos variandi amor, ratione ductus & incenſus, ad ſanitatem revocat. Sed illuc revertor.

Cum is eſſet Piſanae Academiae ſtatus, ut movere invidiam ceteris Italicis poſſet, et in ipſa exteri multi doctrinae praeſidia invenirent, quae nequicquam ſuis in regionibus quaeſiiſſent, coepit illa iterum ad interitum vergere. Adeo enim illius ſors cum Reipublicae Florentinae fortuna conjuncta erat, ut ruere haec non poſſet, quin eodem labefactata motu ipſa quoque concideret. Civitas ſecum ipſa diſcors inteſtino inter Patres plebemque flagrabat odio, ex una parte pugnabat libertatis amor, illinc imperii cupiditas, hinc pudor, et impendentium malorum timor, illinc petulantia, et rapiendarum pecuniarum

licentia. Galli et Caeſariani crudelibus odiis inter ſe diffidentes, et Italiam bello miſere vaſtantes, Reipublicae quoque Florentinae, quae nec vitia ſua, nec remedia pati amplius poterat, ruinam minitabantur: obſeſſa tandem an. MDXXIX. per libidinem pereundi perdendique omnia civitas fuit a Caroli V. exercitu, qui odium, quod habebat in Mediceos, adeo in amicitiam vertit, ut pro iis pugnaverit, Alexandro filiam ſuam in matrimonium collocaverit, eique in patriam imperium conceſſerit. Quae priuſquam acciderent ob exhauſtum publicum aerarium, aliaſque Reipublicae calamitates impeditae ſolutiones Doctoribus fuerunt, eaque propter deſperantes ipſi de Reipublicae ſalute Academiam deſeruerunt. Nulla ſane eos revocandi cura tetigit Alexandrum Ducem, in quo illud ſtirpis bonum adeo degeneraverat vitiis depravatae voluntatis, ut de nulla re alia ſollicitus fuerit, niſi de exercenda in ſuos tyrannide, ſuaque poteſtate firmanda atque augenda. Non poſſum non lamentari ſqualorem Academiae noſtrae, quae ex proſperrima fortuna paucorum annorum curſu eo devenit, ut an. MDXXXV. nulli eſſent juris prudentiae magiſtri, qui, ut mos erat, experimentum caperent cujuſdam adoleſcentis, qui ſe donari doctrinae inſignibus poſtulaverat. Quapropter Onuphrius Bartolinius Piſanorum Archiepiſcopus coactus eſt binos cauſſarum patronos quaerere, qui examini adeſſent, deque doctrina candidati teſtimonium ferrent. His malis, ut quo poterant modo, ſuccurrerent Piſani, communibus conſiliis decreverunt, ut quotannis centuſſes C. ſolverentur ad victum praebendum quatuor ingenuis adoleſcentibus, qui medicinae et juris prudentiae ſtudiis in aliqua Academia operam darent, reduceſque in patriam has ipſas artes exercerent, ceteriſque monſtrarent. Id quidem ſatis obſtendit quam adverſa tum ii premerentur fortuna, cujus cum miſereretur Coſmus I., qui, e vita ſublato Alexandro, imperium obtinuerat Etruriae, gerebatque non feliciter modo, ſed & ſevere pro temporum atque rerum conditione, ſtatim de reſtituenda iis Academia cogitavit. Aſſiduis tamen agitatus diſcordiis plenum prudentiae, quod ſuſceperat, conſilium perficere non potuit niſi an. MDXXXXIII. ſexennio

Digitized by Google

nio ſcilicet poſtquam incredibili prope dexteritate, & nunquam intermiſſa agendi cogitandique ſollertia, pace, foederibus aliiſque praeſidiis ſuam poteſtatem bene firmaverat. Inde nova ſeries, novuſque rerum ordo, quibus ita firma & valens res Academica facta eſt, ut ejus dignitas augeri quidem, labefactari vero amplius non potuerit. Sed antequam de ſapientiſſimis Coſmi inſtitutionibus dicam, quibus non inſtaurata modo, ſed et pene renovata fuit Academia Piſana, de iis Doctoribus dicendum erit, qui ante haec tempora illi operam ſuam praeſtiterunt, in quo tum ſatietati, tum deſiderio lectorum medebor. Siqua vero ipſorum Doctorum nomina praeteribo, quae poſteritatis memoriam minime merentur, non propterea negligentiae arguar. Nam ſicuti magnarum rerum indagatio oblectationem habet, ita minimarum faſtidium parit, & abuti otio & litteris ille mihi videtur, qui memoriae prodit ea, quae occultari vellet, quaeque nec erudire, nec oblectare poſſunt legentium animos. Sed antequam ad propoſitum veniam, illud animadvertendum puto, fuiſſe inter Profeſſores, Magiſtros & Lectores (his enim nominibus qui publice docebant appellabantur) diſtinctionem quamdam *ordinariorum & extraordinariorum*. Ordinarii quidem vocabantur illi, qui veteres, uſitatas ac veluti primigenias occupabant cathedras, cumque aequali prorſus honore fruerentur, eo ſolum diſcrimine inter ſe diſtinguebantur, quod alii matutinis horis docerent, ideoque *matutini* dicerentur, alii vero, qui pomeridianis horis ſuggeſtum aſcendebant, *veſpertini* vocarentur; cumque matutinis cathedris diuturnius praelectionum tempus, ideoque ſplendidior etiam cenſus aſſignaretur, veſpertinis hiſce Profeſſoribus ad matutinas cathedras veluti nobiliores (1) aditus patebat. Verum non idem mos ceteris in omnibus Academiis I-

O

(1) *Hujus rei teſtimonium extat eo in loco Laurentii Medicei vitae, quo narravimus ſtudia Rodulphi de Balionibus, ne Petrus Philippus Corneus ſua matutina cathedra moveretur*. Tom. II. pag. 83.

Digitized by Google

talicis tenuit. Extraordinarii vero vocabantur Doctores illi, qui novas veluti extra ordinem inſtitutas cathedras occupabant, ideoque libros ab Ordinariis omiſſos explicabant, & ipſi quoque pro varietate temporis, quo docebant, aut matutini, aut veſpertini dicebantur. Quandoquidem vero veteri ſcholarum conſuetudine receptum fuit, ut medicinae ſcientia duas in partes ita dirempta foret, ut alia quidem *Theoretica*, alia *Practica* appellaretur, ex illius magiſtris alii *Theorici*, alii *Practici*, ſive Ordinarii, ſive Extraordinarii illi fuiſſent, nominati ſunt. Erant & Inſtitutiſtae, quo nomine ſignabantur illi, qui juris prudentiae elementa adoleſcentibus traderent, quo in magiſterio qui diligentiam & doctrinam probaſſent ſuam, facile ad ſuperiores honorificentioreſque gradus aſcendebant. Verum non tuliſſent ii, qui jam celebritatem ſermonis hominum conſecuti fuerant, ut a majoribus ad minora deſcenderent. Etenim hi non tam cenſum, quam locum ſpectare ſolebant, nec pudebat eos de ſe non glorioſe modo, ſed etiam ſuperbe loqui, quoties eorum poſtulationibus non fieret ſatis. Conſequentibus temporibus invectus etiam eſt *Supraordinarii* titulus, quo decorarentur ii, qui in aliqua facultate prae ceteris excellere putabantur. Sed haec honorum vocabula ad movendam invidiam valuere, cujus rei illuſtre exemplum habemus in Caeſalpino, qui ab Academia diſceſſit, poſtquam triginta & ſex totos annos illi operam ſuam praeſtiterat non aliam ob cauſſam, niſi quia *Supraordinarii* Profeſſoris nomine Magnus Dux Mercurialem cohoneſtandum putavit. Sed de his ceteriſque hujuſmodi alius erit dicendi locus: quare ad propoſitum veniemus, & in exponendis magiſtrorum vitis eum ſequemur ordinem, qui ſervabatur in illorum albo, ſic ut primum occupent locum Theologi, ſecundum Juris conſulti, tertium philoſophiae, medicinae, oratoriae & poeticae Magiſtri, qui Artiſtarum nomen habebant.

Digitized by Google

CAPUT II.

De Theologiae Magiſtris.

Ex quo Laurentius Mediceus cogitationem curamque ſuſcepit inſtituendae, vel renovandae Piſanae Academiae, eo praeſertim intendit animum, ut Doctores idonei, & in arte, quam profitebantur, haud dubie praeſtantes ſcholis praeficerentur; nec ſolum rationem habuit doctrinae, ſed etiam morum, ne forte quis illa doceret, quae neſcire melius eſſet, vel quae doceret malis exemplis corrumperet. Haec ſpectare praeſertim decebat in Theologiae magiſtris, qui quoties eligebantur, non praejudicium modo, ſed plane judicium de eorum moribus factum putabatur. Eam ob cauſſam ſaepe ii ad habendas ſacras ad populum conciones adhibebantur, & plerique eorum non acuti modo theologi, ſed & eloquentes, prout illa ferebant tempora, concionatores judicati ſunt. Neque illud omittendum videtur, hunc morem tenuiſſe in multis Academiis, ut theologiae & ſacrarum litterarum Profeſſores vel ab Epiſcopo, vel ſaltem, illo conſulto, eligerentur, & hujus etiam judicium exquireretur de iis, qui metaphyſicam eſſent tradituri. Sed hic mos minime ſervabatur in Academia Piſana, neque principio admodum ſollicitos fuiſſe de Theologiae ſchola Florentinos Patres ex iis, quae ſupra attulimus, intelligi facile poterit. Nolo autem quis putet divinam hanc ſcientiam iis temporibus tradi conſueviſſe illis litterarum praeſidiis, quibus nunc tradere ſolemus. Tum enim homines nimio quodam contentionis amore & ſuperandi cupiditate flagrantes ſuis ſe compungebant acuminibus, plerumque non gra-

Digitized by Google

viliſſima ad cognoſcendum, ſed ſubtiliſſima ad fallendum excogitabant; hinc vanae quaedam otioſaeque & interdum etiam plane aniles diſputationes, quae mentem a Ss. Bibliorum doctrina, a Ss. Patrum dictis, a Conciliorum legibus, a Pontificum decretis exquirendis abducebant, & ſine ulla utilitate fatigabant; hinc pertinax & inſanum partium ſtudium; hinc propugnatio & defenſio, tanquam pro aris & focis, illorum dogmatum, non quae veritati magis congruebant, ſed quae iis placebant, quorum quis inſtitutum amplexus eſſet. Nunquam is dicendi finem faceret qui recenſere vellet ineptias & plus quam ſcholaſticas ſubtilitates eorum, qui tum theologiam profitebantur, ſive illi dogmatici, ſive elenchici, ſive rituales, ſive hiſtorici appellarentur, & cum barbaries ſuperiorum ſaeculorum omnes graviores diſciplinas infuſcaſſet, majorem etiam labem intuliſſe theologiae videtur, quae cum uberrimos fontes virtutis & ſcientiae contineat, hos ferme deſeruerunt homines, ut rivulos conſectarentur. Nemo etiam ignorat quantum ab illius aetatis theologis tribueretur Ariſtoteli ejuſque ſectatoribus, quanta illorum credulitas eſſet, quam clamoſi, qui ſuas ineptias venditabant diſcipulis; & ſi ex iis erant aliqui, quorum dicta nulla ex parte claudicarent, & qui in optimo theologiae genere conſiſterent, famam tamen minime obtinere potuerunt, quod barbare plerumque loquerentur, critices & reconditioris eruditionis praeſidio carerent, neque delectum rerum haberent. Quos igitur laudavero, non pro meo, ſed pro illorum hominum, quorum aetate floruere, judicio laudaſſe putabor.

Primus, qui publice docuit theologiam in hac noſtra Academia fuit Minorita Fr. Bernardinus Bartholomaei Barducci Cherichinii F. Florentiae nobili genere natus, & Senis ſub bonis praeceptoribus in divinarum ſcientia inſtitutus. Is antequam vocaretur ad Academiam, quod accidit an. 1478. celebritatem nominis ex ſacra eloquentia, & ex bene geſto in Florentino coenobio S. Crucis *Regentis*, ut appellant, munere, conſecutus fuerat. Habitus eſt etiam ſubtilis ſcriptor & elegans, perſcripſitque ad Franciſcum S. Petri ad Vincula Cardinalem, qui poſtea Sixti IV. nomine Pontifex Maximus creatus eſt, dialogum *de laudibus*

. Divinorum

Digitized by Google

Virginitatis & Caſtitatis (1), in quo oſtendere voluit, ſe non eſſe inſolentem in dicendo, neque ineruditum, ut ex Cicerone orationem aucupari, & ex omni genere ſcriptorum Graecorum Latinorumque ſententiarum floſculos carpere poſſet. Illud ſtudium elegantiorum ſcriptorum, eorumque dictorum ad confirmandam ſententiam aliquam non probabatur ſenibus, qui quidquid proferebant, redolebat Scholasticorum barbariem, ſed mirabantur adoleſcentes, & aptum erat homini, qui in optimis oratoribus numerabatur. Ob exercitationem dicendi illud conſecutus eſt Cherichinius, ut quoties habebantur Minoritarum Etruſcorum comitia, ei mandatum daretur dicendae Latinae orationis, quae in hujuſmodi conventibus dici ſolet, ejuſque argumentum plerumque ſumebat ex laudibus locorum, in quibus ipſa gerebantur comitia. Ne vero hiſce laudationibus hiſtoria mendoſior fieret, diligenter requirebat monumenta temporum, hominum, familiarum, locorum geſtarumque rerum, quae certa in litteris extarent. Quod uberrimis artibus effecerat Cherichinius, ut ſe eriperet ex ea, quam ſupra perſtrinxi, turba Theologorum, & decus omne virtutis cum iis junxerat, charus fuit Laurentio Mediceo, floruitque diſcipulorum nobilitate. Cooptatus in Florentinum Theologorum collegium, principem in eo tenuit locum (Decanum vocant) multiſque lumen ingenii conſiliique ſui oſtendit, ſive ſacras litteras e ſuperiori loco interpretaretur, ſive conſulentibus reſponderet, ſive conciones ad populum haberet. Quatuor hiſtorici, ut de ceteris ſcriptoribus ſileam, ipſum ſummis laudibus

(1) *Liber hic extat in Bibliotheca Laurentiana, illiuſque mentionem fecit Angelus Maria Bandinius in vol. IV. p. 186. Catalogi Cod. Latinorum ejusdem Bibliothecae. Ex iis, quae Auctor praefatus eſt, conjici poteſt Cardinalem Roboreum fuiſſe Cherichinio principem ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam horum ſtudiorum rationem. Ea propter Cardinalem ipſum diſputantem induxit, ut eſt Dialogorum mos, cum Georgio Antonio Veſpuccio, atque Chriſtophoro Celiciano clariſſimis adoleſcentibus Florentinis.*

extulere, Antonius Poſſevinius, Franciſcus Gonzaga, Michael Pocciantius, & Lucas Wadingus. Hi quamvis in aetatibus & temporibus perſequendis diligentiam non mediocrem conſumpſerint, ignoraſſe tamen videntur quo anno ipſe vitam finierit. Vivebat quidem an. 1488., ante quod tempus illi ſucceſſor deſtinatus eſt cum XXV. Florenorum ſtipendio, qui ex eadem Minoritarum familia erat, Petrus Calaber. Non diu hic apud nos manſit, cum Piſanae Salmaticenſem cathedram praetuliſſet.

Anno poſtquam Cherichinius ad theologiam explicandam vocatus eſt, providerunt Patres, ut eſſet qui cum illo, ut ea jubebant tempora, contenderet. In hac autem contentione, in qua non ſemper vincebat doctior, venditare diſcipulis intelligentiam ſuam potuit Joannes Ruperti de Hibernia, ipſe quoque ex Minoritarum familia, qui Florentiae in S. Crucis coenobio privatim ipſam facultatem antea docuerat. Hos conſecuti ſunt praeter Petrum Calabrum, quem ſupra nominavimus, Dominicanus homo Benedictus Pagagnottus Chriſtophori filius, nobilique genere Florentiae natus, qui paullo poſt, anno ſcilicet 1484. ab Innocentio VIII. Vaſionenſi in Gallia Epiſcopatu auctus eſt (1), Mariottus

(1) *Magna de illius doctrina opinio ſane erat. Is cum nomen dediſſet Dominicanis illis, qui incolunt Florentinum coenobium, quod S. Marci vocatur, hos reliquit turbarum cauſſa, quae excitabantur a Hieronymo Savonarola, & ad Dominicanos S. Mariae, ut loquuntur, Novellae tranſiit. Erat apud eos cum Epiſcopus creatus eſt ab Innoc. VIII. Laurentii Medicei commendatione. Nihilo tamen minus nunquam Etruriam deſeruit, viceſque gerebat Rainaldi Urſinii Archiepiſcopi Florentini, cum ipſe ſemper abeſſet a Dioeceſi ſua. Hinc factum, ut cum an. 1498. X. Kal. Junii morte mulctandi eſſent Savonarola ipſe, & bini ejuſdem collegae, illa execratio, quae fieri ſolet, cum quis ſacris addictus ſaecularibus magiſtratibus & poenae obnoxius declaratur, ab illo, ita imperante Alexandro VI. peracta fuerit. Interfuit Concilio V. Lateranenſi, obiitque Florentiae an. 1522. in ipſo Dominicanorum coe-*

Piſtorienſis Minorita, cujus doctrinae cum non multum confiderent theologiae ſtudioſi, rogarunt Florentinos Patres, ut ſibi proſpicerent utilius atque honorificentius (1). Nihilo tamen minus biennium apud nos fuit Mariottus, ipſoque an. 1487. diſcedente, Oliverius Arduinius,

---

nobio, quod plurimum per illum auctum fuit. Vir enim parciſſimus & frugaliſſimus omnes ſuas vindemiolas eo reſervabat, ut multis, ac praeſertim ſuis prodeſſet. Alius erit de illo dicendi locus, cum de iis, qui apud nos Aſtrologiam docuerunt, agemus.

(1) *Hoc eſt litterarum exemplum, quas ad Praefectos Academiae dederunt Piſis xx. Julii 1485.*

Magnifici Officiales. Eſſendo noi firmiſſimi della prudentia de' voſtre magnificentie, & vedendo quanta cura ponete in illuſtratione di queſto Studio, non havimo per lo paſſato ſcripto a quelle ſe haveſſero voluto degniare provvedere alla lectione de theologia, preſertim per la confermatione ce ſece el Camarlengo voſtro Collega, e lo Provveditore della diligentia uſavivo ſpecialiter in queſta lectione, della quale, ſecondo poteſſimo intendere, vi era in animo l' havese a leggere M. Oliverio ordinario filoſofo, quale per ſua ſomma eruditione era a tutti nui gratiſſimo, in modo exiſtimavamo fare grandiſſimo proficto, & eſſere aſſai bene provveduto all' honore dello Studio & comodità di queſta lectione. Al preſente havemo informatione che dicta lectione ſia conceſſa ad Maeſtro Mariotto de Piſtoia, del quale fare juditio non ce ha parſo. Solum diremo a V. M. quello che per più gravi occupationi non conſiderate, queſta eſſer prima lectione delli Studj, & ricercare homo exercitatiſſimo & de' più facultate erudito, & però ſe altra provviſione non ſe faceſſe, tutti nui, quali vogliamo dare opera in queſto, ſariamo diſcontentiſſimi in modo ſenza dubio fora biſogno partirce. Del che unico animo deliberammo fare avviſare V. M. & ſupplicarle vogliano provvedere . . . . . .

Quaedam ad illum pertinentia vide in ſpecimine Litteraturae Florentinae p. 183. *edito ab Angelo Maria Bandinio.*

cui multum ſane tribuebatur non in theologia ſolum, ſed etiam in philoſophia, utriuſque diſciplinae uno eodemque tempore ſcholas habere juſſus eſt. Paucos ſane illa aetate invenies, quos cum Arduinio rerum divinarum ſcientia comparaveris, qui ea etiam erat ſuavitate morum, ut ſi quos inveniſſet, quod nunquam non evenit in Academiis, qui ſibi obtrectarent, non tam id laboraret ut a ſe refutarentur, quam intelligi cuperet a ſe illos amari. Alius erit de eo dicendi locus, cum de philoſophis agemus, ubi quoque ſermo erit de Dominicano homine Dominico de Flandria, quem Gymnaſiarchae non modo ad philoſophicas res, in quibus praeſertim excellebat, ſed etiam ad theologicas, teſte Fabbruccio, adhibuerunt. Vel antequam Arduinius e vita decederet, theologiae quoque cathedram rexere Minoritae Lucas Franciſci filius de Subereto, qui famam ſibi comparaverat ex ſacris concionibus & ex bene geſtis in familia muneribus, Georgius Benignus Salviatus, atque Bartholomaeus Hiſpanus e Dominicanorum familia.

Juvat de Salviato longius, quam propoſita ratio poſtulare videatur, dicere. Fuit enim vir ille cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero eſſent, ornatus omnibus, tum acer inveſtigator & diligens earum rerum, quae ſacris litteris continentur. Ad haec varietatem fortunae expertus eſt, & de iis curioſius inquirere ſolemus, qui illius periculum fecerunt. Raguſini, Urbinates, Syracuſani, Florentini aliique tanquam ſuum illum agnovere. Ex certiſſimis tamen monumentis conſtare videtur Jacenſe oppidum in Boſnia ei patriam fuiſſe, ibique nominatum Georgium *Drachisich*. Cum bello a Turcis illa provincia vaſtaretur, vexarentur urbes & oppida, & tecta arderent, ipſe puerulus Raguſam delatus eſt, ibique ſtuduit iis litteris, quibus pueri ad humanitatem informari ſolent, & in Franciſcanorum familiam ſe conjiecit. Tali modo illuſtriores Academias ſtudiorum cauſſa peragrare potuit, Oxonienſem, Pariſinam, Romanam, Bononienſem, Ticinenſem atque Ferrarienſem; cumque Pariſiis eſſet, in intimam amicitiam pervenit Beſſarionis Cardinalis, a quo propter miram ſuavitatem morum *Benigni* cognomen habuit, & propter ſingularia merita commendatitias litteras, qui-

quibus ſuo & totius Graecorum nationis nomine Romanum Pontificem Beſſarion rogabat, ut Georgius Cardinalis crearetur. Neque multo poſt, Beſſarione ipſo mortuo, Urbinum venit, tantamque iniit gratiam a Friderico illius civitatis Domino, ut illi filium ſuum Guidonem Ubaldum inſtituendum dederit. Civitatis etiam jure donatus fuit, & in nobilem familiam de Felicibus adſcitus, quo cognomine interdum etiam appellatus eſt. At & domicilium Florentiae habuit, quo ut venit, hilare acceptus fuit a Laurentio Mediceo, qui illi ſtatim commiſit, ut in morum ſcientia Petrum, in divinis vero rebus Joannem filios ſuos cariſſimos erudiret. Magnus hic ingeniorum aeſtimator tantum tribuebat Benigni doctrinae & virtuti, ut cum exquiſiviſſet illius judicium de Apologia Pici Mirandulae, quam ad ipſum miſerat per Petrum Bibienam, haec addiderit illi ſane honorificentiſſima. *Quia eruditiorem ac probiorem non agnoſco, neque eſſe credo, ad te duntaxat hunc librum deſtino, adhortans, ut quemadmodum ego nulla re praeter quam veritate afficior, ita & tu ſola veritate ad probandum vel improbandum moveare*. Interdum etiam illi proponebat quaeſtiones ex intima theologia petitas, de quibus loquens Benignus ipſe in epiſtola quadam ad Leonem X. ait: *Dum Laurentius Florentiae lectionibus meis, & concionatoriis ſaepius interfuiſſet, carmen quoddam ſeptem difficillimarum in fide noſtra quaeſtionum ad me vernacula lingua conſcriptum per Franciſcum Berlingerium quondam amicum optimum tranſmiſit, arbitratus illas exactius declarare poſſe neminem*. Declaravit quidem, indeque materies opuſculi, quod extat in Bibliotheca Laurentiana, quodque ad ipſum Leonem Summum Pontificem miſit. Non unus erat Laurentius Mediceus teſtis, laudatorque integritatis, elegantiae & doctrinae Benigni. Nobiliſſimos enim quoſque Florentinorum conſuetudine ſua ſic ſibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior, & cum eſſet intimus Salviatis, familiae ſane ampliſſimae nomine ipſum decorarunt. Neque minus Minoritis ſuis fuit acceptiſſimus. Hunc enim in Florentinam familiam receperunt, nec magiſterium modo, ſed & praefecturam Provinciae eidem dederunt, quod

ſe feciſſe teſtati ſunt, *attentis innumeris virtutibus*, *& praeconiis*, *& gratia omnium civium Florentinorum*. Qui comes, benignus, facilis, & ſuavis erat cum ceteris, auſterus cum ſuis fuiſſe dicitur, ob eam credo cauſſam, quod intelligebat facile depravari homines laxiori diſciplina. Anno 1493, poſtquam jam Florentiae publice humaniores litteras per quinquennium docuerat, munus illi datum eſt explicandi metaphyſicas theologicaſque diſciplinas in hac noſtra Academia cum ſtipendio Florenorum LXX. quod largum & liberale pro theologo aeſtimabatur. Renovata vero illius conductio fuit an. 1497. cum Florentiae Academia ſedem ſuam collocaſſet, cujus rei nuncium accepit Georgius tum cum ſacrarum concionum cauſſa (in bonis enim oratoribus numerabatur) Raguſae (1) erat. Quanquam Georgius munus quoddam

(1) Georgius Benignus de Salviatis Bartholomaeo de Deis Studii Florentini Notario. Inteſi per le voſtre come coteſti preſtantiſſimi Officiali mi hanno eletto per Doctore e Maeſtro e Lectore in Metafiſica & Teologia cum proviſione di 70. fiorini conſueti. della qual coſa ringrazio infinite volte le loro preſtantie, che ſi ſiano degnate di ricordarſi del loro ſervitore e figliuolo affectionatiſſimo di patria o città ſia in queſto mondo, perchè per beneficj innumerabili ricevuti in varj tempi ſono più obbligato a Firenze che a tutto il reſto del preſente mondo . . . . Mi duole che inanzi all' Advento del Signore non ebbi notizia di tal electione, che non mi obbligavo a predicare quì queſt' anno. Et reſto della mia intentione intenderete dal mio compagno Frate Antonio de' Saſſolini, el quale mando a poſta per queſto. Raccomandomi ec.

Raguſii die 17. Jan. 1497.

Georgius Benignus de Salviatis.

Ipſum Georgium Benignum de Urbino appellant Praefecti Gymnaſii.

Digitized by Google

fortunae eſſe putaret, quod in ea civitate commoraretur, quae humanitate & doctrina ceteras omnes praeſtaret, eique unus ante alios eſſet cariſſimus, eadem tamen non multo poſt cedere coactus eſt, ad Reipublicae clavum ſedentibus hominibus Savonarolae infenſiſſimis, cujus partes ſtudioſius Georgius ſecutus fuerat, quam decebat virum conſilii plenum. Huic rei indicio eſſe poteſt illius libellus, qui inſcribitur *Propheticae Solutiones*, quique totus eſt in Savonarolae dictis, tanquam divini hominis efferendis illiuſque factis probandis, quod ſane de homine Franciſcano plurimum miraberis. Tum quoque cognita eſt Georgii perpetua naturalis bonitas, quae nullis caſibus neque augebatur, neque minuebatur; & vel ii, qui in laedendis Savonarolae ſectatoribus ſe aliquam conſecuturos ſperabant commoditatem, tantum Georgio tribuebant, ut illo aegrius carere viderentur. Verum tanto viro honores deeſſe non poterant. Carus Julio II. & Cardinalibus Roboreis anno 1507. primum Collienſis Epiſcopus, ac ſexennio poſt Archiepiſcopus Nazarenus creatus eſt (1). Adhibitus etiam fuit in Concilio Lateranenſi V. quarum rerum omnium monumenta extant in epiſtola, qua Dialecticam ſuam nuncupavit Leonardo Cardinali Roboreo. Gratus enim cognoſci volebat ab omnibus erga auctores fortunae ſuae, ex quo factum eſt, ut defenſionem conſcribendam ſuſceperit pro Franciſco Maria Duce Roboreo, qui Alidoſium Cardinalem interfeciſſe accuſabatur. Credibile quidem eſt Georgium amoris quoque ſigna habuiſſe a Julii II. ſucceſſore Leone X. quem in ſacris literis, ut diximus, erudierat, quocum literarum commercia habebat, & quo imperante, ſupremum diem obiit. Praeter ſcripta, quae commemoravimus, vulgavit *Contemplationes Chriſtianas ad Franciſcum I.* (Roboreum) *de Septuaginta ſeptem mirabilibus &c.* & *Quaeſtiones de natura Angelica*, quod opus ceteris omnibus praeferri videtur. Exaraſſe quoque ipſum nonnulli affirmant

ſ. ultra

(1) *Vide Ughellium* Ital. Sacr. Tom. II. p. 822. Quod ad veritatem Benigni pertinet vide epiſtolam viri cl. Ferdinandi Foſſii, quam retulit in Ephemerides Florentinas an. 1790.

Dialogum, *an Judaeorum libri*, *quos Thalmud appellant*, *ſint potius ſupprimendi quam tenendi & ſervandi*; *Vexillum Chriſtianae Victoriae*, *Sermonem de Aſſumptione* B. M. V. *Defenſionem pro Jo. Reuchlino Apolog. pro D. Franc. M. Roboreo an.* 1507. *Commentaria in Quatuor libros Sententiarum*, & alia hujusmodi. Nos in Laurentii Medicei vita pauca quaedam ad ipſum pertinentia attulimus, ad quem locum, ut & ad librum, quem Antonius Saſſolinius Florentinus *de Illuminata Conſcientia* inſcripſit vulgavitque Florentiae an. 1512. ſtudioſos Benigni delegamus.

Bartholomaeus ille Hiſpanus, quem poſt Georgium ſupra nominavimus, vel apud ſuos non admodum floruiſſe videtur opinione doctrinae, quod de eo nullam mentionem fecerint Dominicanarum rerum ſcriptores. Ampliſſimum ſane theologiae ſtudioſi (1) tribuerunt teſtimonium

(1) In nomine Domini an. 1492. die 6. Maii Piſis Magnifici &c. Sappiamo qoanto le V. M. ſono virtuoſi & amatori delle virtù & ſcientia, da quale procede ogni virtù, & per queſto quanto di diligentia adoperate per l'honore di queſto florido Studio, del quale non v'è maggiore in tutta l'Italia. Unde è coſtume delle V. M. di conducere doctiſſimi & eacellentisſimi doctori in ogni facultà. Pertanto notifichiamo a V. M. come in queſto Studio ſiano molti ſcholari, lí quali habbiamo deſiderio & neceſſario di havere cognitione della Sacra Theologia, la quale è fondamento della noſtra ſanta fede, e con quella, come ſapete. ſi eſtirpa ogni errore dalla mente delli mortali, e moſtraſi lo eammino per l'eterna felicità .... Pertanto grandamente ſopplichiamo & oriamo le V. M. che voglino provvedere d'uno huomo docto, & idoneo a leggere dicta Theologia, non oſtante ehe qoello che legge ora ſia dotto: tamen non è per ſatisfare a noi ſecondo el noſtro deſiderio, Intanto che niuno entra ad udire con lui, & ſe a caſo le V. M. non trovaſſero huomo idoneo a ſatisfare, coſtì noi abbiamo uno Magiſtro in Theologia, doctiſſimo in ogni facoltà, & maxime in epſa Thologia, il quale è nominato Magiſtro Gargano da Siena, &

doctrinae Gargani Senenſis Minoritae, de quo pauca eo loci dicemus, quo de philoſophiae magiſtris nobis agendum erit. Antequam enim regeret theologiae cathedram per octo ferme annos philoſophiam apud nos docuit, cum in utraque facultate excellere putaretur. Ipſe deceſsiſse creditur circiter annum 1523. cum eſſet ſexagenario major. Qui conſecuti ſunt Theologi, ſi Jacobum a Monte Falcone Auguſtinianum hominem excipias, qui vitam perduxit ad annum uſque 1527. & de quo ſuperius mentionem fecimus, neque magni, neque nobiles mihi fuiſſe videntur, ut eorum moleſtum eſſet vel annumerare nomina. Miraberis vero ex iis fuiſſe nonnullos, qui verſari inter homines quamdam divinationem, ſeu praeſenſionem & ſcientiam rerum futurarum putarent, in quo quidem magnam diſciplinae, quam profitebantur, injuriam faciebant, quaſi ad Dei vim natura mortalis poſſet unquam accedere. Extat & aliud theologiae genus, quae quod dux vitae, & magiſtra officiorum ſit, moralis appellatur, ſed huic ſerius in Academia locus datus eſt, ea de cauſſa puto, quod ubicumque eſſent homines unde illam diſcere ſtudioſi poterant. Ceterum neminem ignorare arbitror iis temporibus in more poſitum fuiſſe, ut a theologiae Magiſtris Sententiarum libri a Petro Lombardo editi praelegerentur. Sed cum in ſectas Theologi abiiſſent, earum binae praeſertim numerabantur, quarum altera S. Thomae, altera Scoti placita (ex illa erant Dominicani coenobitae, ex hac Minoritae) in Lombardo interpretando ſequebatur. Idem partium ſtudium apparebat etiam, cum

---

legge Fiſica extraordinaria, al quale ſe le V. M. cometteranno tal fatica, lui facilmente per voſtro amore & ſervitio, la vorrà acceptare, e ſarà proprio al caſo noſtro, perchè lo habbiamo provato & audito sì in leggere, sì in diſputare più fiate, & havere tempo aſſai e comodo a leggere queſte dua letioni, cioè una di Fiſica, l' altra di Theologia, come faceva Meſs. Oliviero nel tempo paſſato. Et noi tutti in teſtimonio di queſto ce ſiamo ſottoſcripti ec.

Digitized by Google

Theologi jubebantur metaphyſicas res explicare. Hae enim cum Theologicis ſic coujunctae putabantur, ut nemo ſine famae detrimento recuſare potuiſſet, quin utrique muneri eſſet ſatisfacturus. Quanquam autem metaphyſica locos graviſſimos contineat, in quibus illuminandis quis utilem & glorioſam operam ponere poteſt, eae tamen plerumque ferebantur & agitabantur quaeſtiones, quibus nihil ineptius erat, idque tantis clamoribus, qui facile cuivis rubores ejicere potuiſſent. Atque haec de theologis, qui ante renovatam a Coſmo I. Academiam huic operam ſuam praeſtiterunt, dixiſſe ſufficiat. Si quos vero ex iis commemoratione, aut laude dignos praeterii, hoc ignoratione factum arbitraberis. Quid enim eſt ſuperiorum aetatum quod ſcribi poſſit de iis, de quibus nulla monumenta loquuntur nec aliorum, nec ipſorum? Juriſconſultos, qui dignitate iis proximi erant, nunc ordiamur.

CAPUT III.

De Juris prudentiae Magiſtris.

DOlendum ſane magni ingenii homines, qui iis temporibus juris prudentiam excolendam ſuſcepere, hujus rationibus dignitatique non ſatis conſuluiſſe. Vix enim deguſtatis dialecticae principiis, ceteris autem philoſophiae partibus ne a limine quidem ſalutatis, nulla Graecae, mediocri Latinae linguae intelligentia, nulla antiquitatis cognitione plerique eorum inſtructi ad eam praeſertim laudem adſpirabant, ut & in argumentando acuti, in reſpondendo non incauti, in interpretando callidi, & ſi vis etiam malitioſi, & quacunque de re ageretur, abunde loquaces eſſent, & quod palmarium videbatur, multarum legum non bene intellectarum principia uno ſpiritu citare, multorum interpretum nomina recenſere, multos verſus, multas paginas, multas columnas numerare poſſent. Unde ſi quis ex iis quaeſiiſſet, quibus ex fontibus manaſſent ampliſſima illa juris civilis flumina, quae toto orbe ſparſa atque diffuſa inveteratam quamdam barbariem ex hominum moribus diſciplinaque delevere, quid eſſet rationi, quid Romanorum inſtitutionibus & fortunae conſentaneum, qui horum eſſent ritus, quae caerimoniae, quae conſuetudines, qui magiſtratus, quae judicia, quae adſcita atque accerſita ab exteris nationibus, & quae philoſophiae ſemina in ipſis legibus ſparſa eſſent, homines, vel loquaciſſimos, obmuteſcere coegiſſet. Hinc factum, ut ante Alciati & Budaei atque Cujacii tempora (omnes cultioris juris prudentiae inſtauratores nominaſſe

vide-

videbor, cum unum Cujacium nominavero) per quadringentos ferme annos vel ii juriſconſulti, qui omnium peritiſſimi habebantur, quorumque auctoritate & fama artis, quam profitebantur, dignitas, non ſecus ac caelum Atlantis humeris, ſuſtineri videbatur, multa ſaepe pro veris falſa docerent, refercirent libros ſuos alieniſſimis quaeſtionibus, non ſervarent ordinem & modum rerum, quo nihil in ſcriptis, ut in omni ratione vitae pulchrius; & cum Latine loqui neſcirent, novum quoddam & monſtroſum ſibi confingerent loquendi genus, ut ſi veteres illi Paulli, & Ulpiani & Papiniani & ceteri juris antiſtites reviviſcerent, multis interpretibus iis opus futurum eſſet ad eos, qui ſcripta ſua interpretati ſunt, intelligendos. Nihilo tamen minus is iniquus eſſet, qui ſingularis ingenii acuminis laudem illorum temporum celebrioribus juriſconſultis denegaret, & miraberis fieri interdum potuisse, homines ejus Reipublicae ignaros, cujus leges & jura tractabant, tanquam in illuni nocte ſine lumine errantes, multa tamen videre potuiſſe, quae in jure aequa eſſent, & peracute tractaſſe. Ad cetera incommoda illud accedebat ex prava quadam ambitione, ut indecorum putarent cuiquam aſſentiri, ac tum demum ſibi pulchri ac beati videbantur, ſi ſuperiorum placita labefactare ac ſubvertere, ipſi autem aliquid, quod nemo ante ſe dixiſſet, adferre potuiſſent, quaſi clavum clavo, ſic opinionem opinione trudentes. Ex quo fiebat, ut cum receptum ſit in rebus judicandis communem interpretum ſententiam ſequendam eſſe, tanta interdum eſſet illorum diſcrepantia ac varietas, ut ſaepe dubitaretur quid pro certo eſſet habendum. Scitum autem eſt, quod ait Plato, ſemper inter ſe conſentire eos, qui aliquid ſciunt. Nihilo tamen minus hac ſcientia, etſi tot habebat incommoda, ſic gaudebant gloriabanturque homines, ut per eam fere in caeleſtium concilio ſe collocari poſſe ſperarent, ab ipſa celebritatem maxime Academiae habebant, huic praeſertim dabant operam, qui ad illas concurrebant, eamdem profitentibus amplissima dabantur praemia, cum ceterarum diſciplinarum cultores tenui mercede plerumque docere cogerentur; ac tanti faciebant civitatum, regnorumque rectores, ut a juriſconſultis praeſertim conſilia pete-

te-

terent, eorumque opera in publicis privatiſque rebus uterentur. Scriptum inveni quaeſiiſſe aliquando Laurentium Mediceum a ſapientiſſimo homine cur in omnibus Italicis Academiis multo majori impendio conducerentur Juriſconſulti, quam theologiae, medicinae & philoſophiae Doctores, reſpondiſſeque illum, quia homines minus moventur conſcientia, quam fortunae bonis, & quia divitiis magis quam valetudini, corpori magis quam animo conſulendum putant. Nunc in ea devenimus tempora, tanta eſt rerum varietas, quibus etſi juris prudentia, non auderet in publicum prodire, niſi eſſet multis comitata diſciplinis, non plurimum tamen emolumenti faciat illius magiſtris (vide me non loqui de iis, qui ipſam in foro exercent, quibuſque ampliſſimae nunc etiam propoſitae ſunt fortunae) & Academiae cauſſam habeant celebritatis & nominis ab iis maxime, qui phyſica & mathematica ſtudia provehere putantur.

Sane non mediocris laus fuit juris prudentiae, ut ad ſuperiores aetates redeamus, quod per eam, extincto non ſolum lumine Latinarum & Graecarum litterarum, ſed & omnis liberalis artis, atque diſciplinae, &, quod potis eſt, juris atque aequitatis, quae vincula ſunt civitatum, coeperunt homines in ea inquirere, quae ſcita erant in Romanorum inſtitutis ac legibus. Tum quoque in pretio eſſe coeperunt quae juſſerant Romani Pontifices, qui etſi plura ad propriam utilitatem referrent, aequum tamen & bonum ſequebantur, & pro aequitate contra potentiorum vim & libidinem judicia pronuntiabant. Eorum leges & reſponſa in unum veluti corpus redacta quantum fieri poterat (aliae enim conſuetudines, alia religio, alii magiſtratus, alia judicia erant) cum Romanorum legibus congruebant, & ad eas exponendas interpretandaſque plures ſurrexerunt Juriſconſulti, qui licet Chriſtianarum antiquitatum, & fontium illorum, unde omne jus manare debet, notitia haud eſſent inſtructi, ſatis tamen intelligebant quantae ſalutis, quantaeque utilitatis eſſet, ut illae dominarentur in Chriſtiana Republica, bene noſcerentur ab omnibus, & ad illas judicia dirigerentur. His Pontificii juris Magiſtris abundabant omnes Academiae, & quamvis

Digitized by Google

cum iis non ſic liberaliter ageretur, ut agebatur cum juris Romani interpretibus, hos tamen honore anteibant. Saepe etiam accidebat, propterea quod omnis doctrina juris communi quodam vinculo contineri putabatur, ut Magiſtri a juris Pontificii cathedra ad illam Romani, & viciſſim traducerentur, idque curare unum videbantur Academiae Praefecti, ut in urbe Piſis, quae quondam floruerat ſummis juris prudentiae doctoribus, remaneret hujus diſciplinae domicilium, cui vacarent cives & peregrini, capti quodammodo ipſius Academiae & urbis auctoritate & nomine. Magiſtris tum ordinariis, tum extraordinariis ſua aſſignata erat materia pro gradus & temporis modo, nec illis licebat vagari latius. Non deſunt exempla eorum, qui cum alliciendae juventutis ſtudio ad aliena excurriſſent, vel declinandae difficultatis gratia ſua decurtaſſent, graviter admoniti, interdum etiam pecunia mulctati, ad officium penſumque ſuum redire coacti ſunt. Res vero tota quadriennio conficiebatur; illiuſque hic erat ordo, qui ordo a Philippo Decio ſcite & litterate perſcriptus fuit, confirmatuſque poſtea Principis auctoritate eo in Statutorum capite, quod eſt *de libris legendis in quacumque facultate*.

Ordinarii Juris Canonici de Mane.

I. Anno, de Conſtitutionibus uſque ad titulum de officio delegati.
II. De Probationibus uſque ad finem libri.
III. De officio & poteſtate Judicis delegati uſque ad finem libri. De Jure patronatus.
IV. De Judiciis uſque ad titulum de probationibus, de praeſcriptionibus, de ſimonia, & ſi placebit denuo leget de praeſcritionibus.

Ordinarii Juris Canonici de Sero.

I. Anno, de Praebendis & Dignitatibus uſque ad titulum de Teſtamentis.
II. De Teſtamentis uſque ad tit. de Sponſalibus.

III. De Sponſalibus uſque ad tit. de Accuſationibus.
IV. De Accuſationibus uſque ad finem libri.

Anno 1614. legi eſt coeptus titulus de Sententia excommunicationis loco illius, qui eſt de Accuſationibus.

Extraordinarii Juris Canonici de Mane.

Omni tempore legant Decretum, prout a ſeniori ex Collegiis ante vacationes publicatum fuerit.

Extraordinarii Juris Canonici de Sero.

I. Anno, de Judiciis in Clementinis.
II. De Conſtitutionibus in Sexto.
III. De Probationibus in Clementinis.
IV. De officio & poteſtate Judicis delegati, de Jure patronatus.

Ordinarii Juris Civilis de Mane.

I. Anno, de officio ejus, cui mandata eſt jurisdictio ff. vet.
II. Tit. Cod. qui admitti cum materiis illius ſecundae partis.
III. Tit. Digeſt. Si certum petatur cum ſequentibus in illa parte.
IV. Tit. Cod. de edendo, & materias ut ſupra proſequantur.

Ordinarii Juris Civilis de Sero.

I. Anno. Tit. Digeſt. novi de oper. novi nunciatione.
II. Tit. de Legatis primo cum ſequentibus materiis.
III. De verborum obligationibus.
IV. Titulum Infortiat. ſoluto matrimonio.

Extraordinarii Juris Civilis de Sero.

I. Anno de acquirenda poſſeſſione.
II. De conditionibus & demonſtrationibus.
III. De fidejuſſoribus & mandatoribus.
IV. De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

Erant quoque Inſtitutionum Doctores tum matutini, tum veſperti-ni, quorum munus erat explicare hos libros.

I. Anno Dig. de uſufructu.
II. De bonorum poſſeſſionibus.
III. De obligationibus.
IV. De teſtamentis.

Demum an. 1613. prudenti ſane conſilio ſtatutum eſt, ut unius anni ſpatio exponerentur quatuor Juſtiniani Imperatoris Inſtitutionum libri, qui mos etiam nunc tenet.

CAPUT IV.

De Gratiani Decreti Interpretibus.

De Gratiani Decreto quod principio Academiae Praefectis minime curae fuerat, poſtulantibus juris Pontificii ſtudioſis, ac praeſertim Hiſpanis (1) illius interpretandi onus Mariano de Vecchiano (hoc nomen Piſani agri oppido) qui primum honoris gradum inter Canonicos Piſanos tenebat (Archipresbyterum vocant) an. 1476. impoſitum eſt. Diſcipulis ipſis nihil gratius. Conſtabat enim inter omnes illum eſſe prudentiſſimum, ejuſque vita plane congruebat cum ea diſciplina, quam ex ſuperiori loco docendam ſuſceperat. Non mediocrem etiam famam ex judiciis collegerat, cum multi illo arbitro uterentur, & vicarius fuiſſet in gubernanda Piſana Dioeceſi Archiepiſcoporum Philippi Medicei

(1) *His verbis ſcribebat Franciſcus de Maximis Rector Academiae ad hujus Praefectos.* Richiede il noſtro debito ſignificare a V. M. quelle coſe le quali riguardano l'honore & la conſervatione di queſto Studio, & la utilità de li ſcolari. Il perchè vi adviſiamo che vi piaccia provvedere de la lectione del Decreto, la quale non habbiamo, & per i Canoniſti è neceſſaria, & la domandano li ſcolari, & praeſertim molti nobiliſti Spagnuoli, che ſono cortigiani. Et hanno ragione, perchè in tutti gli altri Studj ſi legge, & in queſto che è nuovo e famoſo non ſi debbe laſciare.

Digitized by Google

& Franciſci Salviati. Ad totum uſque annum 1484. quo vitam finivit, in ſuo magiſterio, quamvis tenuiſſimum illi XXX. florenorum ſtipendium penderetur, perſeveravit, tumque ſolus Gratianei Decreti cathedram rexit Dominicus Bartholomaei Bettinii Pratenſis F. qui antea collega ei datus fuerat, quique laudem ingenii et doctrinae a Bartholomaeo Soccinio, parciſſimo ſane laudatore, obtinuerat (1). Sed cum hoc quoque minime liberaliter actum eſt (2), quanquam ex litteris famulorum Academiae conjecturam facere potui fuiſſe illum diligentiſſimum in exequendis iis, quae ſui muneris eſſent. Nihilo tamen minus ipſe quoque conſtanter ſe ſe geſſit, cumque incurriſſet in illum memorabilem annum, quo Piſani a Florentinis deſcivere, defectionis indicia oſtendit, et periculorum ſigna patefecit. Doluit in eam fortunam deveniſſe Academiam, ut omnibus pene ornamentis ſpoliata fuerit, ſed il-

---

(1) *In haec verba ſcribebat Soccinius ad Academiae Praefectos.* Quando eleggiate Meſſ. Domenico ſarà octima electione. E ſappino le S. V. che alcuna volta li ingegni e le virtù non ſi dimoſtrano per non eſſere exercitate. Lui è di buona dottrina, intende bene, & a buoniſſimo ingegno, in modo mi rendo certiſſimo ſarà optima prova di lui.

(2) *Satis id ejus litterae declarant.* Magnifici Officiales. Dal voſtro Provveditore Bernardo Pulci ho inteſo come novamente le humanità voſtre per anni tre me hanno conducto alla mia uſata lectione per fiorini 30. l'anno intendendoſi ne' tre uno a beneplacito, di che ſommamente ringrazio ciaſcuno di voi, a' quali ſempre ſarò obligatiſſimo, nè fu mia intentione renuntiare alla prima condotta, ma ſolo l'eſſere ſtato in queſto Studio già 21. anni, & fra queſti lecto ſei per fiorini 25., mi pareva conveniente, che almanco doveſſi eſſer simile di chi dopo di me tre è quattro anni ha preſo il grado del Dottorato. Per tanto accepto liberamente la voſtra condocta, eſſendo ſempre in queſta & in ogni altra coſa a piaceri voſtri diſpoſto.... Piſis 28. Luglio 1484.

Digitized by Google

ſi fidelitas erga ipſam non defuit, voluitque ſe illi videri potius religione et pietate, quam praemio et emolumento eſſe obſtrictum. Quanquam non ſatis conſtet quo anno vitam finierit, ejus tamen, ut Decreti Doctoris facta mentio invenitur an. 1526. multiſque conjecturis ad ſuſpicandum ducor poſt illius mortem minime de Gratiani Decreto Patres fuiſſe ſollicitos, licet hujus cathedrae tantum honoris tribueretur, ut ipſa ſecundum poſt theologiam locum occuparet.

At qui illam rexere, non utebantur certe ſubſidio reconditioris eruditionis & critices, ut quaererent quae eſſent in Gratiano ejuſque interpretibus apocrypha, quae dubia, quae male compacta, quae exaggerata, quid fieri melius & verius potuiſſet, quid eſſet ad tempora accommodatum, quid retineri, quid rejici deceret. Sane nunc neminem ferremus, qui haec non videret & doceret, non tam juris Pontificii, quam multarum artium ſcientia, quaſi alieno artificio ſuſtentatus. In univerſo jure ſi quid ambigebatur inter peritiſſimos, non erat difficile Magiſtris illius ſententiae quamcumque defenderent, auctorem aliquem invenire, tantumque tribuebatur veteribus interpretibus, vel ſicuti ii vocabantur Gloſſatoribus, ut quae ex illorum commentariis, quamvis in iis multa ſcripta ſint a recta ratione aliena, proferebantur, diſputationem omnem tollere viderentur. Sed veniamus ad ceteros juris Pontificii Doctores, de quibus multis difficile eſt plus intelligere, quam quantum ex monumentis Academiae ſuſpicari licet. Si qui vero erunt, quos vetuſtas plane oblivione obruerit, id indicio eſſe poterit ingenio & doctrina illos non admodum valuiſſe, ac propterea non ſatis dignos, ut in illorum factis perſcrutandis operam & tempus conſumamus.

Digitized by Google

CAPUT V.

De ceteris Juris Pontificii Magiſtris.

HAud dubitari debet, quin in tradendo Pontificio jure praeſtiterint omnibus Bartholomaeus Soccinius, et Philippus Decius, homines in diſputando ſubtiliſſimi, et in meditando atque agendo vehementes atque incenſi. Sed quia hi jus ipſum Pontificium ad breve, ad longum vero tempus jus Caeſareum apud nos docuere, eorum vitae narrationem alium in locum rejiciendam putamus. Bini ex Bononia urbe, quae ſemper habita eſt ſtudiorum mater, Piſas, cum primum renovata eſt Academia, vocati ſunt ad tradendum jus Canonicum, quorum prudentiae multum ſane tribuebatur. Ii fuere Hieronymus Zanettinius, et Florianus Dulſius. Ille alter florebat antiquitate generis, gloria majorum, et ſua doctrina atque virtute, ex quo fiebat, ut conſuleretur plurimum, cauſſas multas ageret in foro, et clientes ſuos non conſilio modo et lingua, ſed auctoritate etiam et gratia ſublevaret. Adlectus eſt quoque in Collegium Judicum tum civilium, tum canoniſtarum, et nulla res tanta erat, quae ejus prudentiae atque induſtriae recte non committi poſſe videretur. Erat omnino tum mos, ut in multis aliis rebus melior, ſic in hoc ipſo humanior, ut homines faciles eſſent in ſuum cuique tribuendo. Verum non tam liberale ſtipendium D. ferme florenorum, quam famae cupiditas allexit illum ad operam locandam ſuam Academiae Piſanae, quae cum eſſet in tutela et praeſidio Laurentii Medicei, ceteras omnes gloria ſuperatura videbatur. Sexennium et am-

pl

plius fuit in ea: nam ſemel iterumque conductus fuit, & conductiones ea plerumque conditione fiebant, ut Praefecti Academiae per biennium Doctoribus, hi vero per triennium Praefectis ipſis jurisjurandi vinculo, atque exiſtimationis periculo ſe obligarent. Redeunti in patriam munera, praeter illud publici Doctoris, quod & antea ſuſtinuerat, haud defuerunt, quae declarabant ſuorum civium erga ſe voluntatem & ſtudium. Ex eo vero conjici poteſt magnum apud nos prudentiae ſuae reliquiſſe deſiderium, quod anno 1488. vehementiſſime egerunt Florentini Patres de illo Piſas revocando, ſed quia mercede parem illum non faciebant cum Soccinio, cui ſe parem doctrina, ut erat aetate, putabat, minime patriam deſeruit (1). Ibi vitam VI. Id.

R

(1) Bartholomaeo Deo civi Florentino & Notario Officialium Studii Hieronymus Zanettinus de Bononia. Egregie vir &c. Jer ſera per lo banco de Zanchini ricevetti una voſtra a me grata lettera, per la quale inteſi come voi eri ſtato con li Officiali dello Studio di Piſa, & avevi ragionato de la mia condocta a ragione canonica, o a ragione civile, e che li decti Officiali avriano grato che io là veniſſi per lo bono portamento feci quando io leſſi a Piſa quando ſi cominciò lo Studio, e che ſubito ſerviva una lettera concluſiva ſenza multiplicatione di altre lettere per reſpecto che ſi aproſſima il tempo di leggere, quale ſaria la mia intentione del ſalario che vorria. Avviſove che io volentieri veneria, quando poſſa venire con mio honore, & comodo, & inanzi che vegna a la concluſione del ſalario, io ve notifico che è anni 30. che io ho lecto le ordinarie lectioni continuatamente, cioè anni 20. in ragione canonica. & anni 10. in ragione civile, come ne potria rendervene certo Mes. Bartholomeo Sozino, che ſemo d'una caſarola & etate, e ſe ve notifico, che io quà al preſente ho lire 800. di Bolognini d'argento, e perchè ne voglio lire 1000. non voglio leggere a Bologna, e perchè ſi è ſaputo a Padova della mia intentione, lo Rectore dello Studio de Padova cum certi Deputati me hanno ſcritto, che ſe io voglio andare leggere là la mattina a ragione civile a concurentia d'uno Meſſ. Jaſon, me daranno lire 1800. di Bolognini, e forſe 2000.

Aprilis an. 1493. finivit, & in ſepulcri monumento, quod habuit in S. Dominici Aede, Comes & Eques Pontificius appellatus eſt. Plura ipſe edidit, ex quibus commemorantur in primis libri *de differentiis inter jus civile & canonicum*, *de foro conſcientiae & contentioſo*, & *de Indulgentiis*.

Fuit iisdem temporibus, ut diximus, apud nos Pontificii juris Doctor Florianus Dulſius Lucae, & Joannae Grugnenſis F., qui nobili genere Bononiae natus sua virtute decus & ornamenrum familiae auxit. Vel a prima aetate dedit ſigna pudoris & ingenii, & cum ſtuduiſſet juris prudentiae, in ea ſic profecit, ut adoleſcens illius publice in patria docendae munus ſuſceperit. Igitur haud dubium erat, qui, quantuſque vir eſſet, cum Laurentius Mediceus ipſum cum mercede florenorum CCXXXV. Piſas vocavit. Nec legum modo peritus, ſed

---

Lo quale Studio è degno Studio, ſecondo che io intendo, e ci è aſſai competente vivere. Ve notifico che quando venni a Piſa, quando ſi principiò lo Studio, fu promeſſo di fare exempti li Doctori & li Scolari; non ſi fè allora, & queſto dico che ſo che lo vivere lì è caro, & li affitti de le caſe ſono exceſſivi, ſicchè ſi ſpende aſſai denari, e ſe ve notifico quando io venni a Piſa in vectura de' libri & altre coſe neceſſarie, & in fare translatione di Studio in altri luoghi per la peſte ſpeſi più di ducati 100., & al preſente ho il doppio delle coſe. Per il che io concludo che io verria volentieri leggere a Piſa, perchè mi piace quella terra, e ſopra tutto è conforme alla mia natura, dummodo che io legeſſi cum honore. Io non ſo quello date a Meſſ. Bart. Sozino, & a li altri foreſtieri..... m'è detto date a Meſ. Bartolomeo Sozino ducati 900. e da lì doi anni ducati 1000. Quando io ne aveſſi lì appreſſo veneria, dummodo aveſſi licentia da li miei Reggimenti, li quali ſpero di ritrovar pronti a darmela, attento, come vi hò detto, non voglio più leggere a Bologna &c. &c.

Ex Bononia die 7. Octob. 1488.

Digitized by Google

& doctus ex diſciplina Peripateticorum, & non indiſertus eſſe putabatur (1). Quamdiu apud nos fuerit non ſatis conſtare videtur. Conſtat quidem in eodem induſtriam & fidem ſummam fuiſſe maximamque gratiam, tantumque illi tribuiſſe Franciſcum IV. Mantuanorum Ducem, ut cum ipſum legiſſet in numerum eorum, qui ſibi a conſiliis erant, non modo civitate, ſed & cognomine & ſtemmate Gonzagorum proprio donaverit. Neque minus apud ſuos honoratus fuit, & ex iis, quae adverſus Valentinum Ducem & Julium II. Pontificem ſcripſit, conjici poteſt quantae ſibi curae eſſet non patriae ſolum, ſed & univerſae Chriſtianae reipublicae ſalus atque dignitas. Nemo ignorat quam impotens, contumelioſus, & iracundus eſſet Pontifex ille, quare minime eſt mirandum ſi tantum irae indulſit in reprehendendo Dulſio, qui illum hortatus erat, ut cupiditates ambitioneſque ſummae dignitatis ſeveriſſimis poenis coerceret, ut ſummam corporis deformitatem illi objicere minime dubitaverit (2). Dulſius quidem, ut omnem a ſe ſimoniae, qua nihil erat iis temporibus frequentius, ſuſpicionem amoveret, cum dignitatis gradum aſcendere inter S. Petronii canonicos concupiviſſet (Decanatum vocant), huic ſacerdotio dotem ex proprio aere aſſignavit, eoque omnium primus decoratus eſt. Homo integer, quique habitus eſt non ſapiens modo interpres, ſed etiam fidelis cultor legum

(1) *Nicolaus Burtius Parmenſis in perraro libro, quem inſcripſit* Bononia illuſtrata *edito an. 1494. in hac ipſa urbe, quam de ſe loquentem inducit, haec de Floriano Dulſio ait.* Sic Florianus Dulſus triplici ſcientiarum gradu jugatus, nec laboribus, nec vigiliis parcens, me ſed & ſuis limitationibus conſiliiſque jura interpretando non deſinit illuſtrare, quin immo & aedificiorum ſuperbia decorare. *Vide quae de eo ſupra pag.* 102. *retulit Paſquinus Academiae famulus, ex quibus conjici poteſt minime illius ſcholam floruiſſe diſcipulorum nobilitate.*

(2) *Vid.* Repet. Petr. Andr. Gammar. in Extrav. Julii II. de Simon. Pap. Elect. in VI. Repet. vol. Edit. Junctarum an. 1587. p. 42. &c.

quas Deus & Eccleſia humano generi dedere, obiit Bononiae anno 1506. cumque ſepulcri monumentum a fratribus, cum quibus vixerat conjunctiſſime, obtinuiſſet in Aede S. Servatoris, cineri ejus atque oſſibus dolorem quodammodo inuſſiſſe illi mihi videntur, qui loco ipſum moverunt.

In optimis juris Pontificii interpretibus numerabatur quoque Albertus Bellius Peruſinus, qui poſtquam patriae lumen ingenii & conſilii ſui oſtenderat, vocatus eſt ad hanc noſtram Academiam an. 1473. cum ſtipendio CC. Florenorum. Hanc anno poſt deſeruit non ſine magno diſcipulorum dolore, qui in illius doctrina & induſtria plane acquieſcebant (1) cedens Ferrarienſium precibus, a quibus majora ſibi proponebantur praemia. Habitus eſt ſane ſubtilis diſputator, nec juris canonici ſolum, ſed etiam civilis peritiſſimus, ut ex ejus ſcriptis ſumi interdum ſoleret auctoritas ad leges explicandas. Laudaverunt etiam Marcus Antonius Peregrinius & alii quae ipſe de Fideicommiſſis ſcripſit, quorum in diſputationem cum multa ſubtiliſſima incurrant, neceſſe eſt eum, qui haec tractat, plurimum verſatum eſſe in cauſſis, & in reconditioribus juris prudentiae penetralibus. Vixit omnibus, ſed praeſertim

(1) *De eo haec retulerunt diſcipuli ipſi ad Gymnaſii Praefectos, litteris datis poſtr. Kal. Junii* 1474. La nuova pubblicazione del Rotulo fatta per comandamento delle V. S. ne ha data inquietudine & admiratione, perchè ci pare che la Facultà di Ragion Canonica ſia laſſata molto denudata, & tutta la graſcia ſia data a Ragion Civile. Eſſendo levato Meſſ. Bartolomeo Suzaino, el quale è doctore di fama, & oltra di queſto Meſſ. Alberto Bello da Perugia, el quale advenga non ſia di ſimil fama, è nondimeno doctiſſimo, maxime in jure Canonico, & ſtudioſo, & in lui & in ſua doctrina avemo devotione non piccola, & in queſt' anno ſi è affatigato, & facto boniſſimo paragone di ſe. *Extant apud nos Caponſacchii litterae ad Laurentium Mediceum, quibus queri videtur de diſcipulis, quod ad Bellium, tanquam ad ſaxum, adhaereſcere viderentur.*

Ferrarienſibus ſuis cariſſimus, apud quos ſupremum diem obiit VII. Kal. Martias 1482. Gratus erga illius urbis Canonicorum collegium, in quod fuerat cooptatus, legavit eidem ſua ſcripta, ſuamque bibliothecam, quae multorum eſſe nummorum putabatur.

Nolo quis putet Academiae Praefectos coactos ſemper fuiſſe in alienis terris inquirere, quasi in Etruria deeſſent, qui juris prudentiam docerent. Nam cum haec ſcientia ſummo ſemper apud nos quoque in honore fuiſſet, nobiliores praeſertim Florentini eidem ſic operam dabant, ut per eam familiarum dignitatem maxime ſuſtineri & augeri arbitrarentur. Ex his Donati Cocchii domus totius civitatis oraculum eſſe videbatur, cum eo cives ſui uterentur non modo ad reſpondendum, ad agendum & ad judicandum, ſed etiam ad publicas res adminiſtrandas. Quapropter de eo ſic cecinit Franciſcus Verinus:

Quantum Sulpitio debent civilia jura,
Et quantum, Muti Scevola docte, tibi,
Tantum Donato Cochio debere fatentur;
Civilis vere juris amator eras.
Tu quoque philosophos noras, & Curia ſemper
Conſilio in dubiis caſibus uſa tuo eſt.

Is cum plures ſuſcepiſſet liberos, Antonium ſic inſtituendum curavit, ut eodem ferme tempore, quo laurea decoratus eſt, dignus habitus fuerit, qui jus Pontificium in hac noſtra Academia interpretaretur. Accidit id autumno anni 1473. & qui primum extraordinariam cathedram tenui florenorum LXXX. ſtipendio rexit, non multo poſt praefectus eſt ordinariae cum quadruplo & amplius majori mercede, quod ſignum eſt cumulate ipſum ſatisfeciſſe tum iis, qui gubernabant, tum iis, qui frequentabant Academiam. Ejus opera ſaepe etiam uſus eſt Franciſcus Salviatus Piſanorum Antiſtes; & quo tempore ille praeſenti morte poenas ſtultitiae ſuae dependit Reipublicae Florentinae, Cocchius Piſani Capituli Vicarius omnium ſuffragiis electus eſt: tum enim

Digitized by Google

Eccleſiae militabat. Semel atque iterum Philippo Decio, qui Profeſſorum malleus appellabatur, competitor datus, Academicarum concertationum decus injurioſis ſchematibus minuit, quam ob rem a Florentinis Gymnaſiarchis vehementer reprehenſus eſt. Nihilo tamen minus multum illius prudentiae tribuebatur, & Florentiae Conſulentis officio functus eſt, & ſaepe adhibitus ad probandam illorum doctrinam, qui hujus praemia & inſignia poſtulabant, quorum in numero aliquando fuit illud ingeniorum prodigium Angelus Politianus. Miſſus eſt etiam ad dirimendas lites, quae finium regundorum cauſſa fuere inter oppida Bargae & Gragniani; nec jam recuſabat, ſed quodammodo poſtulabat, ut quotidianis muneribus extraordinaria adderentur, cum ei in agendo nunquam induſtria deeſſet, ut & in conficiendo celeritas, atque in providendo conſilium. Nullum quod ſciam ingenii illius opus extat. ~~Ejus nomen ultra annum 1490. in Doctorum albo minime apparet~~, quo tempore florenorum CCCCL. illi merces pendebatur.

ante? Obiit 18. Septembris an. 1491.

Baptiſta Nellius Florentinus patrem habuit Bartholomaeum, cui cum commiſſi fuiſſent plures in libera civitate magiſtratus, ejus dignitatem & decus optime ſuſtinuiſſe a Florentinarum rerum ſcriptoribus narratur. Ipſe autem Baptiſta accitus eſt ad Academiam Piſanam, ut in ea jus Pontificium interpretaretur, ſtatim ac de illa renovanda Florentini deliberarunt. Non mediocrem de illius doctrina fuiſſe opinionem teſtificatus eſt Marianus Soccinius (1) & ex eo quoque conjici poteſt, quod Florentini Patres, ut gloriam adquirerent renovatae Academiae, in eligendis magiſtris juris prudentiae, cujus ſtudia tum ubique adeo vigebant, ut nulla vehementius colerentur, nihil gratiae, omnia doctrinae concedebant. Nihilo tamen minus non admodum liberaliter cum ipſo egerunt, utque augerent largitatem muneris, ſuorumque civium, ſicuti alienigenarum, rationem haberent, vehementer ab

(1) Conſ. vol. 1. Conſ. 150.

Digitized by Google

ipſis poſtulavit (1). Et eo quidem loquebatur confidentius de ſtudiis ſuis, quod ejus diſputationibus auditor aliquando acceſſerat Laurentius Mediceus.

Inter illuſtres diſcipulos, qui ex illius ſchola prodierunt, nu-

---

(1) Spectabiles Domini. Queſta per ricordare a V. S. come nel preſente anno finiſce la mia condotta. Se non m' haveſſi facto così honore, come forſe ſi conveniva al mio piccol ingegno & a le mie piccol facoltà, non ho potuto far più, havendo piccol ſalario, & havendo tale concorrente di ſalario grandiſſimo riſpecto a quello ho havoto io. Nientedimeno credo havere facto el mio debito come lui cum el grande, come V. S. potranno havere informatione. Il perchè havrei caro intendere quello V. S. intendono fare di me nello anno futuro, e ſe parrà a V. S. ricondurmi, ſono ſempre parato a ubidienza. Ma bene prego quanto ſo e poſſo V. S. ſe degnino farmi tale ſalario vi poſſa fare più honore, imperocchè a queſto ſalario non è poſſibile ci reſti a le ſpeſe che ci ſono, che ne li anni paſſati ci ho meſſo del mio, & indibitatomi, che quà non ci hò ne' poderi, ne' caſe. Sono povero, che quando fuſſi più habiente non ſono, non mi correrei a metterci del mio. Pertanro prego V. S. ſe degnino havermi per raccomandato, & non fare tanta diferenza da me a un foraſtiero: però mi poſſo rimaner quà foraſtiero non avendo nulla, e ſe farete voi, lo farete a uno voſtro cittadino e ſervitore, el quale ſempre ve ne reſterà obligato, & animaraſſi a fare honore a voi & a loi cum ogni ſua diligentia & opera. Non altro, ſe non che di nuovo infinite volte mi raccomando a V. S. e prego mi dieno queſt' avviſo di quello habbi a fare, acciò poſſi provvedere al facto mio.

Piſis die XX. Aprilis 1477.

Servitor
Baptiſta de Nellis Florent.
Iuris Utriuſque Doctor.

meratur Franciſcus ille Nellius Joannis F. & Stephani N. qui an. 1495. cum eſſet ipſe in flore juventae, ad Academiam vocatus eſt. Is primum jus Caeſareum, mox Pontificium explicavit, & iis calamitoſiſſimis temporibus, quibus vagari coacta eſt Academia, nunquam ipſam deſeruit, quamvis illi non admodum magnum penderetur ſtipendium. Tandem cum eadem Florentiae conquieviſſet, Nellius rationibus ſuis conſuluit cauſſas agens in foro, e quibus famam & divitias ſibi comparavit. Vixit ad ſummam ſenectutem, nec dubitabo in laudibus illius ponere, quod amicitia conjunctiſſimus erat cum Nicolao Machiavellio: nam ex hoc conjici poteſt in eo rerum fuiſſe ſcientiam civilium, et earum, quae ad litteras pertinent, in quibus praeter ceteros excellere Machiavellius putabatur.

Baptiſtae Nellii aequalis et competitor fuit Jo. Franciſcus de Caponſacchis, familia tum Florentiae, tum Aretii clara natus, qui cum adoleſcens ſtudiorum cauſſa in Academia Bononienſi quadriennium et amplius manſiſſet, et ſecum ipſe cogitaret ecquodnam curriculum aliquando eſſet habitura ſua ſingularis induſtria, quam in juris prudentiam praeſertim contulerat, plurimum laetatus eſt oblatam ſibi occaſionem a ſuis civibus fuiſſe illius diſciplinae profitendae in renovata tum primum Academia Piſana. Quanquam aetate pluribus magiſtris concederet, doctrina tamen par eſſe poterat vel iis, qui tum praeſtantes putabantur. Accedebat ad prudentiam non vitae ſolum atque naturae, ſed orationis etiam comitas, atque vocis ſuavitas, quare cum ipſum audirent diſcipuli, non modo contenti erant, ſed meliorem non quaerebant. Diximus jam quam inquinate loquerentur illorum temporum juriſconſulti, quapropter ſi quis inventus eſt, in quo eſſet latine loquendi accurata, et ſine moleſtia diligens elegantia, ipſum ſummis efferendum eſſe laudibus arbitramur. Extant epiſtolae Joannis Staiti Siculi, Academiae, ut appellabatur, Vice-Rectoris ad Florentinos Patres, quas, propterea quia declarant diſcipulorum deſiderium, ut Caponſacchio magiſterii tempus prorogaretur, et qui eſſent illius mores, natura atque doctrina,

na,

na , infra exſcribendas putamus (1). Quamdiu docuerit, et quamdiu vitam produxerit, quia non ſatis compertum habemus, in medio relinquemus.

S

---

(1) Magnifici viri, Patres optimi. Non eſtis neſcii & re ipſa compertum habetis naturam variis dotibus humanum genus exornaſſe. Alii enim quadam animi acie & ingenii ſubtilitate praefulgent, alii linguae elegantia, alii corporis venuſtate, alii morum excellentia vel alio ejusdem muneris genere. Quae rerum varietas uti omnibus mortalibus, ita in doctoribus, quos ad hunc locum lecturos conduxiſtis, reperitur. Inter eos equidem totius fere Univerſitatis judicio Jo. Franciſcus de Canpoſacchis, qui Etruſco ſanguine & veſtrae civitatis antiqua nobilitate cenſetur, quadam ingenii facilitate & linguae ornatu praeſertim inter juniores doctores, doctrina non vulgari & egregiis moribus & recta vivendi conſuetudine & praeclarus & eſt & habetur. Cujus legendi ſtudium ita his, qui jus Pontificium audiunt, perplacet, ut pejorem ſe ſe habituros vereantur. Nam ipſe lectiones ſuas ita quodam verborum lenocinio exornat, & ea pronuntiationis voluptate & dicendorum aptitudine ipſas auditoribus exponit, ut auditu jucundiſſimum ſit. Cujus lectionibus magnopere contenti, non ignorantes ipſum, hoc anno dumtaxat excepto, a vobis haud eſſe conductum, ad me venerunt rogaturi, ut ad M. V. ſcriberem, & ab eis ita accurate contenderem, ut in poſterum Jo. Franciſcum Canpoſacchum & magiſtrum & praeceptorem habituri ſint. Quos cum advenas ſcholares omnes eſſe animadverterem, quibus plurimum hoc veſtrum Studium honoris & emolumenti ſuſcipit, ſunt enim Januenſes, Senenſes & Hiſpani, quorum caput, qui omnium nomine verba effecit, Dominus Lazarus Malaſpina extitit Jo. Franciſci aſſiduus auditor, cujus ſtudio & familiae ſplendore & praelatura, & famulorum copia haec veſtra Academia non mediocri fama apud aliena Studia tollitur. Eorum precibus commotus, cum juſta petunt, & virtuti favendum ſit, & ad meum attineat officium hujus Univerſitatis utilitati providere, cum exploratum habeam Jo. Franciſcum pro aetate ſua legendi ſtudio ſatisfacere, & ipſum litterarum di-

Quod ea ſemper cura Praefectorum fuit, ut Academia ornaretur hominibus, quorum jam & nomen & honos inveteraverat ceteris Italicis Academiis, & hominum famae ac ſermonibus, ſatis liberaliter ad ſe ſe ii invitarunt Felinum Sandeum. *Origo mihi* (inquit de ſe ſuiſque Felinus ipſe) (1) *fuit caſualis ex Felina oppido Dioeceſis Regienſis* (eo enim exilii cauſſa venerat illius pater Antonius cum uxore Franciſca Areoſta) *origo vero utriuſque parentis ex Ferraria; avi autem paterni ex Venetiis, proavi & aliorum majorum ex Luca*. Ex tot patriis Ferrariam praesertim caram ille habuiſſe videtur, ac propterea multi illum Ferrarienſem dixere. Ibi etiam in juris prudentiae ſtudia, quae Patavii inchoaverat, diligentiſſime incubuit, & in collegium eorum, qui in principe Aede rebus divinis dant operam (quanquam id ſerius acciderit) adlectus eſt. Magnum ingenium illius, magnumque Pontificiarum rerum ſtudium, tum omnis liberalis & digna homine ſacris addicto

---

ſciplinis deditiſſimum eſſe, a Jo. Franciſco petii, an in futurum in legendi exercitatione verſari vellet. Quem eo genere vitae elaboraturum cognovi, ſi a M. V. haſce conditiones nanciſceretur, duorum aut trium annorum conductionem, ac Ordinarii nomen, uti Alberto Bello Peruſino ejus competitori dediſtis, ac item ſtipendii auctionem .... quo vitam exigere honeſte valeat. Hominis ingeniique rationem habendam eſſe puto, & lucri, quod ex magiſtratibus percepturus eſſet, quos abjicit vos ſecuturus, ac praeterea ſalarii, quod Alberto Bello concurrenti ſuo exhibetur. Quorum quantum intereſt, ab aliis cognoſcere poteritis. Quamobrem oro atque etiam oro M. V. ut auditoribus juris Canonici, qui hunc excupiunt habere praeceptorem, obtemperare velitis, quorum gratia tanta impenſa ex multis Italiae locis juriſconſultos optimos conduxiſtis.....

Piſis prid. Kal. Maias 1474.

(1) In cap. Rodulphus 31. de Reſcrip. n. 35.

ab eo percepta doctrina facile obtinuere, ut an. 1465. cum eſſet in flore juventae (natus enim erat an. 1444.) ipſi munus publice docendi jus canonicum in Ferrarienſi Lyceo demandaretur, in quo novem annos admirabili quadam laude verſatus eſt. Nam poſt illud tempus, ſuffragatore Bartholomaeo Soccinio (1) (quanquam non erat obſcura Laurentio Mediceo ejus doctrina) in Academiam Piſanam venit.

S 2

---

(1) *Id declarant plures Soccinii ipſius litterae. Ex iis una ad Laurentium Medicem haec habet.* Le conditioni de la conducta di Meſ. Philino ſona queſte. In prima fiorini 500. di bolognini 40. (*erant & Floreni, ut appellabantur Studii, qui conſtabant quatuor libris)* il fiorino, e più quello vi parrà quando ſara quì, item alla lectione della mattina in ragione canonicha, item che ſia di collegio, item ducati cento quando ſi partirà. *In alia epiſtola ad ipſum ait*: io ve lo raccomando, perchè è homo virtuoſo e merita eſſere ajutato. *Quia vero res differebatur, haec Felinus ad Soccinium ipſum ſcripſit*. Clariſſime vir. Miror non mediocriter, quod de conducta mea, quam in publica forma me habiturum propediem totiens ſcripſiſti, nihil penitus ſentiam, nec unquam ab Officialibus Studii minimum chyrographum acceperim. Quo fit, ut animus aliquantiſper fluctuet, non ex eo quod me a Ferrarienſi rotulo amotum vacuum iri dubitem; ſed quia imminente jam aliorum Studiorum reformatione, poſſem aliis ſtipendiis militiam quaerere, caſu, quo eorum, quae de me dicta ſint, vos (quod non credo) poeniteret. Ego enim tanti facio licentiam hanc ab excelſo Duce meo de alibi legendo obtentam, quanti maximum theſaurum. Libet omnes Italiae Academias, Deo auctore, temptare. Ad hoc animum non apponam, donec tuis intellexero an ſim ſtatu dubius. Vale Ferrariae, 1. Julii 1474. *Eodem menſe Julii litteras a Praefectis Academiae accepit, quibus certus fiebat de ſua conductione, quibusque inter cetera reſcripſit.* Omnia approbo & accepto ac ratiſſima habeo; praetereaque reſpectu temporis conductae huic a vobis praefixi; in quo ex parte obligo & ſolemniter me aſtringo ad legendum pro biennio & etiam triennio, ſi vobis viſum fuerit. Sed ex parte veſtra nolo, nec intendo vos ullo pacto teneri, aut obligatos eſſe ad me in ſervitio ve-

Exacto ibi triennio, quo primum definita illius conductio fuit, Ferrariam rediit (1), ſed facile fuit Laurentio Mediceo obtinere ab illius Civitatis Duce, ut Felinus redderetur Academiae Piſanae, quod & ſumme Felinus ipſe concupierat, lenocinante tanti hominis bonitate, & DCL. florenorum ſtipendio (2). Auctum poſtea & iſtud fuit, quod niſi obtinuiſſet, ſe ſibi conſulturum Felinus ipſe affirmavit. Ajebat enim hoc ſibi videri decorum, quod aliis liberaliores etiam mercedes pendebantur, & neceſſarium rationibus ſuis, quod multas perpeſſus erat domeſticas calamitates (3). Porro ſtudioſos audiendi ma-

---

ſtro amplius tenendum, quam vobis, ant ſucceſſoribus veſtris viſum fuerit. Quin immo nedum biennio finito, immo primo anno, & etiam ab hoc die in antea, ſemper ad beneplacitum veſtrum conductam meam eſſe volo, & licere vobis cum cauſa & ſine cauſa ex libro electorum pro libito voluntatum veſtrarum me deleri jubere. Valete. Ferrariae 29. Julii 1474. *Poſt id miſit in Etruriam Mathaeum Capellanum ſuum ad paranda ea, quae ſibi neceſſaria eſſe videbantur. Vel ante quam Piſas accederet, quejius eſt cum Laureatio Mediceo de Peruſinis Doctoribus, qui teataverant* di abreviarmi il triennio, dubitando che l'impreſa non reuſiſca.

(1) *Vide Felinum ipſum ad Cap.* Quoniam mult. in fide conſtitut.

(2) *De hac re vide Feliai ipſius epiſtolam ad Laurentium Mediceum, quae extat in Volumine II. hujus vitae pag. 86.*

(3) Magnificis ac preſtantiſſimis Dominis Officialibus Studii. Ho ricevuta una lettera dalle S. V. dove ſi contiene la conducta mia per 2. anni a voſtro beneplacito cum accreſcimento de L. fiorini di ſtudio. La quale ſe io non l'accetto, prego le S. V. mi habino excuſato; perchè non la poſſo acceptare, avendo dato ad altri intentione di leggere in altro Studio, in caso che io non habia lo accreſcimento di cento fiorini larghi dimandato alle S. V. di che eſſendo verificata la conditione per non lo havere, mi pare quanto a conſcientia eſſer ligato. Ben mi duole aſſai che la dimanda mia ſia ſtata riputata dalle S. V. fuori del dovere, veduto quanto la riſolutione voſtra è diſcrepante da quella. Et in vero chi non ſapeſſe le calamità mie potria non ſenza colore coſì giudicare. Ma Dio ſa che ſolo la neceſſità è

Digitized by Google

gna diligentia docebat, neque contentus a lege praeſcriptis exercitationibus, extraordinaria ſibi imponebat onera, ut nemo tam in docendo impiger, quam ille, eſſe judicaretur (1). Quare minime eſt mi-

ſtata caſone di farmi preterire la conſueta modeſtia: perchè havendo dopo la morte di tutti li miei (de li quali ne morio di peſte undici in pochi dì) & havendo per la guerra perduti li ricolti & arſa la villa, mi ritrovo più biſognoſo aſſai che mai io fuſſi. Di che per riſtorare li danni mei, & per riparare a li infortunj cumulati, mi fu forza abandonare l' Auditorato di Rota (di honore ſenza utile) e ricercare di accreſcere l'entrata ſaltem di 100. ducati. Perochè del ſtare a Piſa e ſtare in altri loghi a me offerti non era differenza, nè quanto a lo utile, nè quanto a l' honore, ma cum lo augmento sì; per lo quale non dimeno io pativa per lo avvenire a lo incontro non manco jactura, come per laſſare la poſſeſſione patrimoniale in mal governo. Et alterius perdevo la via & la ſperanza de havere beneſizj nel paeze noſtro, dove de dì in dì ſento eſſer beneficiati molti, li quali hanno aſſai manco mezi, che non harei io, e a queſti intereſſi non ſo quanto contraoperaſſi, over raguagliaſſe lo augmento da me deſiderato, il quale così mi parea potere meritare come il Sonaino mile, e Zoane Maria 900. fiorini, non havendo in queſto Stùdio men faticato degli altri, e volendovi ſervire tre anni, & etiam quattro come diſſi al Proveditore. Non potendo adunque con mio honore e con mio contento mutare propoſito, prego le S. V. che more ſolito me habino per excuſato, & per alieno da pertinacia, avaritia e ingratitudine, le quali non mi potria attribuire chi le predicte raxone (aſſai più dilatabili) ſenza alcuna paſſione conſideraſſe. Valete; Piſis XII. Martii 1485.

(1) *Extant plures illius litterae, quibus diligentiam ſuam Academiae Praefectis probavit. Quod vero tum in circulis dominarentur Soccinius & Decius, hones nimium litigioſi, concitique ad rixas, nec admodum valeret in ſubitis diſputationibus Felinus, iis intereſſe recuſabat. Harum rerum haec teſtimonia erunt.*

Magnifici Officiales. Ho inteſo la renovatione de' alcuni juſtiſſimi e ſanti ordini havete fatto in dare norma alle lectioni e doctori. Io non vorria che per

Digitized by Google

randum, ſi de ſe interdum confidentius loqueretur, quam ejus modeſti mores paterentur, quod hac etiam de cauſſa illi ignoſcendum puto,

lo ſpeſſo eſſere apuntato le fatiche e ſtenti miei andaſſero in fumo, perchè a tutti li capituli ſono ſtato e ſarò ubidientiſſimo, ſalvo che a uno . . . . cioè, dove volete che io ſtia dopo la lectione a conferire. E la ragione perche a queſto non voglio eſſer tenuto è che la lectione mia tutto l'anno ſempre è di due hore con l'oriolo in catedra, e mai ſe ne perde uno punto, e queſto è notorio. Depoi queſte due integre hore, nelle quali non dò in ſcriptis, io vi dono un altr' hora, nella quale dò in ſcriptis, & così ſtò in ſchola tre hore, & sò che quella terza hora è utile e grata agli auditori . . . Per la quale cagione pregovi mi vogliate exemptare da queſta obbligatione, la quale invero non ſi mette a li doctori in niuno Studio d'Italia, & maxime a legiſti e canoniſti, li quali quando vogliamo conferire, facciamo le diſputationi, o circuli previſti, non autem come li artiſti. Levandomi queſta obbligatione, lo accepto la condotta per l'altr'anno, ma non la levando, vedo che perderia la fatica per l'appuntatione, & non ſarei apto al biſogno voſtro: pertanto vi conforto & prego, che più toſto me laſſate andare & provvediate di un altro, perchè non è mia intentione morire in Piſa: & la lectione mia me dà tanta fatica, che Dio ſa mai non ho ripoſo, in tanto che ho laſſato in tutto el conſigliare . . E non vi ha a parer poco che non ſolamente lo inverno, ma tutta la eſtate io legga due hore integerrime, dove li altri non leggono la eſtate una e mezza, e queſte non ſono coſe finte, & più portano li ſcolari del cibo, che hanno in ſchola, che da mille buxie, che ſi vagliano in circoli. Nil aliud. Piſis 1. Maii 1477.

Magnifici Officiales. Lo primo dì di Maggio paſſato morì in caſa mia uno ſcolaro Ferrareſe mio conſorte, il quale era ſtato doi anni meco. Biſognoe ſepellirlo la mattina ſeguente nel hora de la lectione; di che tra per eſsere e addolorato e occupato il dì de nanzi per lo caſo non haveva ſtudiato, e non leſſi quella mattina. Gli altri leſſono mez' hora, perchè ebbono honorare la sepoltura. Diſſemi li Bidelli che ſebbene apuntaſſino, fariano

Digitized by Google

quia adverſarium potius & obtrectatorem laudum, quam ſocium & conſortem glorioſi laboris habebat Philippum Decium. Quanquam ſibi patronum conſtituiſſe videretur Laurentium Mediceum & moderatorem omnium factorum ſuorum, ab Etruria tamen illo invito an. 1486. diſceſſit. Vel antea ei ſpes oſtentata fuerat locum obtinendi in ampliſſimo Romanae Rotae, ut loquuntur, Auditorum collegio, ſed tum rationibus ſuis utilius putavit manere in Etruria, minimeque decedere ab eo vitae curriculo, quod ſibi a prima adoleſcentia propoſuerat. Mutavit poſtea conſilium, cum valde liberaliter ad illud ipſum munus ab Innocentio VIII. invitaretur. Hujus juſſa valuerunt ad impetrandam veniam, ut ſibi liceret ab Academia citius diſcedere, quam promiſſi fides poſtulabat; & quod ſe facturum ſpopondit, ut gratus cognoſceretur erga Laurentium Mediceum, non ſolum fecit, ſed et-

---

cum le S V. la ſcuſa mia, e che io non haria danno. Coſi mi tenevo non haveſſe ſeguire altro. Hora al pagamento de la ſecunda paga m'è ſtato retenuto tre ducati. Maravigliome, e dolgome cum le S. V. eſſendo condennato a torto per le caxone predicte, le quali ſe poſſono verificare col teſtimonio de li Bidelli. Due altre fiate io ſono ſtato apuntato al tempo di Ser Piero Cenini. E le apuntature ſono ſtate cancellate, e reſtitutomi il dinaio e le altre paghe, havendo ſempre juſtificato l' innocentia mia: perchè in vero come vi può eſſer noto da voſtri Preceſſori, io poſſo gloriarmi eſſere uno de li più diligenti, che habiati in queſto Studio. Nè mai laſſai lectione che io non la remeteſſi, & alterius ogni meſe leggo tre o quattro fiate le feſte, hora in ſcriptis, hora in voce, e queſto è notorio, & non ci è Doctore che faci lectione più lunga di me. Non mi ſta male a dirlo, perchè dico il vero, e quello che facilmente potete ſapere. Pertanto non ſi eſſendo quaſi lecto per gli altri il dicto dì, & havendo io honeſtiſſima caxone di non havere lecto, come ebbe maeſtro Franceſco Nini la mattina, che ſepellì lo ſcolaro la nocte occiſo, in la quale non leſſe, & havendo io letto molti dì di feſte, priego le S. V. che more Anteceſſorum

iam prolixe cumulateque fecit (1). Quae ab Academia, exeunte anno 1486. diſcedens propoſuit illius Moderatoribus, ut eſſent, qui relictum a ſe locum occuparent, bonos ſane exitus habuerunt. Illi enim An-

veſtrorum vogliati farmi fare creditore di ditti 3. Ducati. Bene valete. Ex Calci XXII. Octob. 1485. *Haec exſcribere libuit, non tam ut nota eſſet Felini diligentia, quam ut cognoſceretur quanta tum ſeveritate exigeretur a Doctoribus, ut ſui muneris partes explerent. Extant quoque illius epiſtolae datae Prati II. Non. Aprilis an. 1486. quibus queritur injurioſa multa ſe perpeſſum fuiſſe, quod, tacentibus ceteris magiſtris,* per certa inhoneſtà fata dal Barixello a Meſſ. Enea Stufa, per la quale ſi propoſe ſi ſoſpendeſſe lo Studio, e meſſo a partito fra' Conſiglieri fu vinto, *ipſe per vim clauſam ſcholam aperuit, & in ea lectionem habuit.*

(1) Magnifici Domini majores honorandi. Ho ricevoto la lettera de le M. V. nella quale intendo come quelle mi daranno bona licentia, pregandomi, che ſe io poſſo, io legga fino alla vacatione di carnaſale, pure, non potendo, che la licentia habi lo effecto ſoo. Io ringratio le M. V. grandemente cum gran deſiderio di potere riferire gratie in generale e in particolare a cadauno di voi: a li quali mi cognoſco molto obligato. Non dirò altro ſperando in breve viſitare quelle e offerirmeli a bocca.

Dio ſa quanto volentieri farei alle M. V. queſto piacere chieduto cum tanta humanità & honeſtà, di leggere queſto meſe che viene, ma non è poſſibile, perchè inſino a dì 18. di Novembre il N. S. diſſe al Card. di Napoli mio ſingolar Protettore, che molto ſi maravigliava a quello che io non fuſſi a Roma, havendo lui ſcritto che io andaſſi, e non ſapeva che biſognaſſe la licentia, poi nel comectere del Breve replicò al dicto, che havuta la licentia non tardaſſi: non ſaperei mai come ſcuſarmi, ſapendoſi che 'l Breve è venuto & a operato; il ſtare quà ſaria reputato uno poco extimare quello che io ho ſcritto havere per ſingolar dono. Il luogo deputato a me in Rota è vacante d'Agoſto iſin quà, e certi altri Auditori ſono abſenti, hora è il colmo della Audientia, che ognuno anticipa li tempi de la eſtate, e de quì viene lo eſſere io accelerato, & al-

Digitized by Google

Antonius Cocchius, huic Rupertus Strozzius (1) ſucceſſere, qui non Pontificii modo juris, ſed & omnis juſtitiae conſultiſſimi habebantur, & erant. Ubi Romam pervenit, ut ſemper mos fuerat Rotae Auditoribus, publicum doctrinae ſuae exprimentum facere debuit, quamvis illius declinandi ſibi juſtam dare excuſationem putaverat magiſterium, quod per viginti & amplius annos in Ferrarienſi & in Piſana Academia exercuerat. Et tum quidem ſingularem memoriam oſtendit, cum ex LX. argumentis, quae ab adverſariis allata fuere, XXX. miro ordine recitaſſet (2). Magna aequitate Judicis munus exercuit, & ut gratum animum ſuum Summo Pontifici, a quo illud obtinuerat, declararet, eidem nuncupavit in unum collecta corpus, quae Piſis auditoribus ſuis dictaverat de *exceptionibus*, *praeſcriptionibus*, & *ſententiis*.

T

terius ho ſcritto al Pontefice & agli Auditori, che io ſarò a Roma a mezzo Gennajo, havendo licentia, ſicchè per molti riſpecti me excuſo cum V. M. La prima ſettimana di Gennajo avierò le ſome, & io verrò per Firenze per viſitare il Magnifico Lorenzo, & le V. M. da le quali ſono ſtato tractato tanto gratamente, che ogni honore e utile mio tengo procedere da lui e voi, e coſì ſempre predicherò &c.

Piſis XXIII. Decemb. 1486.

Felinus.

(1) *In iis litteris, quas dedit ad Academiae Praefectos, appellat Strozzium* vero e ottimo canoniſta, *laudeſque quoque tribuit Matthaeo Geminianenſi, quoties Patribus libuiſſet illum in Strozzii locum ſufficere. Sed praeſertim praedicat Antonii Corſiti Siculi doctrinam, quo nullum eſſe Pontificii juris prudentiorem affirmat, quique tum docebat Bononiae tanta ingenii & acuminis fama, ut nullus eum competitorem habere vellet. Hunc Piſas venturum ait* CCCC. *Florenorum ſtipendio, commendatque ipſum etiam atque etiam Academiae Praefectis.*

(2) *Vid. Felinum ipſum* in capit. Venerab. VI. de except. in ſylva nupt. lib. V. ſub. n. 25. verb. etiamſi eſſent.

Digitized by Google

Porro haec copia & notitia earum rerum, quae ad Eccleſiae leges pertinent, maxime tum commendata fuerunt. Reliquit & alia, ut illa nominat Jo. Fichardus (1) doctiſſima & utiliſſima ingenii monumenta; ſcilicet *Commentaria* in omnes pene *Tit. I. II. IV. & V. lib. Decret.* Greg. IX.; volumen *Conſiliorum; Tractat. quando puniatur Conatus; de Indulgentiis; Quando liter. Apoſtolic. noc. Patrono Eccleſ.; Additam. ad incaepta ab Abbat. op. in Decretum; Hiſtor. de Reg. Sicil. & Apul.*, quae omnia ſi leges, ut eſt ſententia Marci Mantuae (2) adeo copioſa judicabis, ut is poſteris non ſpem ſcribendi reliquiſſe, ſed potius ademiſſe videatur. Laudator quoque eſt Felini copiae Aemilius Ferrettus. Verum cum ſumme in eo elaboraſſet, ut alienas ſententias omnes noſceret, atque in rem ſuam ſeponeret, illud ſibi propoſuiſſe videtur, ut aliorum potius bonus elector, quam ut ipſe ab aliis eligendus exiſtimaretur. Id fortaſſe ipſe innuere voluit, cum de ſe faſſus fuiſſet, ſe nihil unquam, quod ſibi utile foret, praetermiſiſſe, & a receptis majorum opinionibus in judicando nunquam diſceſſiſſe (3). Tanto viro, qui ſcriptis praeceptiſque ſuis de Romanis Pontificibus optime meritus erat, honores deeſſe non poterant. Itaque creatus primum eſt Adrienſis & Pinnenſis Epiſcopus, mox deſignatus ſucceſſor Nicolao e Comitibus S. Domnini Lucenſi Archiepiſcopo. Verum hoc mortuo an. 1499. ſuum Archiepiſcopatum perſequi lite & judicio debuit adverſus Julianum Roboreum Cardinalem, in quo infinita omnium rerum cupiditas erat, qua de cauſſa niſi biennio poſt ex ſummi Pontificis Alexandri VI. ſententia illius poſſeſſionem obtinuit. Non multo poſt autem, anno videlicet 1503. XV. Kal Sep-

(1) De vitis Juriſconſult. p. 426.

(2) De viris illuſtribus p. 461.

(3) In cap. 3. ad fin. x. de probat. In cap. in noſtra 32. x. de reſcript. in c. prudentiam 21. §. ſexta 2. ad fin. x. de offic. & poteſt. jud. del. in c. ſedes 15. x. de reſcript.

tembris vitam finivit, magnum omnibus ſui deſiderium relinquens, quod cum doctrina morum ſanctitatem humanitatemque ſummam conjungebat.

Paullo antequam Felinus Academiam Piſanam desereret, ad illam venit Pontificii juris interpres, qui illi patria, & fortaſſe etiam cognatione conjunctus erat, Sebaſtianus Zilbertus. De hoc autem homine ſi quis ex me curioſius exquirat quid judicem, minime affirmare dubitabo in numero mediocrium Juriſconſultorum illum habendum eſſe, ex quo factum eſt, ut Praefecti de ipſo ultra annum retinendo, quamvis tenuis XL. florenorum merces eidem pendebatur, minime ſolliciti fuerint.

Magnus profecto Academiae noſtrae honos acceſſit, quod inter ſuos magiſtros, quamvis ad breve tempus, numerare potuerit Franciſcum Soderinium Thomae Equitis, & Dianorae Tornaboniae F. virum non tam ampliſſimis dignitatibus & potentia, quam rerum uſu, agendi & cogitandi ſolertia, & fortunae etiam viciſſitudinibus clarum. Is natus eſt Florentiae IV. id. Junii an. 1453. ductuſque ad Academiam Piſanam, cum primum illa renovata fuit, praeceptorem habuit in juris prudentia Petrum Philippum Corneum, ad quem Marſilii Ficini extant litterae, quibus illi quodammodo gratulari videtur, quod magnae ſpei magnaeque prorſus indolis adoleſcentem excolendum ſuſcepiſſet (1). Vix autem expleverat ſtudiorum curriculum, cum an. 1476. Decio collega datus eſt, quod eſt ſignum quantum illius ingenio tribueretur, cum perpauci invenirentur, qui cum ſubtili & vehementi diſputatore rem habere vellent. Unus quidem erat homo ad continendam illius audaciam accommodatus, cum ad nobilitatem & potentiam familiae adjungeret ornamenta acutiſſimi ingenii, ſummae induſtriae, & non vulgaris doctrinae. A Sixto IV. ad quem Reipublicae Florenti-

(1) Lib. I. epiſt. 99.

nae nomine legatus antea venerat ad deprecandam illius iram, creatus eſt Volaterranorum Epiſcopus, quorum rationibus ſingulari ſtudio proſpexit, dum illius pater, vir moderatus & ſapiens, in vita fuit. Illo autem mortuo, neque inimicitias, neque vitae dimicationes pro Republica ſibi defugiendas putavit, eique cum ſe totum tradidiſſet, plures legationes obivit. Sedebat ad ipſius Reipublicae gubernacula illius frater Petrus Soderinius, morabaturque ipſe in Gallia ad Regem legatus, quando an. 1503. ab Alexandro VI. S. R. E. Cardinalis creatus eſt. Redeunti in patriam ſingulares honores habiti fuere, nec in publicis laetitiae ſignificationibus ſiluit Academia noſtra (1). Non eſt hujus loci exponere quanta in turba, quantaque in confuſione rerum omnium viverent Florentini, dum Julius Mediceus Cardinalis, qui poſtea Clementis VII. nomine Pontifex Maximus creatus eſt, de illis ſubigendis cogitabat. Ferre opem patriae, ſuccurrere ſaluti, communibuſque fortunis, ſui muneris eſſe putavit Soderinius, hacque de cauſſa plura per litteras egit cum Gallorum Rege. Affirmabat Hadriano VI. ſummo Pontifici, apud quem plurimum amicitia poterat, ſe ſe Italiae tranquillitati conſulturum, ſed cum occultiora illius conſilia detecta fuiſſent, interceptaeque illius litterae palam feciſſent ſe

(1) *Haec juſſerunt illius Praefecti*. Conſiderantes quanto honori fuit Reipublicae noſtrae nova Electio facta de Domino Franciſco Soderino in Cardinalem a Summo Pontifice Alexandro VI. ſub die prima menſis Junii prox. preteriti, & qualiter de proximo rediturus eſt ex Gallia, ubi erat Orator Florentinus apud Francorum Regem; propterea juſtis cauſis moti, Deliberaverunt quod Dom. Franciſcus Cardinalis honoretur & honorari debeat Signo Studii Florentini in Bacino Argenteo ordinando expenſa florenorum ſexaginta Libr. auri vel circa, prout videbitur Uberto de Nobilibus eorum Collegae, ut promptior ſit ad intercedendum apud Summum Pontificem pro aſſignamento conſueto Studii praedictis prorogando, ex impoſitione florenorum quinque millium Presbyteris & Locis piis, ut alias fienda.

Digitized by Google

ſe id unum curare, ut ſpe occupandae Siciliae Gallorum arma in Italiam arceſſeret, indignans Hadrianus ſe ab eo deceptum fuiſſe, quem plurimum dilexerat, juſſit illum ampliſſimis divitiis, & vel jure ferendi ſuffragia privari, & in S. Angeli arcem contrudi. Illo mortuo, liberatus carcere fuit, & qui eidem ſucceſſit Clemens VII. quamvis non ignoraret infenſo in ſe animo eſſe Soderinium, quia tamen rationibus ſuis conducere putabat leniendum potius, quam inflammandum odium Soderiniorum, his erratorum veniam facile conceſſit. Poſt id non diu Franciſcus vixit, & cum jam eſſet Cardinalium Collegii Princeps (Decanum vocant) & Epiſcopus Portuenſis & Oſtienſis, XII. Kal. Maii an. 1524. Romae mortem obivit. Sepultus eſt in Aede, quae S. Mariae Populi vocatur, cum hac inſcriptione: *Franciſci Soderini Epiſcopi Oſtienſis & Volaterrani Depoſitum*. Extant Petri Delphinii, & Matthaei Boſſii epiſtolae ad ipſum, ex quibus cognoſci poteſt quantum illius ingenio & prudentiae, & ſi vis etiam dexteritati tribueretur. Sane a Florentino quodam acute vereque de illo, ut & de illius fratre Petro Juſtitiae Vexilliſero perpetuo dictum videtur, non dubium fore

---

Item deliberaverunt quod omnes Doctores poſſint vacare a ſuis Lectionibus per tres dies ante, & tres poſt adventum Cardinalis Florentini, & ingreſſum in Civitatem Florentiae, ut ipſum honorare, & viſitare poſſint ſecundum conſuetudinem hujuſmodi dignitatum licite, & impune & abſque amiſſione ſalarii. *Et inferius*: Ceperunt vacare die Jovis 13. Julii, quia ingreſſus fuit ipſe Cardinalis Florentiam die Dominico de mane 16. ejuſdem hora 13. per Portam Sancti Galli, qui in Eccleſia S. Mariae del Fiore poſt ſolemnis Miſſae celebrationem ſumpſit Galerum per Commiſſarium Apoſtolicum, preſentibus etiam Dominis Florentinis & Vexilliſero perpetuo Petro Soderino Fratre ſuo, quos Dominos domum abiens cum magno Civium comitatu viſitavit in Palatio ipſorum reverſos, poſtmodum ad domum ſui olim Patris Domini Tomaſi de Soderinis ſumma pompa ſe recepit.

Digitized by Google

quin ſi Franciſcus Vexillifer perpetuus fuiſſet, in ditionem poteſtatemque ſuam redacturus fuiſſet Rempublicam, ſi vero Petrus Cardinalis, quin Pontificatum Maximum conſequuturus fuiſſet. Reliquiſſe dicitur *Praelectiones* habitas Piſis, *Commentaria* in Decretum Gratiani, orationes, quas dixit, dum Legati munere patriae nomine fungebatur, & epiſtolas, quarum tres extant in Vita Petri Soderinii, una autem in Vol. III. Signorum a Dominico Maria Mannio explicatorum. Nam, ut de ipſo praedicavit Paullus Corteſius (1) *Fuit homo rerum uſu limatus, & magnarum rerum ſcientia diſſimulanter doctus*.

Non ſatis mihi conſtat num numerandus ſit inter Piſanos Doctores Aloyſius de Antilla claro loco Florentiae natus, ad quem plures extant Matthaei Boſſii, quem paullo ſupra commemoravimus, litterae, quae declarant inſignem ejus virtutem & doctrinam in legibus tum civilibus, tum canonicis. Laurentius quidem Mediceus de illius opera adhibenda cogitavit, tum cum precibus & commendatione ipſius Boſſii de illo in patriam reducendo vehementer ſane egit. Nam an. 1434. Aloyſius infans exulaverat ab illa cum patre Ruperto, quod hic partes ſecutus fuerat Pallantis Strocii viri omnium clariſſimi adverſus Coſmum Mediceum. Studuit praeſertim juris prudentiae in Patavina Academia, hancque facultatem non uno in loco exercuit. Nam ut ait Boſſius (2) magnam vitae partem Piſauri, majorem Mantuae, nec mediocrem apud Guilelmum Montis Ferrati Marchionem, cui a conſiliis fuit, tranſegit. Quanquam a Guilelmo Marchione ſic tractaretur, ut nec liberalius, nec humanius potuiſſet tractari, patriam tamen, cujus amore omnes ducimur, reviſere concupivit, idque per Laurentium Mediceum, uti innuimus, facile conſecutus eſt. Neque hunc liberalitatis ſuae poenituit. Ita enim ſe geſſit Antilla, vir probatiſſimis moribus, ut erga auctorem ſalutis ſuae gratus judicaretur.

(1) Lib. de Cardinalatu edito an. 1510. p. 15.
(2) Epiſt. 83. epiſtolarum editarum Bononiae 1493.

Digitized by Google

Tum Felini, tum Philippi Decii aliorumque juriſconſultiſſimorum hominum teſtimonio clara & inſignis fuit doctrina Ruperti Stroctii Florentiae an. 1451. ex Carolo Stroctio, ac Magdalena Ricaſulana, nobiliſſimis ſane parentibus, orti. Is ſtudium juris prudentiae, ſummo auctore & doctore Bartholomaeo Soccinio, a prima adoleſcentia excoluit: multam etiam operam dedit Lancellotto Decio, qui tum principes numerabantur. Non multo poſt quam curſum ſtudiorum confecerat, munus interpretandi in hac Academia jus Pontificium extra ordinem ſuſcepit (duodetriginta annos eo tempore natus erat) ex quo gradu ad ſuperiores brevi adſcendit, cum non dignitatis modo, ſed etiam mercedis magna facta fuiſſet acceſſio. Nam quae principio tenuiſſima erat, ad CCC. uſque florenos pervenit, ex quo conjici poteſt plane illum ſatisfeciſſe officio ſuo, & expectationi, quam ſui concitaverat. Tranquillitatis amans litigioſas concertationes vitare ſategit. Tum enim in omni facultate facile inveniſſes rixatores, qui neque Gymnaſiarcharum reverentia, neque agendi more ac modo coerciti, de lana ſaepe caprina (ut Horatii verbis utar) propugnabant nugis armati. Eodem tempore, quo apud nos fuit Stroctius, quod jam Eccleſiae militabat, plures rexit paroecias S. Marci de Soano, S. Mariae de Sobiliana, S. Miniatis de Fonte Rutulo, ac S. Mariae de Spalterna. Adlectus & in collegium Piſanorum Canonicorum fuit, ipſique Archiepiſcopi eum vicarium habuerunt in gubernanda Dioeceſi. Romam aliquando cogitavit, eumque diligentiſſime commendavit Sixto IV. S. P. Maximilianus Auſtriae Dux motus precibus Joannis Cambii, qui illi erat a conſiliis (1).

(1) *En litterarum exemplum*. Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater & Domine, Domine mi unice. Eſſendo agli ſervitii noſtri Johanni Cambi cittadini Fiorentino, quale per le virtù & ſervitio ſuo amamo & tenemo caro tra gli altri noſtri Servitori, de che deſideramo farli coſa grata & compiacerli in tutte le coſe a nui poſſibile perchè coſì merita la servitù, amore & fe-

Sed quamvis non hic modo, ſed & cuncti fere magnifica de illius virtute & doctrina commemorarent, nulla tamen ipſi oſtenſa ſpes eſt obtinendi illos honores, qui plerumque ignaviſſimis tribuuntur. Quare nunquam Etruriam deſeruit, nec conſtanter modo, ſed & diligentiſſime ſe ſe geſſit in exequendis iis, quae ſuorum munerum eſſent. Excellens enim erat in illo naturae bonitas, quam exercitatione & conſuetudine mirum in modum muniverat. Cum ingenii monumenta reliquiſſet nulla, ne tanti viri, qui naturae debitum reddidit menſe Maii an. 1492. memoria periret, ejus gentilis Alexander StrocTius Miniatenſis Epiſcopus hanc inſcriptionem in Aede S. Marci de Soano poni curavit.

Robertus Strozza Caroli F. Archiepiſcopi Piſani Generalis Vicarius hanc rexit Plebaniam Anno ſalutis MCCCCLXXXVIII., Alexander Strozza Epiſcopus S. Miniatis eadem Eccleſia a Gregorio PP. XV. Epiſcopali Menſae unita cum inſignia haec gentilitia a Praedeceſſore & conſanguineo relicta, a ſolo ſejuncta in hoc templo reperiſſet, memoriae viri Caeſarei, ſacrique juris peritia ſpectatiſſimi conſulens excitanda curavit Anno ſalutis MDCXXXIII.

Stro-

de ſua verſo nui, habiamo penſato como poſſiamo compiacerli, & havendo relatione da lui, che la più cara coſa e ſtrecto parento che habia è M. Roberto degli Struzi, quale al preſente ſe trova Vichario del Arceveſcovo de Piſa, & etiam Lectore in dicta città, ce ſiamo moſi con grande vehementia a pregare la Beatiſſima Sanctità voſtra che per noſtro amore & piacere grandeſſimo quella ſe degni el primo Auditore vacante de Rota de compiacerlo al dicto Mess. Ruberto; perchè per una gratia al preſente non la porreſſemo havere magiore quanto che dicto Mess. Ruberto col noſtro mezo obtenga quello deſidera da la B. V. alla quale notifichiamo, che ce ſiamo certificati lui eſſere homo bono, integro & doctiſſimo confaciente ad ſimili exercitii, però adunca V. S. ſe degnarà farce queſta gratia, la quale reputamo comunemente ad nui, iterum & tertio lo raccomandiamo alla S. V, in gratia de la quale humilmente ce raccomandiamo ec. ec.

Stroctii aliquando competitor fuit Petrus Accoltus, quam natura finxerat ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, juſtitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelſum. Sed de hoc eo loco dicam, quo de illius patruo Franciſco Accolto dicendum erit. Quanquam enim bona divina & egregia, quae admirata eſt in illo antiquitas, propria illius fuerint, a patruo tamen habuit inſtitutionem & quodammodo ipſum munus, quod in Academia noſtra ſuſtinuit, ut ab illo haud ſejungi debere videatur.

Ex eadem Strozziorum familia, quae nullo non tempore floruit hominibus doctrina claris, prodiit Antonius Vannis Strozzi atque Dorae Pandulfiniae filius, qui ad nos venit biennio poſtquam venerat Rupertus, anno videlicet 1480. Is docuit primo jus Pontificium, mox Caeſareum, & per totum ſeptennium diligentem & utilem operam tribuit Academiae. Poſt id rebus interfuit publicis, neque Florentiae res ulla major agebatur, de qua prius decerneretur, quam Strozzii ſententia cognita. Neque id magis benevolentia, quam prudentia factum eſt. Obivit etiam legationes ad Summum Pontificem, ad Galliarum Regem, & ad Herculem I. Ateſtinum Ferrarienſium Ducem, qui tanti illius prudentiam in rebus civilibus faciebat, ut aliquando ejus conſilium in graviſſimo negotio exquiſierit. Nulli opera, nulli fides ejus deerat, & ut primum forum attigit, excellens juriſconſultus habitus eſt. Hujus rei monumentum extat in quodam junioris Soccinii Conſilio (1) & in operibus Joſephi Ruſtici, qui ejus prudentiam in tractandis forenſibus rebus extulere. Omnino talis erat, ut nulli rectius committi poſſe viderentur publica, privata, forenſia atque domeſtica negotia. Viginti uſque volumina reliquit, quae ſervabantur in Strozziana bibliotheca, rerum ad juris prudentiam pertinentium. Uxorem duxit Antoniam Veſpucciam, cum qua conjunctiſſime vixit,

V

(1) Tom. I. Conſ. 18.

& a qua monumentum ſingulari opera artificioque perfectum in Florentina S. Mariae Novellae Aede obtinuit. In monumento vero haec poſita eſt inſcriptio:

D. O. M.

Antonio Stroʒʒae Caeſarei, ſacrique juris conſultiſſimo ac bene de Republica merito, Antonia Veſpuccia uxor P. Vix. an. LXVIII. menſ. VIII. D. X. obiit an. MDXXIII.

Par doctrina Stroctio, ſed conſilio ad vitae ſtudia diſpar fuit ejus civis & aequalis Balthaſſar Carduccius. Ille enim a civilibus diſcordiis non tam animi judicio, quam naturae bonitate abhorruit, hic in Senatu, in populo, in cauſſis publicis ita eſſe voluit, ut egregius libertatis defenſor judicaretur, ille patriae ſic ſervivit, ut ſemper optimarum partium eſſet, hic ſaepe deteriorum. Vix ab adoleſcentia exceſſerat, cum venit ad Academiam noſtram Pontificii juris interpres, cui muneri Raphael Riarius Cardinalis & Piſanorum Archiepiſcopus addidit aliud, cum ipſum in gubernanda Dioeceſi vicarium haberet. Parum adeo Carduccius Piſanis ſatisfecit, ut hi a Carolo VIII. Gallorum Rege, quando in Etruriam venit, ſumme petierint, ne pateretur ſe diutius ab homine intollerando, ut & a ceteris Florentinis, qui ſibi male volebant, opprimi atque vexari. Venit etiam in odium quorumdam collegarum ſuorum, & ejus inſolentiam, ne ad pejora rueret, minis ac poenis ſaepe compeſcere Gymnaſiarchae coacti fuere. Relicta Academia, patriae ſervire coepit, quando ad Reipublicae gubernacula ſedebat Petrus Soderinius. Studia, conſilia cogitationeſque illius eo praeſertim ſpectabant, ut odium inveteratum, quod in Mediceos conceperat, ſaturare poſſet, palamque ajebat ſe non modo vocem, ſed ne vultum quidem ferre poſſe cujuſquam, qui illorum partes ſequeretur. Itaque cum ii ab longo exilio an. 1512. in patriam rediiſſent, & magna ſubito adminiſtrandae Reipublicae facta eſſet mutatio, ne ſervitutem patriae videret, voluntario ſe mulctavit exilio. Tum fortunae egens, & famae appetens, quae virtute, non infelicitate parta eſſet, ſumme concupivit locum obtinere in Academia Patavina,

Digitized by Google

quod commendatione Petri Delphinii Monachi Camaldulenſis, cujus ſumma erat auctoritas & gratia, an. 1518. impetravit (1). Hic exiſtimator doctus & intelligens ea reſpiciens tempora, quibus Carduccius aut in hac noſtra Academia per duodecim integros annos, ab anno ſcilicet 1485. ad 1497. jus e ſuperiori loco docuit, aut cauſſas in foro defendit, affirmavit *illum eſſe in U. J. Doctorem eminentiſſimum,* ſeque ejus merita prorſus perſpecta habere, ut fidenter illum commendare minime dubitaret. Exitus teſtimonii veritatem confirmavit, cum Carduccius utrumque jus explicans tum diſcipulis, tum Academiae Praefectis plane ſe ſe probaſſet. Nihilo tamen minus eo in loco non diu manſit, quod nonnulli tribuunt acerbiſſimo dolori, quem ob mortem Aloyſiae Guideıtae cariſſimae uxoris cepit, quaſi vereretur, ne hoc tam gravi vulnere accepto, quod longiquitate temporis convaliturum videbatur, loci admonitu recrudeſceret. Sed Florentinarum rerum ſcriptores aperte affirmant cauſſam illius diſceſſui dediſſe Clementis VII. potentiam, ejus loquendi libertatem, & ſpem miſcendi patriam, ad quam cum rediiſſet, ſpirante jam Republica, multa quidem animo volutabat, quo ſuum in Mediceos odium explere poſſet; ſed cohibuit ejus temeritatem a lapſu Nicolaus Capponius, qui tamen linguam ejusdem minime continere potuit. Nam cum Carduccius ad Franciſcum I. Galliarum Regem legatus fuiſſet, ut conſtaret reſidere in Republica fortes & conſtantes cives vel iis temporibus & periculis, quibus Mediceorum ambitione pene illa oppreſſa erat, multa in eosdem invectus eſt, ſupplicavitque Regem, ut omni ſtudio, virtute, auctoritate incumberet ad

quod longinquitate temporis sanandum videbatur.

Regi

(1) Proſit tibi, *in haec verba ſcripſit Delphinius ad Carduccium ipſum, litteris datis ex coenobio S. Michaelis* Murani *an. 1518.* Doctor eximie atque amice honorande, ad ſalutem utriusque hominis, proſit itidem omnibus, qui tui erudiendi ſunt magiſterio, quod heſterna die totius Senatus conſenſu munus tibi demandatum eſt: decreti ſiquidem fuerunt pro ſtipendio primae lecturae D. Floreni ejus mouctae &c. &c.

Rempublicam ipſam conſervandam, quae nullo non tempore Gallorum nomini majeſtatique devota fuerat. Sed haec fruſtra fuerunt; cumque in ipſa legatione obiiſſet, Deo ſe gratias agere dixit, quod nunquam non laudem patriae in libertatem vidicandae adamarit, in quo etiam ſi quid erraſſet, omnes boni connivendum eſſe arbitrarentur. Plura de illo retulit Ammiratus eo praeſertim in volumine, quod de nobilibus familiis Florentinis compoſuit, laudeſque illius ab injuriis, quibus ipſum oneravit Paullus Jovius gravis & acer inimicus eorum omnium, qui Mediceorum partes minime ſecuti fuerant, vindicavit. Sepulcri monumentum habuit Engoliſmae in Dominicanorum templo, quod prope regias aedes eſt. In illa enim urbe mortem obivit poſt. non. Sextilis an. 1530.

Ad paullo ſuperiorem aetatem pertinet Georgius Natta, domicilio & civitate, minime vero ortu, quem habuit Caſalis S. Evaſii, Aſtenſis appellatus. Pater illius Henricus, in quo ſumma prudentia erat juris civilis & rerum publicarum, quoque in conſiliis dandis utebatur Montis Ferrati Marchio, non tam curavit ut ipſi bona & honores, quam ut ſapientiam relinqueret. Itaque ſic eumdem inſtituit, ut cum eſſet in flore juventae, ſacros canones in Ticinenſi Gymnaſio, in quo laurea decoratus fuerat, coeperit interpretari. Quadraginta & amplius poſt annos ad nos veniſſe putatur matutinus juris Pontificii interpres cum ſtipendio florenorum CCCC., nec voce ſolum, ſed & ſcriptis, quae in vulgus edidit, diſcipulorum utilitati & Academiae decori ſervire ſategit. Neque alia fuit cauſſa intermiſſionis officii, ut ipſe de ſe teſtatur, quam peſtis & armorum timor (1) cumque ſemet ſui poeniteret, quod

(1) *Ita ille* in Clement. Saepe de verb. ſignif. in VI. Repetent. Canonic. edit. Junctar. 1587. Primo anno mei Doctoratus praefectus ordinariae de ſero Juris Canonici, Papiae hanc Clementinam publice legi.... Nunc vero ... cogitans aliquid huic celebri Piſano Gymnaſio, cui plurimum debeo offerre, ſtatui pleniore & altiore ſtylo hanc Clementinam, & ejus materiam

Digitized by Google

Piſis abſque Praefectorum venia an. 1479. biennio poſtquam illuc venerat, diſceſſiſſet, rediit an. 1482. Hoc ipſo exeunte anno ſe legationem obiiſſe Guilelmi Montis Ferrati Marchionis nomine ad Jo. Galeatium Mariam Vicecomitem Mediolani Ducem ipſe memoriae prodidit, neque poſt illud tempus in Etruriam rediiſſe videtur. Inter ejus ſcripta juridica celebrantur maxime, quae *de ſtatuto filias dotatas excludente* exaravit, quaeque ſeorſum a Repetitionum volumine typis edita circumferuntur una cum Jo. Ramuti enarratione, & cum aliorum additionibus, cum impreſſa fuiſſent Coloniae Agrippinae an. 1593. apud Jo. Gimnicum. Magnum ſane familiae decus addidit Marcus Antonius Natta Georgii noſtri fratris filius, qui ſcienter & perite non civilia modo, ſed & politica atque ethica tractavit, cujuſque extat oratio de laudibus Jaſonis Mayni, e cujus ſchola prodierat. De Joanne Cerretanio Florentiae nobiliſſima familia nato quid dicam haud equidem ſcio. Servivit ſane patriae multis graviſſimiſque in muneribus, ſed non aeque utilis ejus opera fuiſſe videtur Academiae, a qua dimiſſus dicitur VI. Kal. Octobris an. 1486. biennio poſtquam ad illam venerat.

Excellens profecto juris prudentiae doctor fuiſſe videtur Jo. Victorius Thomae Soderinii filius, ac Petri Vexilliferi perpetui, & Franciſci Cardinalis frater, qui ad haec ornamenta patriae & familiae ſua quoque virtute non parum addidit. Quanquam diu Academiae, ad quam venit an. 1485. cum ageret aetatis annum XXV. operam ſuam

---

proſequi. *In fine vero haec addit.* Reliquum eſt Deo gratias agere, quo auctore, huic operi jam bis, armis & peſtilentia Piſis intermiſſo, Georgius Natta J. U. D. civis Aſtenſis, ac illuſtriſſimi & excellentiſſimi Marchionis Montisferrati Conſiliarius multis additis, & priori ordini in aliquibus mutato, extremam manum impoſuit, anno Dominicae Nativitatis 1482. quo tempore pro memorabili Guilielmo Montisferrati Marchione ac Ducali Capitaneo Generali Mediolani Orator agebat apud illuſtriſſimum Joannem Galeatium Mariam Vicecomitem Ducem VI.

Digitized by Google

tenui quidem mercede praeſtiterit in jure civili interpretando, canonica etiam tractavit, & collega Philippi Decii cuidam illius conſultationi, cum lis orta eſſet de praeſentandi jure, ſua auctoritate pondus adjunxit (1). Plurimi etiam ipſum ad ſuas defendendas fortunas advocatum invocabant; neque minus publicis, quam forenſibus negotiis diſtinebatur, quod conſtabat inter omnes ſummam in eo esse prudentiam, ſagacitatem atque fidem. Itaque legationes ſuſcepit ad Hiſpaniarum Regem, ad Caeſarem alioſque Principes, & ſi non ſemper felicitate uſus eſt in exequendis patriae ſuae mandatis, nunquam profecto illum virtus & conſilium deſeruit. Quando ſpes erat fore, ut libertas Florentinae Reipublicae a fluctibus ſervitutis emergeret, reviviſcere memoriam ac deſiderium ſui vidit Soderinius, cum in univerſi populi comitiis habitis an. 1528. electus cum aliis nobiliſſimis civibus fuiſſet ad gubernandam civitatem, qua in gubernatione animoſe quidem multa geſſit, ut a perenni conteſtataque virtute majorum ſuorum non modo non degeneraverit, ſed id, quod maxime florere in generis ſui gloria viderat, laudem patriae in libertatem vindicandae impenſiſſime adamarit. Verum haec, ſpirante jam Republica, nullum alium exitum habuerunt, niſi ut illius inimici ad ejusdem ſpolia detrahenda celerius advolarent. In publica Novemvirali dignitate eodem illo, quem diximus, anno, mortem obivit, ex Dianora Nerlia, cum qua vixit ſine querela, duobus relictis liberis. Julius Negrius, dubiae ſane fidei Auctor, affirmat quasdam illius extare Latinas epiſtolas publica luce dignas. Mihi quidem videre contigit in Laurentiana Bibliotheca pauca ipſius Latina epigrammata, ex quibus judicare potui ſatis eumdem excultum fuiſſe humanioribus litteris.

Eodem tempore, quo Soderinius ad Academiam venit, Mathaeus Neruccius Geminianenſis ad eamdem vocatus eſt. Sed hic aetate paul-

---

(1) *Vid. Decii conſult.* 542.

lo ſuperior erat, & quia ſe exercuerat in juris prudentiae ſtudiis non Piſis modo, ſed & Patavii, & in foro verſatus erat, ejus operam majori praemio dignam Praefecti exiſtimarunt. Principio Iuſtitutiones civiles explicavit, mox Pontificia tractavit ſuffectus in locum Vincentii Lambertellii, ſeu de Lambertis Aretini, qui per plures annos *Sextum & Clementinas* interpretatus erat, quique ad Academiam accitus fuerat an. 1486. Omnes quidem, & merito judicarunt huic aliiſque bene multis doctrina ſuperiorem fuiſſe Neruccium, quare idoneus judicatus eſt, qui Romani Póntificis cauſſam defenderet adverſus Decium, cum legitime nihil factum fuiſſe probaſſet in illo Concilio, quod Gallorum opera an. 1511. ad vexandum Julium II. P. M. Piſis convocatum eſt. Sed haec, ut & ipſius reſponſa atque conſilia forenſia, quorum bina olim extitiſſe volumina teſtatur Geminianenſium rerum ſcriptor Jo. Vincentius Coppius, ad nos minime pervenerunt. Extant quidem in magna *Repetentium Canonicorum collectione* a Junctis edita an. 1587. ipſius *Commentaria in II. lib. Decretalium*, nempe in *Rubric. pleraque capita de ſententia & re judicata, de appellat;* & in *Tit. de conſanguin. & affinit.* qui eſt in IV. lib. ipſarum Decretalium, quae Commentaria Zilettus, Geſnerus atque Fontana, ut de noſtratibus ſileam Juriſconſultis, magnopere laudarunt. Efferebatur etiam a forenſis juris prudentiae cultoribus ejus *Repetitio in Tit. de teſtament.* quae omnia probant nec vulgarem, nec communem in eo prudentiam fuiſſe.

Nulla, quod ſciam, ingenii monumenta poſteritati commendarunt nomina Felicis Michaelis Dulfii de Laterino (hoc oppido, quod eſt in Arni valle, nomen) Joannis Bonaccurſii nobilis Piſtorienſis (1), Sebaſtiani Catalani, Baldi Inghiramii & Laurentii Antonii Puccii F.

(1) De eo Salvius mentionem facit (Part. II. & III. Hiſtoriarum Piſtorienſium) atque illi mortem illatam fuiſſe per ſcelus narrat.

Florentinorum, quanquam forenſi luce eorum nonnulli, & Puccius praeſertim minime caruere.[1] Tum quoque Pontificia jura docuit Franciſcus Malchioſtrius Parmenſis, cujus prudentia non tam huic noſtrae Academiae, in qua utrumque jus per ſexennium ferme interpretatus eſt, quam Patavinae, ad quam tranſivit, nota fuit. Elucubraſſe dicitur *Gloſſemata eruditiſſima* in eas Novellas, quae extra Juris corpus, ut loquuntur, vagantur, & *Commentaria egregia in Authentica* Juſtiniani, quae tamen publica luce, quidquid affirmet Papadopolius, caruerunt. Quam infelicem exitum illius vita habuerit ſequens declarat inſcriptio, poſita in Patavina Aede Eremitarum S. Auguſtini.

Franciſco Malchioſtro Juriſconſulto Parmenſi clariſſimo in Patavino Gymnaſio publice profitenti Sicarii manu crudeliter extincto Brocardus Malchioſtrus frater Moeſtiſſ. P. MDVII. *die Octob.* VII.

Cum his Magiſtris conjungitur Franciſcus Remolinius Ilerdae in Hiſpania natus, qui fama illectus Philippi Decii Piſas venerat, ut ab eo in doctrina juris inſtrueretur. Quia multis gratus erat, conciliatricula etiam generis nobilitate, & probabatur ejus ingenium & induſtria, facile obtinuit, ut vix emenſo ſtudiorum curriculo, in juris Pontificii doctoribus numeraretur. Nomen quidem a juris prudentia habere potuisset, niſi ab ea majoris gloriae cupiditas illum abſtraxiſſet. Relicta enim non ſolum Academia, ſed & patriis laribus, ad quos redierat, operam Urbanis honoribus dedit. Ac primum quidem in Romanae Rotae Auditorum, ut appellatur, collegium adlectus fuit, moxque plures Epiſcopus rexit Eccleſias, Surrentinam, Ilerdenſem, Firmanam, Peruſinam, ac poſtremo Panormitanam. Idem Praetor Urbem gubernavit, & ab Alexandro VI. in Cardinalium collegium cooptatus eſt, dum adhuc in vivis erat illius uxor, quae Deo voti religione ſe ſe mancipaverat. Vel ante hoc tempus, quia probaverat Pontifici ſingulare ſuum in Romanam Eccleſiam ſtudium, miſſus fuerat Florentiam, ut praeeſſet judicio, quo Hieronymus Savonarola temeritatis, ſeu potius ſtultitiae ſuae poenas perſolvit. Hoc etiam nomine laudandus eſt Remolinius, quod omiſſis ceteris ſtudiis, ſic publicis rebus vacavit, ut

1 Piutius autem, Decius autem non ultra biennium [illegible] Academiae [illegible] ... [illegible] MDXXI.

non videam cui cedere debuerit dexteritate, fide atque prudentia. Biſ Neapolitani Regis nomine ad regni illius gubernacula ſedit, ac demum an. 1518. Romae naturae debitum reddidit, cum eſſet annorum 58. Sepultus eſt in Liberiana Baſilica, cumque multos poſt annos illius ſepulcrum reſeratum fuiſſet, videre licuit cadaver cum dextro brachio capiti ſuppoſito. Hinc orta ſuſpicio ſepultura illum affectum fuiſſe antequam e vita ceſſiſſet.

Nec vero inter tot illuſtres juriſconſultos, quos illa aetas peperit, paetereundum arbitror Bonum Juliani de Bonis Florentini Filium, qui an. 1490. poſtquam per ſeptem annos jus Romanorum interpretatus fuerat, ad Pontificium explicandum vocatus eſt. Is bene juris quoque publici leges, atque inſtituta cognoviſſe dicitur, & cum nullum tempus illi uuquam vacaret aut a publica ſchola, aut a forenſibus cauſſis, aut a commentatione domeſtica, aut a ſcribendo, aut a cogitando, poterat ſibi omnia, quae clarorum magiſtrorum eſſent, non dubitanter adſciſcere, eaque omni dignitate obtinebat. Quare minime eſt mirandum ſi illius ſtipendium ad CCCC. uſque Florenos pervenit, quod non rarum modo, ſed ferme ſingulare erat in homine Florentino, iis praeſertim temporibus, quibus publicum aerarium maximis laborabat anguſtiis. Conſtantiſſime ſe ſe geſſit adverſus Academiam, cum in ſuo magiſterio permanſiſſet ad annum uſque 1521. Poſt id tempus civicis muneribus operam dedit, multiſque magniſque in rebus ejus induſtria adhibita eſt. Narrat Varchius graviſſimus auctor (1) quo tempore Florentinorum res peſſimo in ſtatu erant ea etiam de cauſſa, quia nec Marradienſes Fabronii, gentiles mei, nec Bardii Vernii Domini, nec Malaſpinae, neque aliae potentes familiae ullum iis ſubſidium ferebant, Bonium, Carduccium, Nellium, alioſque juris prudentiae Doctores animoſum illis dediſſe conſilium, ut armati prodirent ex urbe adverſus Caeſaris & Pontificis exercitus, & avitam libertatem omni vi de-

(1) Hiſtor. lib. XI.

ſenderent, idque ſuaſiſſe non tam odio in Mediceos, quam propria utilitate motos, quia tum maxima emolumenta ex magiſtratibus percipiebant. Bonio quidem, de quo nunc loquimur, anguſta res familiaris erat, ut cum eſſet adoleſcens, vix ſe pecuniam habere diceret, quae ſatis eſſet ad libros emendos (1). Quo anno ipſe vitam finierit ignoramus. Vixit quidem ad ſummam ſenectutem, cum lucem aſpexiſſet an. 1454.

Bonii collega & competitor fuit Franciſcus Vergellius Senenſis, cui CCCL. uſque florenorum merces pendebatur, quod eſt ſignum quantum illius tribueretur doctrinae. Non tamen ultra annum jus Pontificium docuit, neque aliam ob cauſſam diſceſſiſſe ab Academia videtur, niſi quia vinci ſe non tulerat diſceptatione quadam, quam habuit cum Pepio de docendi loco. Querebantur, & merito quidem, Praefecti moleſtias nimium ſaepe exhiberi ſibi ob tam leves cauſſas, ſed ii erant Doctorum mores, ut vitam in controverſiis contererent (2).

Tum etiam fuit in mediocrium magiſtrorum numero Nicolaus Pratenſis; talis quidem erat, ut cum audiebantur, qui erant praeſtantes, inferior eſſe judicaretur. Hercle ſi ſic agerem, ut neminem eorum prae-

(1) *Hujus rei monumentum vide apud Fabbruccium Opuſc. IX.*

(2) Ad Rectorem Univerſitatis die x Decembris 1489. Ingegnatevi di far contento Mes. Franceſco de Vergelli al cedere la ſquola di Mes. Jaſone a M. Franceſco Pepi, che così ci pare conveniente havendo lui prima cominciato a uſarla. Ci maravigliamo che naſcono diſpute per sì piccole coſe. *Omnium tum erat immoderata licentia. Queſti ſunt acerbe diſcipuli de Vergellii diſceſſu. Eodem tempore cum ſe omnium ſermonibus ſentiret vapulare Carduccius, dedit frenos impotenti naturae, & gravi vulnere percuſſus eſt: verberatus etiam fuit Bongirolamius, & alia patrata, quibus Rectores & Conſiliarii non ſubſellia modo, ſed & ipſam urbem reformidarunt. Sed haec communia erant omnibus Italicis Academiis.*

Digitized by Google

termitterem, qui operam navarunt ſuam Academiae, vererer ſane ne moleſtus lectoribus eſſem. Nunc quidem hominem habeo, quem libentiſſime commemorem, quippe qui non inculta & ſilveſtri via, ſed lectiſſimis floribus conſita ad immortalitatem pervenit.

Is eſt Carolus Antenoreus Florentiae an. 1470. ex Thoma Antenoreo, & Alexandra Bencia, nobiliſſimis ſane familiis natus. Teſtis eſt Angelus Politianus, cui mature in diſciplinam traditus fuerat, adeo illum in ſtudiis profeciſſe, ut cum ex adoleſcentia nondum exceſſiſſet, acerrime & philoſopharetur, & in Graeca lingua cum paucis excelleret. Aldus etiam Manutius Senior illum, ut & Guarinium Camertem, qui humaniores litteras Florentiae docuerat (1), appellat homines *multi ſtudii, ac in Graecarum litterarum lectione frequentes*. Cauſſa autem eorum laudes copulandi fuit, quod conjuncta opera confecerunt, quanquam praecipuae partes Guarinii fuiſſe videntur, *Theſaurum Cornucopiae & Adonidis Hortos*, ab ipſo Aldo primum typis impreſſos

X 2

(1) *De eo haec ſcripta inveni in conductionum libro.* Die 2. Octob. 1492. Quo tempore D. Officiales conduxerunt Joannem Georgii Laſcharum Graecum ad legendum in Studio Florentino lectiones duas graece in philoſophia & poetica facultate cum ſalario florenorum CLXVIII. quot habuit Demetrius Graecus, cum primum fuit conductus ad eamdem lecturam de an. *1475.* de menſe Septembris conduxerunt quoque Magiſtrum Guarinum Jacobi de Camerino ad docendum in civitate Florentiae grammaticam, & inſtruendum adoleſcentes bonis moribus & doctrina cum ſalario Florenorum L. ad rationem librarum quatuor pro floreno. Item 25. Septemb. 1495. reconduxerunt eumdem pro duobus annis firmis & tertio ad beneplacitum Officialium cum ſalario florenorum LXV. & hac etiam obligatione, quod teneatur docere adoleſcentes grammaticam graecam & eos graecis litteris imbuere & latinis: poſtea fuit reconductus, ſed abiit, & non docuit. *Anno 1498. locum a Guarinio relictum occupavit Caſpar Mareſcottus Marradienſis.*

an. 1496. iterumque octo poſt annos. Jure meritoque iſtud laborioſum opus *Theſaurus* appellatum eſt, quod Graecae linguae ſtudioſis ſuppeditet verborum, & dicendi modorum abundantiam & copiam. Nam ut Aldi ipſius verbis utar, in eo fere omnia repoſita ſunt, quae deſiderare quis poſſit ad perfectam abſolutamque cognitionem litterarum Graecarum, & eorum praecipue, quae leguntur apud Poetas, qui verba variis figuris ac linguis ita ſaepe immutant, ut facilius ſit Nili caput, quam alicujus temporis thema, aut principium invenire. Quando Antenoreus, qui in his ſtudiis omne otium tempuſque contriviſſe videbatur, locum in Academia petiit, quod accidit an. 1498. non admodum rei forenſis ſcientia ab eo exſpectabatur. Sed facile fuit adoleſcenti ſummo ingenio & induſtria, quique ipſam Academiam antea frequentaverat, ſe juriſconſultum profiteri, & in hac quoque arte (quanquam triginta florenorum mercedula illi tantummodo pendebatur) diſcipulis ſatisfacere. Nunquam tamen adduci potuit, ut forum attingeret, quod & corpore erat infirmo, & hominum inepiias & ſtultitias, quae devorandae patronis ſunt, minime ferebat. Maluit Eccleſiae honoribusque ſervire, & Protonotarius Apoſtolicus, atque Archipresbyter Collenſis anno 1503. a Julio II. S. P. creatus eſt. Verum paucos poſt menſes, eodemque illo anno, dum erat in ſpe majorum rerum, Florentiae naturae debitum reddidit, magnum ſui deſiderium relinquens non Collenſibus modo, qui nuncios ad familiam illius miſerunt ſignificandi doloris cauſſa, ſed & omnibus iis, qui virtutem & litteras amabant. Sepultus eſt in S. Spiritus Aede in majorum ſepulcro. Multum ſane debet Academia noſtra Antenoreorum familiae, quod ab ea multi prodiere, qui decus illius vel clavum tenendo, vel ſcholas habendo plurimum auxerunt.

Quaerere interdum ſolemus quid cauſſae ſit, eur ſuperioribus aetatibus nobiliſſimi Florentinorum laudi & honori ſibi maxime ducebant, ſi in Doctorum numero, quavis licet conditione, ponerentur, nunc pauciſſimi eorum Academiam frequentent, nulli vero operam ſuam illi praebeant. Etſi vere illud dici poſſe videatur majori quondam fuiſſe in ho-

nore litteras, & plures aut majore delectatione, aut ſpe uberiore, aut praemiis ad illas excolendas amplioribus commotos fuiſſe (nullos enim ex iis ferme inveniemus, qui Doctoris munere apud nos patrum majorumque memoria functi ſint, quibus ampliſſimi minime delati fuerint honores) ſocordia tamen atque deſidia adeo occupavit mentes hominum, ut plerique nobilium adoleſcentium malint in ludis, in levitatibus amatoriis, aliiſque hujuſmodi oblectamentis aetatem agere, quam animum praeclaris artibus ac diſciplinis exornare. Iis ſane temporibus, de quibus ſcribimus, & in hac ipſa civitate Florentia adeo vigebant ſtudia litterarum, ut nemo fere laudis cupidus adoleſcens non ſibi ad illas addiſcendas ſtudio omni enitendum putaverit, tantoque in pretio erant, quae Graeci omnis praeclarae artis magiſtri reliquerunt, ut teſte Politiano (1) *primae nobilitatis pueri . . . . ita ſincere Attico ſermone, ita facile expediteque loquantur, ut non deletae jam Athenae atque a Barbaris occupatae, ſed ipſae ſua ſponte cum proprio avulſae ſolo, cumque omni ſua ſupellectile in Florentinam urbem immigraſſe, eique ſe totas penituſque infudiſſe videantur*. Sed jam ad id, unde parumper digreſſi ſumus, revertamur.

Inter Florentinos, quorum cognita nobilitas & doctrina fuit, numerandus profecto eſt Petrus Silveſtri Aldobrandinii Filius, qui 1489. cum ageret aetatis annum XXVIII. ad explicandas Inſtitutiones Caeſareas accitus cum tenui mercede Florenorum XXV. quadriennio poſt jus Pontificium interpretandi munus ſuſcepit. In eo perſtitit non ſolum, dum Academia Piſis manſit, ſed etiam eo tempore, quo ipſa Florentiae fuit, & mirabilis utilitatis fructus diſcipulis ſuis illum praebuiſſe ejusdem Academiae monumenta teſtantur. Id etiam ex illius *Additionibus ad Summam Rolandinam* cognoſci poteſt, in quibus concinnandis nil aliud, niſi ipſorum diſcipulorum commodum ſpectavit. Ipſas cum edendas Vene-

---

(1) Oratio in expoſitione Homeri.

tiis per Junctas an. 1546. curaſſet Silveſter illius filius, quo nemo Juriſconſultus prudentior, accuratior & ſubtilior in diſputando & reſpondendo, & in ſcribendo elegantior illa tempeſtate fuit, ea de Petro commemorat, ex quibus apparet fuiſſe illum in omni officio vitae colendo diligentiſſimum. Tam bonus quidem, cum binas duxisset uxores, Cypriam unam, Florentinam alteram, erat paterfamilias, ut praeclara inſtitutione, praeclariſque exemplis, quae ad poſteros illius propagata ſunt, jeciſſe videatur fundamenta ampliſſimae fortune, in quam unius ſaeculi ſpatio devenit Aldobrandiniorum familia. Id reſpiciens Joſephus Caſtilio, dum Petro Juniori Cardinali Aldobrandinio librum, quem inſcripſit *Variae Lectiones*, nuncupat, ſic recenſet illos, ad quos a Petro venit optima hereditas, omni patrimonio praeſtantior, ſtudium ſcilicet virtutis & litterarum, ut ex ipſius Sapientiae ſtirpe generati videantur. Plures variis temporibus geſſit Petrus Magiſtratus, & vel eos, qui in libera civitate primi putabantur, cum magna quoque eſſet in eo bene Reipublicae gerendae prudentia (1). E vita exceſſit Florentiae an. 1522. & in Laurentiana Baſilica conditus eſt in ſepulcro majorum.

Veteri etiam & illuſtri Florentina familia natus erat Caſtellanus Caſtellanius Pierozzii F., qui non tam a ſcientia juris canonici, quod docere coepit an. 1489., quam a poeſi apud ſuos famam obtinuit. Triginta & amplius annos operam ſuam Academiae navavit, quocum communem fortunam habere voluit, ut nihil ferme ſtipendii exegerit quo tempore illius aerarium in anguſtiis erat, petieritque ad CCC. uſque Florenos illud augeri, quod & obtinuit, quando res illius poſt diuturnas peregrinationes, reddita jam Piſis, meliore in ſtatu eſſe coeperunt. Ejus vero poeſis non amatoria, ſed tota religioſa fuit, & prorſus ejuſmodi qualem decebat hominem, qui a prima adoleſcentia Eccleſiae ſe ſe mancipaverat. Hinc modo laudes cecinit B. M. V. aliorumque Sanctorum,

(1) *Vid. Ammiratum* Storie Fiorentine Lib. XXVIII. p. 294.

Digitized by Google

modo verſibus Italicis comprehendit ſalubriora Evangeliorum praecepta & narrationes, in quo illud ſpectabat, ut facilius puerorum & agreſtiorum hominum animi ad illa & diſcenda, & memoriae conſecranda excitarentur. Facta illius cum judiciis & opinionibus de religione ſic concordabant, ut omnibus eſſet veteris ſanctitatis exemplum, idemque ad omnem rationem humanitatis, hominumque ſocietatem accommodatiſſimus.

Eodem tempore ad Academiam venit Joannes Boſellus Mutinenſis, qui, poſtquam per bieunium Caeſareas inſtitutiones docuit, jus Pontificium an. 1495. profiteri juſſus eſt. Quod de eo ſileat Mutinenſium rerum ſcriptor diligentiſſimus Hieronymus Tiraboſchius, conjecturam facere licet illum aut non admodum valuiſſe doctrina, aut nulla reliquisse ingenii monumenta. Is quidem apud nos fuit uſque ad annum 1502. quamvis tenue ſtipendium Florenorum LXXV. illi tantummodo pendebatur.

Magnam ſane de doctrina Franciſci a Puteo Vigevanenſis opinionem habuiſſe Academiae Praefecti videntur, quod hunc anno 1493. quo tempore Philippus Decius matutinam & ordinariam juris canonici cathedram regebat, ad idem onus ſuſtinendum vocaverint cum ſtipendio CCC. Florenorum. Is non ultra annum docuit, nam non. Octobris an. 1494., ut monumenta Academiae teſtantur, ipſis Praefectis libentiſſimis, munus ſuſcepit judicis cauſſarum, quae ad mercaturam pertinebant.

Illuſtre fuit nomen Gori, ſeu Gregorii Gherii Piſtorienſis, non ſolum quia doctrina excellere putabatur, ſed etiam quia optime meritus de Mediceorum dignitate fuit. Ipſe quamvis ab ineunte adoleſcentia juris prudentiae ſe ſe conſecraverit, in philoſophia tamen, & in humanioribus litteris, quae erat magna laus in illius aetatis juriſconſultis, non mediocre tempus conſumpſit. Volebat enim illam turbam effugere juriſconſultorum, qui id curabant unice, ut multa legum capita uno ſpiritu recitare poſſent. Qui primo apud nos docuit jus Pontificium, ad Caeſareum explicandum an. 1495. vocatus eſt, ſed cum in illa

tempora ſane moleſta & calamitoſa Mediceis, quibus totum ſe ſe dederat, incurriſſet, ipſe quoque multa & varia perpeſſus eſt. Reductis vero in patriam & in priſtinam dignitatem ipſis Mediceis, qui ab anno 1512. ad annum uſque 1527. non auctoritatem modo, ſed & imperium tenuere in ſuos, Gherius tantum gratia valebat, ut multi in eo & praeſidia periculis, & adjumenta honoribus invenerint (1). Ipſi etiam Piſani (& Piſas rediiſſe videtur cum ipſa Academia) illo & adjutore, vel potius miſeriarum deprecatore uſi ſunt, magniſque illius beneficiis ſuſtentati atque ornati non deſinebant illum *Patronum*, *Protectorem* & *Advocatum beneficentiſſimum* appellare Neque ceteris modo, ſed & ſibi conſuluit. Creatus eſt enim an. 1518. a Leone X. Fanenſis Epiſcopus, quo munere decennio poſt ſe abdicavit, cum obtinuiſſet, ut in locum ſuum ſufficeretur Coſmus fratris filius, cujus pudorem notum, & mortem illuſtrem reddidit Aloyſii Farneſii hominis ad omne facinus ſuſcipiendum prompti (2) libido atque iniquitas. Habuit a Leone quoque alia & benevolentiae, & judicii teſtimonia, praefectuſque ab eo fuit Parmae & Placentiae urbibus, in quibus gubernandis diligentiam & fidem praeſtitit ſingularem. Quanti vero illum faceret Clemens VII. ex eo cognoſci poteſt, quod juſſerit eum ſedere ad gubernacula Bononiae & Ravennae iis temporibus, quibus hae civitates ſubjectaeque illis provinciae ſcientiſſimo ſane gubernatore indigebant. Bononiae vero diem obiit ſupremum an. 1528. & in S. Petronii ſepulcri monumentum habuit. Miror equidem Benedictum Varchium eum ſuperbum & inurbanum appellaſſe (3). Contra id multi illum magnifice laudarunt, & quamvis in ejus laudibus effuſus mihi fuiſſe videatur Jo. Hannibal de Canonicis, minime tamen pigebit ejus epiſtolam in-

---

(1) *Vid. Lamium* in Memorabilibus Italorum Tom. II. P. II. pag. LVI.
(2) *Vide Varchium in fine operis, quod inſcripſit*; Storia Fiorentina.
(3) *Lib. II. Hiſt. Florent.*

infra exſcribere ad ipſum Gherium, quod hunc ille non ſolum laudibus ornat ſuis, ſed etiam honorat alienis (1) ea recenſens munera, quae a juſtis meritorum illius aeſtimatoribus accepit.

Y

(1) Reverendiſſimo in Chriſto Patri D. D. Goro Gherio Piſtorienſi, Epiſcopo Fanenſi & Gubernatori Apoſtolico Bononiae ac totius Romandiolae & Exarchatus Ravennae Vice-Legato ... Jo. Hannibal de Canonicis Juris civilis Publicus interpres felicitatem optat.

Solonem illum ex ſeptem Graeciae Sapientibus, omniumque virtutum genere exemplar, primumque apud Athenienſes Legum conditorem, dixiſſe memorant Scriptores, tunc Reſp. recte ſancteque adminiſtrabitur, cum ejus Rectores leges habebunt, & legibus vivent. Quae in te omnia, Reverend. Princeps, eſſe videntur, cum longe majora praeſtes, ac praeſtita fuerint, quae non ſolum Thuſcia ac Gallia Ciſalpina, & Picenum, ſed etiam reliquae partes Italiae admirantur. Nam in te quanta ſit philoſophia illis & omnibus innoteſcit. Cum in tua juvenili aetate ita in utraque cenſura profeciſti, ut uno admiratu Doctoratus inſula inſignitus fueris, & cum adhuc tuae aetatis 21. annum vix attingebas, apud omnes alterum Solonem Draconemque merito habitus eras. Quocirca in Piſano Gymnaſio ad ſacrarum legum interpretationem devenire meruiſti, ut doctus, eruditus ac miles veteranus ob tuarum ſcientiarum virtutes in Jure Pontificio ad Ordinariam poſitus eo tempore, quo Piſanum Gymnaſium ſub Magnifico Laurentio Medice, altero Mecaenate florebat; & tunc temporis quanta tua praecelluit exiſtimatio! Profecto abſque aliorum injuria nemini ſecundus, omnes non ſolum te in litterarum paleſtra obſervabant, immo & timebant, & ut ita dicam ſolum ob Gorii nomen expaveſcebant: quo fit, ut tua tanta creverit auctoritas apud illam divinam Medicorum proſapiam, ut in tuo arbitrio imperium ſceptrumque eorum poſitum fuerit & ſit. Nam temporibus Sanctiſſimi Leonis Pontificis maximi tota etiam Thuſcia tuo voto regebatur, & ab eo electus in Epiſcopum Fanenſem, & utinam Sanctiſſimus Clemens Pont. Max. modo te rubro exornaret galero. Dii ad vota ſecundent. Inde ab ipſo SS. Leone P. M. poſt victorias contra Regem Gallorum habitas non immerito tibi imperii Parmae Placentiaeque, civitates redemptae, gubernationem commiſit, tamdiu bene optimoque dictamine regiſti, ut nullus te

Stephanus de Meclo Luſitanus ipſius Luſitaniae Regis commendatione vix biennium Pontificias leges apud nos interpretatus eſt, & Luſitanorum rationem tum habendam Moderatores cenſuerunt, quia eorum multi ad Academiam concurrebant (1). Ne diutius vero in hac mane-

ab illis recedente fuerit, quin veluti a patre ſuo orbati collacrymaſſent, & dum ipſi te tam acerbe lacrymabant, tunc Bononienſes ſumma laetitia afficiebantur ob eorum tibi gubernationem a SS. Clemente P. M. commiſſam. O felix Reſpublica & quidem felix ob privilegia dotium tanti viri! Nonne tuo moderamine, tuoque ingenio in elapſa aeſtate, dum ad invicem ſeditiones in Bononienſium civitate cum magno diſcrimine tumultuabantur, ſedaſti, ut merito illud Platonis de moderatoribus Reipublicae in te comprobatum ſit, dum inquit, utilitatem civium ſic tueantur, ut quidquid agant ad eam referant, obliti commodorum ſuorum, ut modo dici valeat, ubi Gorus eſt, ibi Catonis majeſtas adeſſe arbitrabitur? Quid ulterius egrediar? Si mihi in ſcribendo maximi Oratoris eloquentia adeſſet, quotam laudum tuarum enarrare non ſat aptus eſſem. Quapropter, Rev. Princeps, volutans quid carius aut agere tradereve poſſim, theſaurum flocci facis, virtutem ad ſidera tollis, in qua philoſophi ſapientes ſummum bonum collocarunt, ut de Biante Solonèque dici ſolitum eſt: & quamvis inter ſacrarum legum Doctores quaeſo tamen hanc dedicatam Repilogationem *L. poſt contractum Dig. de Donat.* laeta, qua omnia ſoles, fronte ſuſcipias, licet non ita digeſtam, ut tuae Rev. Dominationi conveniat; ſaltem adſcriptitii animum accipias, & ob tuam tamen laudabilem integritatem omnes uſurpatores ac tabidi, invidique detractores penitus ceſſabunt, & inviolabiliter pervagabitur. Vale, unicum virtutis exemplar, tuumque Jo. Hannibalem de Canonicis commendatum habeas. Iterum vale. Bononiae III. Id. Aprilis 1528.

(1) *Has litteras dederunt Moderatores* ad Sereniſſimum Regem Portugallienſium & Algarbiorum citra & ultra mare in Africa, atque Domino Guinae.

Sereniſſime Rex & excell. Princeps.

Accepimus litteras Majeſtatis veſtrae, quibus nobis commendat dominum Stephanum & dominum Ludovicum de Meclo fratres, nobiles juvenes cives

ret Meclo, fecit gravis quidam & miſerabilis caſus fratris, quem innuunt, minime vero declarant illius aetatis monumenta. Diſcedenti ablati fuerunt libri reliquaque ſupellex, tanquam pignora creditorum, quibus ſatisfacere coactus fuit. Illi quidem minime deerat ingenium, quod acuerat Piſis ſub optimis praeceptoribus Decio atque Soccinio.

Hi & principes ad ſuſcipiendam atque ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum fuerunt Laurentio Franciſci Cecchii Piſcienſis Filio, qui ſive cauſſas in foro defenderet, ſive e ſuperiori loco Eccleſiae canones interpretaretur, *peregregius J. U. Doctor*, ut de eo Decius ipſe memoriae prodidit (1), habebatur & erat. Commovebatur ipſe maxime pro ſuo in Academiam ſtudio, quod haec duriori conflictaretur fortuna, & ſedem ſtabilem, domiciliumque certum minime haberet, quare an. 1502. poſtquam ſexennium illi operam ſuam navaverat, in patriam rediit, renunciatuſque eſt Piſcienſium Parochus, vel, ut tum appellabatur, Plebanus, cum locum illi dediſſet ipſius patruus Julianus. Ad augendam civitatis dignitatem & decus an. 1519. obtinuit a S. P. Leone X. ut ipſa ſuum ſacrorum praeſidem (Praepoſitus vocabatur) haberet, quo munere cum idem uſque ad an. 1541., quo vitam finivit, functus omnium primus fuiſſet, palam fecit divinae mentis ſapientiſſimum interpretem quidquid aliis praecepit diligentiſſime executum fuiſſe.

---

veſtros, & noſtri Studii alumnos: quas libentiſſime legimus, & quanquam ſponte noſtra dictis juvenibus cum propter ipſorum virtutes & bonos mores, tum propter Portugalliae nationem, quam diligimus plurimum, parati eſſemus omnibus modis favere, tamen ad id faciendum libentius nos veſtrae Regiae Majeſtatis litterae incitarunt. Quapropter ut ſuperiore anno noſtri Praedeceſſores fecerunt, ita nos quoque ipſum Dom. Stephanum ad legendum in noſtro Studio lectionem Juris Pontificii, quam petierat, cum honeſtis conditionibus deſignavimus, parati, quoad fieri poterit, omnibus in rebus libenter gratificari. Die lunae XXV. Septembris 1496.

(1) Tom. V. Cons. 123.

Digitized by Google

Multi alii apud nos fuere, quibus Leo X. honores habuit non vulgares, ex iiſque commemorandus etiam videtur Joannes Franciſci Albitii Florentini, & Magdalenae Ridolfiae Filius, qui exeunte anno 1497. cum eſſet annorum ſeptem ſupra viginti, inter ſacrorum canonum interpretes fuerat numeratus. Ex his cum Pontifex optimos viros legeret, quorum opera uteretur in adminiſtranda republica, non poterat legere non ſtudioſos ſui. Itaque Albitium praefecit Ariminenſium urbi, aliis decoravit muneribus, & ditibus auxit ſacerdotiis. Dum vero ſpe etiam uberiore ejus fovebat induſtriam, mortem obivit, quo caſu perculſus Albitius in patriam rediit, & cum eſſet otio ſtudioque, & divitiis etiam abundans, haec omnia contulit ad civium ſuorum utilitatem. Obiiſſe creditur an. 1522.

è certo che non nel 1680. morto inalo.

Iis temporibus, quibus pene perculſae & proſtratae jacebant res Academiae, ut pecunia deeſſet ad invitandos exteros homines doctrina claros, inveniebantur in ipſa urbe Florentia diſciplinarum magiſtri, qui modica mercede contenti eſſent, quique in ipſo munere docendi non avaritiae, ſed bonitati inſtrumentum quaererent. Inter eos profecto excelluit Carolus Angeli Niccolinii filius, qui natus an. 1474. clariſſima familia, cum eximium a natura nactus fuiſſet ingenium, tranſtulit illud praeſertim ad ſacrorum canonum cognitionem. Horum interpretandorum munus obtinuit an. 1498., & ſi non poſteritati ſervivit editis ingenii monumentis, ſervivit quidem patriae & familiae, cum in conſilio capiendo prudentia, & in dando fides & religio nunquam illi defuerit. Sententiam ejusdem aliquando exquiſivit Petrus Delphinius *de penſionibus, quas ſibi Beneficiis renunciantes reſervant*, & ea reſpondit, quae cum iis legibus, quas publice interpretabatur, mirifice congruebant (1). Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate unquam a via recta deduci potuit, (innata enim illi eſſe videbatur probitas gratuita) quam virtutem

(1) *Ejus epiſtolam vid. apud Marten. & Durand.*

ſuſpexit, ſummiſque extulit laudibus vel ipſe Carolus VIII. quando inimicus erat Florentinis. Cum vero amicus iis factus fuiſſet, Niccolinium calcaris aurei inſignibus, aliiſque honoribus decoravit, quae ad memoriam illius doctrinae & virtutis propagandam haud mediocriter conduxerunt. Ex Maria Capponia Thomae Gini filia liberos ſuſcepit paternorum ſtudiorum aemulos atque imitatores eximios.

Anno 1515. quando Academia in domum veterem remigravit, juſſus eſt Joannoctius Capponius, qui antea Florentiae jus civile docuerat, Pontificium explicare, aſſignato illi competitore Matthaeo Neruccio. Vel a prima adoleſcentia liberalibus diſciplinis vacaverat, ſeque plurimum in foro exercuerat, ut in optimis patronis numeraretur. Pertaeſus vero & fori & ſcholae, poſtquam decennium et amplius Academiae operam praeſtiterat ſane diligentem, alia quaeſivit munera, et Praetor Caſtrocarium et Petram Sanctam gubernavit. Auctor eſt illius amicus Benedictus Varchius illam priorem praefecturam idcirco ſuſcepiſſe, quod nihil minus volebat, quam neceſſitatem ſibi aliquam imponi obeundae legationis ad Hiſpaniarum Regem, quae ſane erat periculi et invidiae plena; illam vero alteram ſic geſſiſſe, ut fuga ſalutem quaerere coactus fuerit (1). Iter aliquando Romam ſuſcepit defendendi cauſſa jus familiae ſuae in Hoſpitium, quod nuncupabatur *Alti Paſſus*, quodque a Sixti IV. uſque temporibus obtinebat, ſed quo majori ſtudio arripuit patrocinium aequitatis, eo majorem illi fruſtratio attulit dolorem (2). Rem tamen non fecit deteriorem, haud ſcio an jam fructuoſiorem. Nam a Coſmo I. Florentinorum Duce, compenſandi cauſſa quod violatum erat, in ampliſſimum Florentinum Senatum cooptatus honorificentiores praeturas, Volaterranam, Cortonenſem ac Piſtorienſem, aliaque munera geſſit, in quibus ſingularis integritas illius et fides multis magniſque in rebus ſpe-

(1) *Lib. IV. & X. Hiſt. Florent.*
(2) *Vid. Lamium* in Deliciis Erudit. Tom. XVI. p. 1316.

ſtatae fuerunt. Vir ad magna natus naturae debitum reddidit anno 1563. cum eſſet octogenario major.

Non inferior certe doctrina Capponio erat Nicolaus Soderinius Thomae junioris filius. Quamdiu ſtetit Gymnaſium noſtrum, ad quod venit an. 1515. nunquam illud deſeruit. Ipſo vero corruente cum Republica Florentina, huic ſpiranti jam jam quam potuit opem tulit, cum anno 1527. ſediſſet, ut appellabatur, Libertatis Prior. Sed tum populi libertas magis in mandandis hujuſmodi magiſtratibus, quam in gerendis apparebat, cum jus omne indigniſſimi magiſtri mutandae civitatis ac parricidae ignorarent, & ad arma res ſpectaret. Si tibi vero Soderinius videbitur liberior fuiſſe in accuſanda Mediceorum ambitione, & inconſtantia eorum, qui ſe modo his, modo vendebant illis, dabis id patriae amori, & deſiderio laudis obtinendae, quam magis florere in generis ſui gloria viderat. Cum angeretur vero animo in illum deveniſſe ſtatum Rempublicam, ut conſilii, ingenii, auctoritatisque arma, quae didicerat tractare, quibuſque ſe aſſueſecerat, fruſtra eſſent, ceſſit e vita, ſuo magis quam reliquorum bonorum & fortium civium tempore, qui quotieſcumque de clariſſimo viro cogitabant, illius mortis opportunitatem benevolentia potius, quam miſericordia proſequebantur.

Reddita Piſis Academia, illarum civium quoque habendam rationem putarunt Florentini Patres. Itaque Franciſcum Lanthem Friderici filium ad ſacrorum canonum cathedram evexere, qui cum ſatis verſatus fuisset in cauſſis, & probaſſet jam Florentinis ipſis quantum dicendo posset, cum ſemel atque iterum patriae nomine legationem ad eoſdem obiiſſet (1) nemini dubium eſſe poterat, quin cum dignitate munere ſuo functurus eſſet. Et ſane conceptam de ſe opinionem minime ſefellit, & vel iis temporibus Academiae ſervivit, quando illa iterum ad inte-

(1) Fabbruccius in opuſculum XII. orationem retulit, quam ipſe Florentiae habuit.

ritum vergere videbatur, ob pravitatem hominis, qui a majoribus degener non ſolum patriae libertatem, ſed omnia pene illius ornamenta extinxerat. Obiit enim an. 1535.

Lanthes collegae fuere illius cives Jacobus Compagnius & Joannes Baptiſta Lancellotti Galletti filius, qui fori inimici maluere tenui mercede florenorum XXV. e ſuperiori loco Pontificia tractare, quam majori emolumento cauſſas agere. Gallettus vero cooptatus in Canonicorum collegium, primum locum inter eos tenuit, cumque ipſius collegii nomine Romam miſſus ad Leonem X. S. P. fuiſſet, captus urbis ſplendore, & praemiis, quibus affici ſolent homines, ut erat ipſe, ingenio, doctrina virtuteque praediti, ibi ſedem fortunarum ſuarum collocavit. Quam carus fuerit Summis Pontificibus Clementi VII. Paulo III. & Julio III. & quae ab iis obtinuerit munera, ex ſequenti patebit inſcriptione, quae eſt poſita in illius monumento, quod eſt in Aede S. Mariae ad Minervam. Fortaſſe is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma & aegra valetudine fuiſſet.

Lanthis

D. O. M.

Joanni Bapt. Galletto Patritio Piſano viro integerrimo ingenio & prudentia inſigni. Clementi VII. & Paulo III. Pontificibus maximis ob egregiam in magnis rebus operam navatam in primis charo. Fiſci Apoſtolici aliquandiu ſeptemviro, ac deinde Praeſidi. Demum Julii III. primo Oeconomo, qui annum agens LXIV. VI. id. Julii MDLIV. feliciſſime migravit.

Etſi ea acciderint tempora, calamitoſa ſane Reipublicae Florentinae, quibus multi deflebant judiciorum vaſtitatem & fori, non ſic tamen obmuteſcebat juris prudentia, ut illam exercenti nullus fructus, nullaque gloria propoſita eſſet. Qui huic diſciplinae dant operam, dant prudentiae, qua ne maximis quidem in bellis, maximiſque civilibus diſcordiis aequo animo carere quiſquam poteſt. Sane huic ſcientiae niſi magnus ſemper habitus fuiſſet honos, nobiliſſimi Florentinorum illi o-

Digitized by Google

peram minime navaſſent, ex iiſque alios inveniemus, qui praeclari magiſtri extiterunt, alios, qui fori lucem quaeſierunt, alios, qui intra parietes aluerunt gloriam ſcribendi & reſpondendi conſulentibus, alios demum, qui domeſtico labori addiderunt forenſem. His omnibus laudibus fuit ſane clariſſimus Alexander Antonii Malegonellii nobiliſſimi Juriſconſulti, qui apud nos per plures annos jus civile docuerat, & Magdalenae Acciajoliae Filius, qui poſtquam eximium ingenium exercuerat in humanioribus litteris, ut ejus poeſis ſuavitate interdum exhilarata ſit Florentia civitas (1) facile ad cauſſas forenſes tranſtulit. Verum antequam in foro verſaretur, 1518. cum eſſet annorum XXVII. juris Pontificii cathedram aſcendit, quod ad famam praeparandam maximi exiſtimavit. Quale ingenium ad bene docendum, talis mens fuit in ipſo ad Rempublicam bene gerendam. Nam praeter quam quod optimus illis temporibus eſt habitus patronus, neque ſolum civilis & pontificii, ſed etiam criminalis juris peritiſſimus (quanquam in criminibus vindicandis, cum eſſet in Octovirum collegio, nimium ſeveritati indulſiſſe videatur (2)) conſilio tum in publicis, tum in privatis rebus aderat omnibus, legationes obivit ad Pontificem & Mediolani Ducem Paullum III. Praeturas Volaterranam, Piſtorienſem & Piſanam geſſit, Senator a Cosmo I. Florentinus creatus omnia, quae ampliſſimi collegii munera erant, diligentiſſime adminiſtravit, talis denique vir fuit, ut nec ſapientia, nec continentia, nec pietate, nec ullo genere virtutis quemquam illius aetatis ipſi anteferendum putem. Mortem obivit an. 1555. pluribus ex Comitiſſa Cavalcantia relictis liberis.

Huic paullo inferior aetate, par vero munere fuit Bonus Capellius, ipſe quoque Florentiae nobili genere natus, qui quamvis tot

(1) *Vid.* Canti Carneſcialeſchi Part. I. p. 161.

(2) *Vide quae de eo narrat Bernardus Segnius in Hiſtoriis Florentinis lib. IX. p. 234.*

Digitized by Google

tot laudibus minime ornatus fuerit, juris tamen ſatis peritus, & antiquitatis gnarus habitus eſt. Verum cum hic, & qui non multo poſt conſecuti ſunt Cinus Ponius Piſanus, Philippus Presbyter, Petrus Berti de Filicaja Florentini, Philippus Miniatus Pratenſis, & Fortunius Gratia nihil omnino ſcripti reliquiſſent, quid judicandum ſit de illorum doctrina non facile ſtatuere poſſumus. Ponius quidem cauſſas ſtudioſe recipiebat, & diligenter defendebat, et cum inter Patriae advocatos adlectus fuiſſet, illi mirifice profuiſſe ſcriptum inveni.

Reſtat ut de Joanne Croto, Caſali, qui tum erat in ditione Marchionum Montis Ferrati, honeſtiſſima familia nato, dicamus. Porro nemo dubitat, quin inter juris Pontificii interpretes, qui Piſis fuerunt, quando his reddita fuit Academia, principem locum obtinuerit. Decretum, quo ille ad hoc munus exercendum vocatus fuit, his verbis ſcriptum eſt. *Die 21. menſis Auguſti 1516. Magnifici Officiales Studii civitatis Florentinae & Piſanae in ſufficienti numero adunati.... conduxerunt Dom. Johannem Crotum de Monteferrato ad legendam in Studio Piſarum Lecturam Ordinariam Juris Canonici de mane, pro tempore trium annorum inchoandorum die prima menſis Novembris proxime futuri, cum ſalario quolibet anno Ducatorum D. auri largorum, & in auro*. Docuerat ipſe antea utrumque jus tum Ticini, tum Bononiae, qua in urbe aemulum & competitorem habuit Carolum Ruinium, cui ſane doctrina, ingenii acumine & diſcipulorum nobilitate concedebat. Multa ſcripſit (1), ac ut eſt judicium

(1) *Haec recenſet Croti opera Fabbruccius. Opuſc. XII. p. 64.* In Rubr. Decretal. de Appellat. & mult. ejus Capit.: In Rubr. de Jurepatron. & var. ejuſd. Capit.: In Rubr. de V. O. & diverſ. LL.: In L. Omnes Populi ff. de Juſtit. & Jur.: In. Rubr. & L. I. & L. Soluto, & L. Si conſtante ff. ſolut. Matrim. &c.: In L. Gallus ff. de Liber. & Poſthum.: In Rubr. ff & L. I. & L. Non ſolum de nov. Oper. nunciat.: In L. Si is, qui pro Emptore ff. de Uſucapion.: In Rubr. & L. primam, & L. Nemo poteſt

Marci Mantuae, ejus *repetitionibus* adeo delectantur legum ſtudioſi, ut prae iis cetera illius ſcripta non modo flocci faciant, ſed & ſtomachentur. Illas quidem ordo, perſpicuitas & copia plurimum commendant. Ille mirabilium rerum narrator Pauzirolius ait famam fuiſſe, Crotum, dum Bononia Piſas iter habebat, diverſabaturque in hoſpitio, ob ortam inter famulum illius & cauponem rixam percuſſum fuiſſe, & intra paucos dies obiiſſe. Quae narratio, ſi ad primum referatur iter, redargui ac convinci poteſt certiſſimis monumentis, quae teſtantur ipſum Piſas veniſſe, ibique Pontificia jura ſaltem per annum docuiſſe. Verum quo loco & quo mortis genere vitam finierit non ſatis compertum habeo. Bononiae quidem ſepulcri monumentum habuit a Magdalena Landia Bononienſi illius uxore, in quo haec poſita fuit inſcriptio:

D. O. M.

Jo. Croto Monſerrat. Pont. Caeſareique juris Monarchae, qui diu Bononiae floruit in utraque Palaeſtra, inde Piſas evocatus deſerti jampridem Gymnaſii Inſtaurator, fato conceſſit. Magdalena Landa Viri B. M. oſſa referens, aere proprio hoc monumentum faciendum curavit.

Praeter hos, de quibus mentionem fecimus, juris Pontificii interpretes, ſunt alii non pauci, qui quod plus operae dederunt explicandis quoque civilibus legibus (facile enim ex una in alteram ſcholam transferebantur, & quandoquidem etiam utramque regebant) in Romani juris magiſtrorum locum rejiciendos putavimus, de quibus nunc dicendum ſupereſt.

---

ff. de Legatis, & Fideicommiſſ. I. Conſil. Volum. tria: Tractat. de Teſtibus cum Addit. Jo. Campegii &c.: Item in Cap. Quia in omnib. aliaque Capit. de Uſuris: In L. I. ff. de acquirend. Poſſeſſ.: In L. Frater 38. ff. de Condit. Indeb.: De eo, quod certo loco, & condit. Tritic.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Juris Civilis Magiſtris.

SAtis ſupra expoſuimus qui ſtatus eſſet juris prudentiae ante Alciati tempora, qui antiquitatis ſtudio, teſtimoniorum ſinceritate, & eruditionis ſubſidio, vulgaribus interpretibus non raro redargutis, auditores ſuos ad novum interpretandi leges genus traduxit, nobiliſſimamque diſciplinam humi ſtratam in priſtino dignitatis gradu collocavit. Expoſuimus etiam quibus in officiis verſari debebant Juris prudentiae Doctores, & quae eſſent ea, quae capiebant ſuffragia Gymnaſiarcharum, & diſcipulorum admirationem atque benevolentiam. Reſtat nunc, ut de ipſis Doctoribus ita dicamus, ut facile intelligi poſſit qui clamatores & veteratores fuere, & qui ita *legibus vacarunt*, ut de ſe ipſo ajebat Alexander Tartagnius, *ut ſcirent, non ut eas venderent*. Credibile autem eſt magnae curae fuiſſe Florentinis Patribus, ut, cum de renovanda Academia deliberarunt, tales eligerent magiſtros, qui in eo ſcientiae genere, quae ceteris dignitate atque utilitate anteire putabatur, & ob quam praeſertim magni ad Academias fiebant concurſus, famam jam doctrinae collegerant, aut facile colligere poterant. Si qui vero erant, qui ſuo nomini vellent ex aliorum laboribus libare laudem, aut cum currere inceperant, medio in curſu conſiſterent, aut modeſtia impedirentur, ne e carceribus exirent (nihil enim tam famae iis temporibus oberat, quam venari laudem modeſtiae in iis re-

Digitized by Google

bus, in quibus licebat omnibus eſſe (1) impudentes) minimeque arroganter pollicerentur ſe artem tenere, quae docebat non modo res va-

(1) *Quanta eſſet arrogantia illius aetatis magiſtrorum, & eorum maxime, qui huc & illuc concurſabant, hae Praefectorum Academiae litterae declarant ad magiſtrum Petrum de Certaldo Patavii commorantem.* Magna profecto patientia praeditum eſſe oporret, qui aequo animo ferre poſſet Doctores ſeculi hujus. Nam ſi paullo antecellant, adeo moroſi ſunt, adeo pecuniae avidi, ut expleri nequeant. Qui vero ſcientia & virtute parum valent, tanta vecordia tenentur, ut non pudeat poſtulare cum doctioribus honore & praemio eoaequari. Omnes autem adeo partium ſtudioſi, adeo vel minimarum rerum ſuperſtirioſi aeſtimatores ſunt, ut aſſiduis nos querelis exanimenr, praecipue indocti. Maxima pars omnium tanti ſe facit, ut nihil ſit arroganti Doctore intolerabilius. Haec nos praefari ſumus, ut errata tua excuſemus &c. &c *Quanquam haec & alia hujuſmodi ferre deberent Praefecti Academiae, ſingulari tamen bonitate multorum arrogantiam leniebant, nullique non parcebant ſtudio, non ſolum ut optimos Praeceptores Academia Piſana, ſed & aequiſſimos judices Florentinorum civitas haberent. Utraque enim res illis lege commiſſa erat. Ad hanc rem declarandam hae ipſorum Praefectorum litterae teſtimonio erunt.*

Ad civitates & municipia Flaminiae,
Piceni & aliarum gentium.

Judiciorum genera multa ſunt in civitate noſtra, amici chariſſimi, ſed in tribus praecipue utimur jureconſultis, & iis quidem alienigenis. Unum enim praeficimus Appellationum foro, alterum Mercatorum litigiis dirimendis, alios duos addimus urbano Praetori collaterales. Nobis autem cum a populo Florentino cura haec data eſſet, viſum eſt ad vos ſcribere & rogare, ut ſi placet per veſtras litteras nos certiores faciatis, qui jureconſulti apud vos ſint, aut in veſtris municipiis juris ſcientia & probitate praeſtantes, qui cupide hujuſmodi officia obituri videanrur. Nam diverſa ſunt illorum tempora & praemia. Siquidem Judici Appellationum mille

tias & diſpares in tot juriſconſultorum libris ſparſas, & vage disjectas eligere, & ad legum capita redigere, ſed novas etiam ſententias parere ac gignere, neque a natura ſatis bona latera habuiſſent ad ferendum laborem diſputationum, facile ab Academia movebantur. Vereor ne nimius eſſe judicer in notandis animadvertendiſque majorum noſtrorum vitiis, praeſertim cum minime periculum ſit, ne ad eadem, vel illis finitima & propinqua relabamur. Sic enim philoſophia in omnibus non modo ſcientiis, ſed etiam in artibus dominatur, totque extersit maculis illam, de qua nunc loquimur, juris prudentiam, atque tot ſubſidia paravit ad concipiendam ſapientiam, ut nil minus timere debeamus quam ſuperiorum ſaeculorum barbariem. Ii qui ſciunt, quibus ex cauſſis malum dimanaverit, quidque aliis acciderit, facile ex aliorum eventu ſuis rationibus poſſunt providere. Sed jam ad propoſitam rem veniamus.

Bini ex Peruſino Gymnaſio ad nos venerunt Juriſconſulti ſane illuſtres, quorum de ingenio ex eorum ſcriptis exiſtimari poteſt. Fuerunt hi Petrus Philippus Corneus & Baldus Bartolinius, quorum uterque in ipſa Peruſia urbe nobili genere natus erat. Ille prior praeceptorem habuit in juris prudentia praeter Benedictum Capram, Jonnnem

---

ſexcentae uno in anno librae noſtro more, mercatorum vero Judici mille trecentae uno item in anno conſtitutae ſunt. Sed permittuntur huic emolumenta non pauca. Collateralium autem ſemeſtre officium eſt, & ſalarium librarum quingentarum viginti. Neque putetis ab re factum eſſe, ſi apud vos ejuſmodi, ut ita loquamur, judices quaerimus. Perfertur enim ad nos urbem iſtam & municipia veſtra ejuſcemodi viris refertam eſſe. Fidem autem (nobis credite) maximam habemus, non niſi optimos ad eam rem viros daturos vos nobis. Speramusque Reip. noſtrae melius conſultum iri, ſi nomina illorum, quos idoneos judicaveritis, prius per epiſtolam declaraveritis, qui a nobis peritiae, morumque ipſorum inſciis eligantur. Hoc in praeſentia nihil gratius facere nobis poteſtis. Valete.

Digitized by Google

Despondit vel Despopondit

Petruccii Sperellum, quo nullus iis temporibus notior erat. Captus hic juvenis ingenio, illi, cum ex ephebis nondum exceſſiſſet, unicam ſuam filiam deſpondidit. Ex hac plures ſuſcepit liberos, in quos etſi effluxerint multa ex patris diſciplina, non tamen illius gloriam aequarunt. Erat memoria ſumma, pollebat mentis acumine, ſic ut quamvis imparatus ſemper aggredi ad diſputandum videretur, ita eſſet paratus, ut ejus adverſarii nunquam viderentur ſatis parati ad reſpondendum atque ad cavendum. Idem quanquam carebat laude eleganter loquendi, non ſic tamen inquinate loquebatur, ut Juriſconſultorum turba, & nihil illo erat copioſius in interpretando, in definiendo, in colligendis argumentis atque exemplis, in explicanda aequitate. Quare minime eſt mirandum, ſi Marſilius Ficinius, dum ei gratulatur, quod Franciſcum Soderinium ſummae ſpei adoleſcentem erudiendum ſuſcepiſſet, in ipſo ſe cernere & revereri dixit imaginem perfecti juriſconſulti (1). Tanti viri opera non mediocri ſane mercede conduci poterat. Itaque Gymnaſii Praefecti eidem DCCCCL. Florenorum ſtipendium aſſignarunt. Anno poſtquam ad nos venerat, cum mirifice eſſet ſollicitus quid de ſe decernerent ipſi Praefecti in eo, quod pertinebat ad docendi tempus, confidentissime dixit, indecorum ſe nihil paſſurum, quod in Lyceo, in quo antea verſatus fuerat, neminem ſuperiorem habuerat, & quod in Piſano diligentiſſime ſemper ſatisfecerat officio ſuo (2). Nihil frequentius erat iis temporibus hujuſmodi querimoniis, nec unquam deerant Doctores, qui nimium ſibi praefidentes aut peterent, aut ſe ceſſuros negarent locum, qui ceterorum judicio erat primus. Si ſecus decre-

(1) Lib. I. ep. 99.

(2) *Hac de re vide etiam Laurentii Medicei vitam Tom. II. p. 83. Extant ad ipſum Laurentium Guidantonii Veſpuccii Florentinorum ad Pontificem Legati litterae, ex quibus cognoſci poteſt nihil non egiſſe aeſtate an. 1484. Veſpuccium, ut Corneus (erat enim hic tum Romae) ad Academiam rediret, ſed haec fruſtra fuerunt.*

viſſent Patres pro bono Academiae, abeundi veniam ſtatim petebant. Triennium quidem apud nos manſit Petrus Philippus, ad annum ſcilicet uſque 1476. & juſtam abeundi cauſſam ſe habere dixit, quod non invitaretur modo, ſed etiam juberetur a Summo Pontifice redire ad patrium Gymnaſium (1).

Conjunctus fortuna & ſententiis, ut et patria, cum eo eſſe videbatur Baldus Bartolinius, quare avulſo uno alterum deficere neceſſe erat, & e re Academiae eſſe putabatur hanc tantis viris uno eodemque tempore non orbari. Itaque mandatum datur Donato Acciajolio, qui Praeturam Piſarum gerebat, de illis a propoſito deducendis. Sed fruſtra ejus exhortationes & ſtudia fuerunt, ut ex ipſius litteris ad Vexilliferum Juſtitiae intelligi poteſt (2). Bartolinius quidem ſe rogari paſſus

---

(1) Magnifici Domini ac benefactores noſtri praecipui. A queſti giorni ſcrivemmo della mente della S. di N. S., poi n' è ſtato preſentato il Breve di S. S. Potranno le S. V. vederne il tenore. Havemo anco inteſo che la Santità ſua ha ſcripto alla città di Perugia haverci revocati alla patria. Ne pare debito darne adviſo ad V. S. ad fine provediati a lo biſogno de lo Studio de V. S. come a quelle parrà opportuno. Parati ſemper ad omnia &c. Piſis die 17. Maii 1476.

Filii & ſervitores Baldus de Bartolinis
Doct. U. J. & Advocatus Conciſtorialis,
Petrus Philippus a Corno U. J. Doctor.

(2) Donatus Acciajolus Piſarum Poteſtas Thomaſio de Ridolfis Vexillifero Populi Florentini. Magnifice Dom. Ho parlato a lungo con meſ. Baldo & con meſ. Pietro Filippo, & veggo che el penſier loro ſi può dire eſſer fermo di partirſi di quì, & dicendo ſotto brevità qoello che loro dicono in lungo diſcorſo, allegando dua cagioni. L'ona che dicano che havendo ſcripto coſtì all' Uffizio voſtro & mandato la copia del Breve del Papa, ſignificandovi che biſogna provvedere per altra via che per la loro a far-

Digitized by Google

ſuiſſet, ſed verebatur collegae potentiam & turbulentum ingenium. Ille in ſecuritate & tranquillitate animi beatam vitam poſitam eſſe putabat, Corneus in quodam ſplendore, & quod aliquando ſe civilibus diſcordiis immiſcuit, alienas terras quaerere coactus fuit. Redditus autem patriae plura in ea adminiſtravit munera, honorificentiſſimas obivit legationes, & quod ſui officii maxime putabat, multorum controverſias tanquam honorarius arbiter judicavit. E vita deceſſiſſe videtur an. 1494. cum ageret tertium ſupra ſeptuageſimum aetatis annum. Plura illius extant ſcripta, atque ex his *Commentaria in ſingulas Digeſtorum partes*, quae ſerius inventa non ſtatim cum ceteris illius operibus vulgata fuerunt.

---

lo contento, & mectendo nelle mani voſtre il modo a provvedere, non è paruto loro che voi ne habbiate preſo una gran cura nè di farlo, nè di riſponder loro. L'altra, che veduta la volontà del Papa, che può loro comandare, & ſimilmente inteſo, che molti cittadini Perugini, andando a Roma per altro, havevano richieſta la S. S. della loro ternara a Perugia, che non vedeano modo di poter far reſiſtentia a chi gli era ſuperiore. Fu riſpoſto per me alla prima parte, che dello Ufficio voſtro non ſi poteano in alcun modo dolere, perche ſapeano, che havendo loro facto la condotta per dua anni l'uno fermo, & l'altro a piacimento, s'era levato l'anno del piacimento a loro requiſitione, & laſſato uno anno fermo, come moſtravano deſiderare, & che non poterono, per alcuno indugio, che voi faceſſi, preſumere, che l'Ufficio voſtro voleſſe laſſarli in drieto, & rivocare in dubbio la condocta facta abſolutamente per uno anno. Alla ſeconda parte riſpoſi, che l'Ufficio voſtro havendo facto dal canto ſuo la condocta, a loro ſi appartèneva procurare la licentia, e che ſapevano, che havevo loro decto in ſino a quel tempo che la condocta ſi riduſſe all'anno. Quando richiedeſſino di favore pel mezo della Signoria & di Lorenzo, ero certo ne ſarebbero compiacinti. In ſomma hinc inde replicammo aſſai in decto effecto, & parmi comprendere, che ſieno tant'oltre, che gli habbino, ſi può dire, preſo partito, & par loro innanzi a ogni altra coſa, che queſto comandamento del Papa gli giuſtifichi. Potrebbe eſſere che ci ſarebbeno delle al-

runt. ***Commentaria in Primam & Secundam Codicis partem*** typis Lugdunenſibus impreſſa fuere, laudabaturque praeſertim *Repetitio Textus in Auth. Sacramenta Puberum Cod. ſi adverſus venditionem &c. in l. ſi paſcenda pecora* 8. *Cod. de Pactis* (1). Atque haec ad theoricam juris prudentiam pertinent. Ad practicam autem quatuor Conſi-

A a

tre cagioni, che non dicono. Meſſer Pier Filippo ſtimando forſe non eſser ricondotto da queſt'anno in là per la opinione, che è ita attorno, di limitare la ſpeſa de' Doctori Perugini, vorrebbe anticipare, & fare intendere che veniſſi da lui il partirſi da queſto Studio. Meſſer Baldo, che lo teme per riſpecto dello ſtato di Perugia, può mal fare, che non ſi accordi con lui, & queſto mi và per l'animo, benchè non lo dichino loro. Ho voluto ſignificarvi quello che inſino a hora è ſeguito de' ſopra decti Doct. Perugini, come mi comandaſti alla mia partita di coſtì.... Scrivo a Lorenzo ancora in queſto medeſimo effecto, e voi potete conferire co' voſtri compagni. Raccomandomi a V. S.

Piſis die 11. Julii 1476.

In alia Epiſtola haec ſcripſit Acciajolius. Mando in queſta una lectera de' Dottori Perugini reſponſiva alla voſtra. Parmi faceian penſiero di tornarſi a Perugia pel comandamento del Papa, e perchè la Comunità, dicono, li proveggono di 200. ducati per uno, computando ducati 200. che dà il Papa alla Comunità per queſta loro tornata. Ho avuto con loro molti ragionamenti ſopra queſto facto, & benchè gli alleghino molte ragioni, che l'inducono a queſto, pure ſi riſolvano al comandamento del Papa, & alla deliberatione della loro Comunità. Sommi ingegnato con loro, & con altri fare intendere che dal canto delle V. M. s'è facto ogni coſa con gran juſtificatione.

Piſis die 14. Julii 1476.

(1) Vol. VII. Repet. Civil. p. 166. & p. 187.

Digitized by Google

liorum volumina, in quibus exarandis nimium gratiae, amicitiae, & propinquitati indulſiſſe videtur. Omnia tamen Auctoris acumen produnt, cujus tanta vis erat in eo, ut, Panzirolio teſte, ſubtilis Doctor vulgo vocaretur.

Sed redeamus ad Bartolinium, qui & *junior*, ac *novellus* Baldus appellabatur, ut a Seniori, quo nullus tamen magis notus erat Juriſconſultus, diſtingueretur. Is patrem habuit Franciſcum Colae ſeu Nicolai filium, magnamque vel a prima adoleſcentia doctrinae forenſis famam collegit. Hinc factum eſt, ut cum an. 1473. ad explicandas Romanas leges e Peruſino in hoc Athenaeum noſtrum vocatus fuiſſet, ML. uſque Florenorum ſtipendium illi aſſignatum fuerit, cujus rei non ſolum in ipſius Athenaei monumentis, ſed etiam in ejusdem ſcriptis teſtimonia habemus (1). Is bene penitus in familiaritatem Laurentii Medicei ſe ſe dedit, a quo nullo non honore affectus fuit non modo propter praeſtantiam doctrinae, ſed etiam propter diligentiam, quam adhibebat in inſtruendis diſcipulis ſuis, & illas continentiae, gravitatis, juſtitiae fideique virtutes. Petiit aliquando ab ipſo, ne pateretur ſibi injuriam fieri, cum juberetur a XXII. diei hora ad veſperum uſque docere; hoc enim intolerandum ſibi, qui grandaevus erat, & totos triginta octo annos in docendo vitam contriverat, & indignum diſcipulis videri, qui feſſi jam ceteros audiendi aut ſcholam ſuam deſeruiſſent, aut minus ſtudioſe & diligenter ſe dicentem attendiſſent. Quod dum efflagitat a patrono ſuo munificentiſſimo, loquitur confidentiſſime de ſtudiis ſuis honeſtis, de aliorum malis artibus, de Florentinorum diſcipulorum malevolentia, & de cura ac cogitatione, quam ſemper contulit in laudem & decus Academiae & diſcipulorum utilitatem. Cui ut

(1) *In expoſitione* Textus in L. prima ff. ſolt. matrim. *haec habentur*. Repetitio D. Baldi de Bartholinis compoſita Piſis an. 1475. Reformationis vero Studii & ſuae ibi conductionis an. II.

magis magiſque conſuleret, addit ſe & diebus feſtis novum prorſus opus dictare ſolitum diſcipulis ipſis, quod in vulgus edere meditabatur, ut ſuae doctrinae ſuaeque diligentiae omnibus fidem faceret. Poſtremo ait, ſi ita libuiſſet, voluntati ipſius ſe obtemperaturum, quamvis a ſe exigeretur res ceteris Academiis inuſitata, & contraria pactis, quibus e Peruſina in Piſanam Academiam accitus fuerat (1). Omnino Baldus tranquillitatem expetens, quae afferret dignitatem, nolebat tardam & ſeram nimis praelectionem, in qua competitorem habuiſſet Soccinium hominem temeritatis plenum; & quia fuerunt, qui tentare illius praeclaram patientiam auſi ſunt, conjectis in ipſum maledictis, duodecim uſque juris prudentiae Doctores, videlicet Petrus Philippus a Corneo Peruſinus, Hieronymus de Zanotis, Antonius de Bologuettis, Florianus de Dulphis Bononienſes, Sanctes de Reſtitutis Romanus, Albertus de Bellis, Jo. Franciſcus de Canpoſacchis, Jo. Baptiſta de Nellis, Paullus Stapriatajus Piſanus, Andreas de Caſtillione, Paullus do Coſpis, & Bartholomaeus de Baldinottis eas ad Praefectos A-

(1) *In alia epiſtola ad Officiales Studii data Piſis XXIII. Maii 1474. ait.* Parlando io di tale coſa con la M. di Lorenzo coſtì in Piſa me riſpoſe molto gratamente, che non ſi faccia coſa che aveſſe a generare a me poca contentezza d'animo, il perchè cercando alcuni de' noſtri leggenti di partirſi da la lettura di ragion canonica della mattina a ragion civile della ſera, la quale coſa non pote eſſere ſe non con mancamento dello Studio, & a me darà noia e briga. E però ſentendo io che di ciò ſi fa forte pratica, & maſſime perchè alcuni de' voſtri Fiorentini ſtudenti, quali di continuo hanno cercato di fare a me poco honore, e non ſappia per quale cagione, ajutano queſta coſa .... la mia pura e ſincera fede, quale o portato e porto verſo queſto celebre Studio & verſo la feliciſſima Signoria della voſtra città, non merita tale guiderdone, quando la coſa ſeguiſſe coſì. Perchè ſpatriandomi io in queſta mia ſenectute dalla mia propria città e mio Studio, ove era exaltato con grande honore & con extre-

cademiae litteras dederunt, quibus non praeconium modo, ſed & graviſſimum teſtimonium impartitum eſſe videtur doctrinae, ſapientiae, virtutique Baldi (1). Quibus acceptis, ita reſcripſerunt Praefecti. *Duo-*

mo di piacevole convenientia, non eredea venire a queſto Studio per laſſare el ripoſo & cercare travagli e diſturbi, e avere a ſtare in pratiche maxime in queſta mia ſeneſture. E' laudabile uſanza nelli Studj d'Italia di tractare li Doctori antichi, che non abbino concurrentie diſpiacevoli, e andare per le pratiche, ma ſolo abbino il penſiere del leggere. Non credo che in Studio d'Italia ſia Doctore di qualche reputatione, che abbia lecto anni trentotto, come io, & non credo che ſia Doctore in Italia più dato alle pratiche e alle..... quanto queſto che cerca la mia concorrentia (*innuebat certe Soccinium*), & maxime perchè vede queſta coſa eſſer da me aliena. Onde prego le M. V. che eſſendo io venuto a honorare queſto voſtro Studio, per queſto non riceva vergogna e poco contentamento d'animo..... Io non dico queſte coſe per non durare fatica, perchè Deum omnipotentem teſtor, che non ſtudiai mai tanto la mia lectura, quanto coſtà in Piſa, & così ho intentione di fare quando le S. V. mi laſſeranno ſtare in pace & in contentezza d'animo &c.

(1) *En earum exemplum.* Magnifici viri. Inhumanum & impium & abhorrere ab omni humanitate videtur, quod tum invidiae gratia, tum aemulationis multo clariſſimo viro, & hujus Studii tam magno ornamento D. Baldo ab obtrectatoribus & adverſariis obiiciuntur, quae magiſtratui veſtro in calumniam tanti viri referantur. Nos autem qui ſuae virtutis & ſui erga vos ſeduli ſtudii & diligentiae, & quanta ſolertia munus ſuum obeat fuimus & teſtes & ſpectatores, magnopere vicem tam excellentis viri dolemus, ut invidi & aemuli ſua tanta ingenii ornamenta obtrectent, ſuiſque virtutibus derogent, cum officium ſibi demandatum quam excellenter pro ſua profundiſſima doctrina fuerit exequutus. Sed nulla unquam praeclara virtus caruit detractoribus: nam quanto aliqua res eſt clarior, & excellentior, tanto magis calumniatoribus & ejuſmodi perfidis viris maledicendi materiam praebet. Nos haec ad vos Magiſtratumque veſtrum digniſſimum

Digitized by Google

decim Juriſconſulti ſcribunt calumniatum injuria D. Baldum, quod officio ſuo minime fungeretur, decerniturque aures ejuſmodi calumniis adhiberi non oportere, ſed amplexandam eſſe Baldi virtutem. Itaque inimici ejus, quia nocere ſe ei non poſſe intelligebant, quieſcendum putarunt, ipſeque alacrior fuit ad ſuum exequendum munus. Ex iis, quae de legatis, de verborum obligationibus (1), de dote, dotatiſque mulieribus & earum privilegiis, aliiſque hujuſmodi in vulgus emiſit, conjici poteſt quanta vis eſſet illius doctrinae, conſtareque inter omnes videtur illum poſtremum de dote *Tractatum* coeptum fuiſſe in Academia Piſana, abſolutum vero, ut in illius ingreſſu notatur, in *Studio Perusino, cum Baldus a Pontifice e poſtliminio eſſet revoca-*

ſcribimus, non ut tales eſſe nobis perſuademus, ut aures calumniatoribus pateſaciatis, ſed ut cum ſolita prudentia veſtra hujuſmodi vos deliramenta, & altercationes, & ut ejuſdem Studii certamina & odia cognoſcatis, poſſitiſque ſapienter & prudenter rebus tanti viri conſulere. Amplectimini igitur talem virum, Magn. Domini, & vobis conſervate, cujus inclita fama in hoc non modo Gymnaſio veſtro, verum etiam in univerſis Italiae Studiis tum doctrina, tum exemplari vita, tum etiam in lecturae antiquitate praefulget. Valeant Veſtrae Magnificentiae, ad quarum mandata nos officiumque noſtrum pollicemur.

Ex Piſis die 1. Auguſti 1474.

(1) *In praefatione hujus rubricae haec inquit*: Cum ſuperiori tempore imminente Reformatione almi Studii Piſani, quintum jam agens annum ab illuſtriſſimo Florentinorum dominio accerſitus ad Lecturam Ordinariam Juris civilis eo loci conductus accederem, & per id tempus Lecturam ſecundae partis Digeſti novi ſecundum morem curſumque Studiorum Italiae immineret, conveniens ſatis & pulcherrimum fore duxi in auſpiciis illius Reformati Studii non nihil laboris aſſumere. Hanc igitur Rubricam de V. O. commendandam ac repetendam propoſui &c.

Digitized by Google

tus. Indulſit quidem aliquid irae ſuae in Florentinos Sixtus IV., cum coegiſſet Baldum, qui erat jam Conciſtorialis Aulae, ut vocant, Advocatus, Etruriam deſerere. Quoad vixit nunquam docendi finem fecit, Deoque gratias agebat, quod Marianum filium (1) ita inſtituiſſet, ut aliquando in principibus juriſconſultis eſſet numerandus. Tantus vir, de quo pervagatum eſt elogium,

Nemo, quod hunc latuit, ſcivit, ſi jura monarcham
Ferre queant, tanto hic nomine dignus erat,

Peruſiae vitam finivit IV. Kal. Maii an. 1490. cum vixiſſet an. LXXVI. menſes IV. dies autem VI. In Templo, quod eſt apud Servos, ut vocantur, B. M. V. ſepulcri monumentum habuit, in quo turpiter erratum eſt in ſignando mortis illius anno. Si enim illi fides habenda eſſet, ſexaginta & amplius annos ante obiiſſe Baldum dicere deberemus.

Paullus Coſpius Lazzarini Bononienſis filius, ipſe quoque in illorum Juriſconſultorum numero fuit, qui, renovata Academia per Laurentium Mediceum, conducti fuerunt, non tam ut illi operam praeſtarent ſuam, quam ut decus adderent, collecta jam doctrinae fama. Biennium vix in ipſa fuerat, cum menſe Septembri an. 1476. accidit illius mors, quam ita defleverunt ejusdem diſcipuli, ut non tam praeceptorem, quam parentem amiſiſſe viderentur. Quanquam nulla, quod ſciam, illius opera extent, quia in eo luxerunt illa virtutis & induſtriae ornamenta, dignum putavimus, cujus memoriam litteris commendaremus.

---

(1) *In monumento illius, quod extat Romae in Aede, cui nomen S. Mariae ſupra Minervam, appellatur Baldi frater non filius; ſed hoc errore factum Scalptoris. Haud enim in dubium revocari poteſt, quin ipſe Baldi filius fuerit. De eo ſic loquitur Socinius in lib. III. Conſ.* 11 *n.* 10. Prout eleganter concluſum eſt per inſignem Doctorem Dominum Marianum Filium excellentiſſimi Doctoris Domini Baldi, qui bene patrizat.

Digitized by Google

Hoc in tempore e Bononienſium civitate alius vocatus eſt Piſas Juriſconſultus, cujus nobile nomen erat. Is eſt Antonius Petri Bolognetti F., qui vel ab an. 1457. in Bononienſium Judicum collegium fuerat cooptatus. Huic aſſignatum eſt munus explicandi Infortiatum cum ſtipendio Florenorum CCCCXCV. & veniſſe illum Piſas cum uxore & liberis ex illius litteris ad Gymnaſii Praefectos cognovimus, quibus eos vehementer rogavit, ne paterentur differri ſibi ſolutionem promiſſae pecuniae, quia graviter aegrotaverat uxor, neque ſibi ſuppetebant copiae ad ſuſtentandam familiam. Revocatus in patriam, ibi miſerabiliter diem ſupremum obiit. Ruinis enim obrutus eſt turris, quae illius domui imminebat, quem dolentes caſum Academiae & urbis Moderatores juſſerunt ejus filio Jacobo Mariae per quinquennium pendi ex publico aerario annuas libras D., quod beneficium aliis quoque liberalitatibus auxerunt. Ne tanti viri ejuſque miſerandae mortis periret memoria, nonaginta fere poſt annos in Templo, quod S. Joannis in Monte dicitur, poſitum monumentum fuit cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Antonio Bolognetto Juris Conſ. quem turris ſupra aedes repente lapſa miſera quadam morte oppreſſit, & Jacobo Mariae filio integerrimo, Jacobus M. Eques & Hieron. Camil. Fil. Patri, Avo, & Proavo BB. M. An. MDLXXII.

Ex iis, qui diu nimium clauſas Academiae fores Romanarum legum interpretes aperuerunt, maxime probatus fuit Lancellottus Decius, de quo, ut & de illius fratre Philippo, nunc dicemus, quanquam aetatum ordo exigeret, ut de Philippo paullo infra ſermonem haberemus. Sed cum ii conjunctiſſimi fuerint propinquitate, munere, ſtudio exercitationibuſque, quanquam diſſimiles eſſent natura (mores enim Philippi commendationem ingenii minuebant, Lancellotti augebant) a nobis, dum illis hiſtoriae munus tribuimus, haud ſejungendi videntur.

Triſtanus a pago Decii, ſeu Dexii, qui ab urbe Mediolano x. abeſt lapide, unde originem trahebat, Decius appellatus, fortunatus homo & nobilis putabatur, quod inter Franciſci Sfortiae Aulicos adſcitus, plurimum apud illum gratia poterat, quodque binos ſuſceperat liberos Lancellottum atque Philippum, qui vel a primis annis magnam ſuorum expectationem commoverant. Illum alterum exercendae juris prudentiae & foro, alterum vero publicis negotiis & aulae deſtinaverat, ſed quia in omni genere magna quaedam eſt vis incredibilisque naturae, tantum huic indulſit Philippus, ut, contempto patris imperio, ipſe quoque juris prudentiae operam dederit, ipſumque fratrem ſuperaverit. Quare vere a Marco Litta, qui de laudibus Mediolani carmina compoſuit, dictum de Lancellotto videtur.

Aetas me Fratri, Fratrem mihi gloria praefert,
At germanus amor nos facit eſſe pares.

Lancellottus ipſe praeceptorem habuit Alexandrum Tartagnium Forocornelienſem, cujus iis temporibus magnum erat nomen, quique Ferrariae juris prudentiam publice docebat. Vix vero emenſo ſtudiorum curriculo, illius ipſius facultatis in Ticinenſi Gymnaſio profitendi munus ſuſcepit, magnaque de illo ſtatim fama ſurrexit. Qua moti Florentini Patres illum ad ſe ſe an. 1473. cum ſtipendio CCCLXXXV. Florenorum vocarunt, atque Andreae de Caſtilione collegam, ſeu competitorem dederunt. Pie ſancteque ſuum illum explere conſueviſſe munus teſtatur Bartholomaeus Paſquinius, datis litteris ad Florentinos Patres, extantque ipſius Lancellotti litterae ad eoſdem, ex quibus conjici poteſt ſe facillime in illorum voluntate acquieviſſe, quoties de ſe aliquid ſtatuebant. Quare modo civile, modo pontificium jus e ſuperiori loco expoſuit, quod non ſine illius utilitate fuit, cum plurimum eidem auctum ſtipendium fuiſſet. Idem, quoties Academiae mutanda ſedes fuit, nunquam, ut ceteri Doctores, conqueſtus eſt, cum ſe Praefectos

Digitized by Google

fectos patris (1), ipſam vero Academiam matris loco habere diceret. Sed non paſſus eſt Mediolanenſium Dux eum ultra decennium a ſuis abeſſe, qua de cauſſa Triſtanum patrem in Etruriam miſit, dans illi mandatum, ut ſecum filium abduceret. Ex eo tempore Lancellottus jus civile docuit in Ticinenſi Lyceo, & quamvis ineunte an. 1490. ſpes eſſet fore, ut ipſe Piſas rediret, res quae tum calere viſa eſt, brevi refrixit (2). Non defuerunt ei obtrectatores, & in his Jaſon & Cur-

(1) *Quantum Lancellottus Laurentio Mediceo tribueret, quantumque hujus auctoritas apud ipſum ponderis haberet, ſatis declarant Triſtani patris litterae ad Laurentium ipſum, quas in hujus vita attulimus, Tom. II. p. 95. Laurentio quoque ipſo poſtulante, die 26. Octobris an. 1480. haec ſanxerunt Patres.* D. Lancellotto . . . licentiam damus legendi publice vel privatim prout volet ultra ſuam lecturam ordinariam juris canonici, & unam lectionem quam mavolet in jure civili ad complacenctiam ſuorum ſcholarium, cum hac praeſcriptione & limitatione, quod per talem lectionem juris civilis non impediat ſuam lectionem ordinariam juris canonici, neque lectionem alterius Lectoris legentis in dicto Studio, neque concurrat, aut dici poſſit quod concurrat cum alio Lectore tempore vel titulo ſuae lectionis.

(2) *Jacobus Antonii Ginii Notarius Academiae his verbis ſcribebat ad ejusdem Praefectos.* Sotto il dì 8. del preſente meſe di Gennajo (1490.) da Milano vi avviſai il ſeguito della riſpoſta facta per il Signore allo Imbaſciatore, & come io non mi diſperavo di qualche opera. Decto dì mi partii e giunſi a Pavia, & fui cum Jaſon & ſtecti a lungo per dua hore & più, & egli dubita, che non gli riuſciſſe, & maxime lo exemplo di Meſſ. Bartolomeo (Sozini) & che quando gli riuſciſſe, timet ne iraſceretur per inſino alla morte exiſtente Piſis; duolſi perciò. E' obbligato per anni 5. & ha fiorini larghi 900. Confortami che ſe qualche minima cagione gli occorreſſi voi cognoſcereſti la fede. Lui è inimico inanzi che no di Lancellotto: ragionando con eſſo ſeco dove gli parrebbe, che voſtre Spectabilità ſi doveſſino voltare, lui mi ha poſpoſto a quanti ne è qui decto Meſſ. Lancellotto, & qui legge la ſera, & ha in ſcholis 200. ſcolari. Ha reputatione con que-

tius Junior. Nihilo tamen minus famam, quam vel ab adoleſcentia collegerat, non modo labore & induſtria, ſed etiam arte quadam au-

---

ſta ſua ipocriſia. Partito da decto M. Jaſon io mi conferii a caſa decto M. Lanc. & cum eſſo lui parlai a lungo più di dua hore, & tentato lui, verrebbe, e di già per le mani del fratello coſtì ne ha dato avviſo, ma ſenza prezo; ſolum che verrebbe quando aveſſi il ſalario che vuole, & inanzi che mi voleſſi dire queſto prezzo, mi moſtrò una lettera di M. Bacellieri da Bologna cognato di Meſſ. Campezzo, che legge a Padova, che ſe lui vuole andare, che gli farebbe dare ducati 700. Venetiani: non ſo ſe ſia vero: in ſomma ſpingendolo al prezzo, lui vuole fiorini 1200. di Studio, che omnibus conſideratis gli pare di meritare, & quando queſto ſe gli dia, che verrebbe, & vuole che il Sig. Lodovico gli dia licentia, la quale ſi luſinga d' havere, & che verrebbe di preſente, obtinendo tale licentia, & quando non la obteneſſi, vedrebbe di farla netta alle vacationi, & il tempo, quando vi pareſſi, vorrebbe per 3. o 4. anni. Ho ſcripto allo Imbaſciatore, che debbi tentare tale licentia, che non coſta nulla: non ſo ſe lo farà. Sommene rimeſſo alla M. S. Stando a ragionamento gli diſſi: Meſſ. mio, e mi pare che la pretenſion voſtra ſia molto alta. Io vorrei che voi mi deſſi altra comiſſione di ſcrivere a mia Signori. Mi riſpoſe che non vedea altri mezzi, Io da me così deſtramente gli diſſi, che quando queſti mia Signori voleſſino, 50. fiorini più o meno non dovevano guaſtare: cominciò a ridere: ſcrivete, & intendete una volta la volontà de' voſtri Signori, & pigliate comiſſione; di tutto vi ſia avviſo . . . Meſſ. Franceſco Docti non è al propoſito . . . . Meſſ. Lancilotto ha di ſalario Ducati 450. Ex Pavia 9. Jan. *Lancellottus ipſe non multo poſt haec ad Laurentium Mediceum ſcripſit*. Salvus ſis, vir magnifice. Te licet abſentem obſervavi ſemper, colui, & amavi, obſervo, colo & amo, tuorum erga me meritorum non immemor. Paratus pro viribus tuis ſemper morem gerere deſideriis: haec volui ne ignorares. Vale.

Papiae Kal. Feb. 1490.

Digitized by Google

xit, & pauca, quae in vulgus edidit opera, digna & ipſo, & Gymnaſiis, in quibus docuit, habita ſunt. Ex iis memorantur *Notul. in 2. Cod. part. Philip. Corn. In nonnul. Juris capit. Addit. ad Socin. Conſult. Quadrageſ. Orat. de laud. ſcient. Epiſt. ad Galeot. Vicecom. & Petr. Cand. Decembr.* E vita ceſſit Ticini an. 1500. ac ſepulcri monumentum habuit in Aede S. Jacobi, ad quam incolunt Franciſcani, in eoque nil aliud inſcriptum eſt, niſi: *Hic jacet Lancellottus Decius in Ticinenſi Gymnaſio interpres*.

Omnino Philippum, qui Lancellotto aetate inferior erat, quippe natus Mediolani an. 1454., eidem ingenio & doctrina, addam etiam diſputandi acumine, quoniam diſputationibus plurimum illa aetate tribuebatur, ſuperiorem fuiſſe minime ambigitur. Fratrem tum Ticini, tum Piſis (hunc enim ſecutus eſt) audivit, neque eo contentus, quicunque erant in utraque urbe doctrinae forenſis gloria clari viri, praeceptores praeconeſque ſuarum laudum habuit. Publice & theſes Piſis ſemel iterumque defendit, vixque decimum & quartum aetatis annum expleverat, & doctrinae inſignia obtinuerat, cum Inſtitutionum civilium magiſter, ſuffragatore maxime Laurentio Puccio, quo nullus erat Laurentio Mediceo conjunctior, declaratus eſt. Puccius ipſe extraordinarius juris Canonici magiſter an. 1482. diſcedere ab Academia coactus, ut Reipublicae & Mediceis ſuis ſerviret, Decium ſucceſſorem habere concupivit, & Decius ab Academiae Praefectis petiit, ut quoniam muneri tum ſuo, tum amantiſſimi praeceptoris uno eodemque tempore ſatisfecerat, ſui rationem habere vellent (1). Nam

Bb 2

(1) Magnifici Signori. La ſingulare voſtra humanità, che ſempre mi havete dimoſtrato, mi dà ardire a chiedere alle V. S. uno beneficio. Sia noto alle V. S come più giorni paſſati Meſſ. Puccio di Antonio Puccio ha laſſato la ſua lectione extraordinaria, & perchè li ſcholari non ſentiſſero l'anno, e a ciò che li ordini dello Studio fuſſero obſervati, io fui ſu ſtit to dal dicto M. Puccio a quella lectione extraordinaria cum licentia del noſtro

Digitized by Google

ante hoc tempus mercedula L. Florenorum adoleſcenti, qui vicerat jam opinionem omnium, & exercitatiſſimis magiſtris par eſſe poterat, tantummodo pendebatur. Conſequenti anno ordinariam cathedram conſcendit, ſed qui par erat Felino Sandeo docendi hora & munere, mercede adeo inferior erat, ut meliora a Senenſibus ſperare ſe poſſe putaverit. Itaque ad eos tranſivit, exeunte an. 1484. neque multo poſt Romam acceſſit poſtulans & expectans magnum aliquid ab iis, qui ſpeciem doctrinae & ſapientiae praeſeſerebant. Narrat Panzirolius deſignatum illum quidem fuiſſe Romanae Rotae, ut vocant, Auditorem, *primos ſacrorum ordines accepiſſe, ſed ſpurium inventum eum honorem aſſequi non potuiſſe*. Quoquo modo res ſe habuerit, nihil ſane a Romano Pontifice obtinuit, cumque quereretur non ſibi dari a Senenſibus quod ſatis eſſet ad liberaliter vivendum, Octobri anni 1487. rediit Piſas ea conditione, ut jus Pontificium veſpere doceret cum annuo ſtipendio Florenorum uſque CCCC.

Vice-rectore, & coſi preſi el carico di leggere, & benchè non ſia poco carico il mio a leggere la mia propria lectione de la Inſtituta, niente dimeno mi sforzo di ſatisfare ad ambedue le lectioni, & coſi continuamente ſenza alcuna intermiſſione ho ſeguitato. Supplico alle V. S. ſi voglino degnare di farme tanto beneficio, che io ſia conſervato in queſto luogo & a queſta lectione extraordinaria in queſto rotulo nuovo, attenduto maximamente che io ho cominciato a leggere, e ſeguiterò fino alla fine di queſt' anno, e ancora è coſa aſſai conveniente che io, che hò lecto queſt' anno la inſtituta, ſia trasferito alla lectione extraordinaria, come è coſtume di fare in li altri Studj, Mi raccomando alle V. S. dat. Piſis 4. Aprilis.

Servus Veſter Philippus
Decius legum Doctor.

Digitized by Google

Diſplicuit id vehementer ceteris magiſtris, quod homo non diſputator ſolum acutus, ſed omnium ſententiarum ſuarum defenſor litigioſus, concituſque ad rixam omnium in ſe odium antea excitaverat (1); ipſe vero aegre tulit, quod prudentiam intelligentiamque ſuam ponere jubebatur in jure Pontificio exponendo (2). Sed diu hoc in loco non manſit, datuſque erat competitor Bartholomaeo Soccinio ordinario & veſpertino juris civilis magiſtro, quando hic fugam arripuit. Etſi autem ipſe plurimum ſe negotii habere diceret, cum tam

(1) *Plura Panzirolius narrat, ut probet quam ſubtilis & vehemens disputator eſſet Decius, ut vel dum juris prudentiae vacare coepit, non modo invidiam, ſed etiam ſtomachum movere Lancellotto fratri potuerit. Nos tamen omnia ab illo narrata minime vera putamus, & ſunt quidem plura, quae certiſſimis momumentis convinci erroris poſſunt.*

(2) Magnifici viri. Voi me confortate a fare cum effecto il fructo, che voi aſpectate dell' opera mia, e parmi me abbiate tagliato la via a deputarmi in ragion canonica, maximamente la ſera, dove ſono pochi ſcholari, e la maggior parte Preti, e ſon certo, che ſe haveſti vera informatione della voluntà de' ſcholari, che ſono la maggior parte in civile, hareſti di me preſo altro partito. Pur io reſto patiente al luogo, dove io ſono poſto, e a me baſta obbedirvi, e non dubito ciò, che voi fate, ſia ordinato con gran prudentia e maturità, & ſe a me pare altramente, reputo ſia per non intendere più. Nell'ultima parte del voſtro ſcrivere me dite ve ſiete riſervato l'antorità di potermi ogni volta mutare, come a voi parrà expediente. Voi forſe non ſapete di quanta noia ſia il traſmutarſi di una facultà ad un'altra. Io non vi ſono, nè per alcuno modo intendo eſſervi obligato a queſto. Saria troppo peſo el mio, che per acconciare gli altri, a me ſempre toccaria a portare il baſto; per queſt'anno era contento di tucto quello voi volevate, & cuſſi vi promiſi & obſervarò. Hora havete chiarito e determinato che legga in canonico. Io non intendo eſſer mutato contra mia voglia. Non ſono obligato a queſto, nè mi pare ragionevole, & cuſſi per queſta vi ſia avviſo. Prego e ricordo alle V. M. vogliano ſcrivere a' Conſiglie.

ſaepe cogeretur mutare ſcholam (1), plus etiam exhibebat competitoribus ſuis, quorum implacabilis erat exagitator, ſic ut Dionyſia-

ti in favore di Meſſ. Berto Ceciliano, il quale menai cum me da Siena, che gli ſia dato la lectura di ragion civile, coma vi ragionai coſtì. Farete optima electione, perchè gli è ſcolare doctiſſimo e di gran fama, & a me ſarà gratiſſimo, e queſto, che ſarà ad honore di queſto Studio, reputerò ſia in mio beneficio. Non altro. Valete.

Piſis die xx. Octob. 1487.
Veſtri juris Philippus Decius.

(1) Bartholomaeo Dei Notario Officialium Studii. Queſto è il terz'anno, che io ſono ritornato a Piſa, vi ricordo e prego habbiate advertentia al ſtanziamento mio di queſta prima terzaria, che ho havere fiorini 400. Ceterum voi ſapete come io leggo la lectione del Sozino, & ho lecto e leggo con tanta audientia e concorſo di ſcholari, quanto mai leggeſſi alcun altro Doctore a Piſa, & poichè cominciai a leggere, non s'è partito un minimo ſcholare, anzi ne ſono venuti alcuni, & fermatiſi; queſto dico, che poſſono vedere e Bidelli: delle altre coſe intrinſeche circa alle mie lectioni aliorum ſit judicium. Ben vi dico che queſta ultima mutatione me ſuta molto grave, perchè mi trovava affetato alla lezione mia, dove haveva pocha faticha, & havea più che la parte mia degli ſcholari, & in un puncto ebbi a intrare e cominciare la più difficile & terribile materia, che ſia in tutto il corpo di ragion civile, & però da prima mi parve ſtrano, e ricuſai; pur veduto la volontà degli M. Ufficiali fui contento pigliare queſto peſo. Mi fu promeſſo aumento di ſalario in modo, che rimarrei ſatisfatto. Io fui contento rimettermi alla loro diſcrizione, & preſertim di Antonio & di Bernardo, il quale me ſcriſſe, & per ſua humanità preſi queſto carico: pertanto vi prego, che oblata occaſione lo ricordiate per mia parte ad Antonio, che voglia chiarire l'aumento ho avere per queſta mutatione. Quando mai io non aveſſi avuta promeſſa alcuna, atteſa queſta eſſere la quarta mutatione, crederia eſſere aumen-

Digitized by Google

num illud ſaepe in ore habere ſoleret, *oderint dum metuant*. Uni pepercisse dicitur, quemadmodum alibi commemoravimus, Franciſco Soderinio, qui Volaterrarum Antiſtes, & S. R. E. Cardinalis fuit, non tam ejus doctrinam, quam potentiam reverens; ceteros vero adeo inſectabatur, ut Praefecti Academiae intervenire debuerint nonnullorum querelis, quae apud ipſos de Decii petulantia habebantur. Illa ipſa facultate, qua collegas exagitabat, magnam multorum gratiam, quorum patrocinium in judiciis ſuſcipiebat, aſſequebatur, & diſcipulorum ſtu-

---

tato, conſiderato la ſingolar fede, cum la quale ho ſervito alla optima diſcretione degli Officiali in altri caſi ſimili: nè a me credo habbia a nocere, che da prima non mi chiarj dello aumento, e che liberamente mi rimeſſi negli Officiali, & ſpecialmente in Antonio, & cuſſi faria di nuovo in ciaſcuno di loro. Valete, non plura. Die 23. Maii 1490. Piſa.'

Eidem. Io fui coſtì e non potendo vedere gli Officiali, mi partii e dipoi ſcriſſi una lettera per il ſalario mio dell'anno paſſato, che è di 550. Fiorini. Non ho inteſo altro. Non vorria con queſti nuovi Officiali parere di uſare importunità, eppure il caſo mio è di chiarirmi, e ſapere quello, che con effecto ne poſſo ritrarre. Egli è ora 21. anno che cominciai a leggere, e ſempre ſono ſtato tractato a volontà di chi non mi ci voleva, & ora, che il ſtato dello Studio era rinnovato, ſperava di eſſere riſtorato, ma mi pare vedermi ſmarrita la via, poichè ho a piatire il ſalario guadagnato. Voi ſapete quanto gli Officiali da otto anni in quà ſi ſono valuti di me, e quante noje ho tollerato di mutazioni di lezione, di concorrenzie, che ci era chi mi voleva ſtraccare, e quanto poco aumento ho avuto a comparazione degli altri: poichè ritornai da Siena, che ſono nove anni, ho creſciuto 150. fiorini il ſalario, che ci è chi ha avuto tanto aumento in una poſta. Ho avuto patienza, perchè gli era chi mi puntava addoſſo, ora non ci è più, dico del Sozino. Per chiarirla, ſe ora gli Officiali con effecto non facciano dimoſtratione di volermi, non ſtarò più a ſperanza loro. La condotta mia finirà a Kalendi di Agoſto, e dipoi non ſono obblîgato, ſe non ex quadam honeſtate, a domandare licenza. In ſomma

dia ad ſcholae ſuae dignitatem & frequentiam mirabiliter alliciebat (1). In illis vero Academiae viciſſitudinibus ob adventum Caroli VIII. Gallorum Regis in Italiam, etſi multorum languit induſtria, nihilo tamen ſegnius perſeveravit Decius in ſuo munere ſuaque natura, & ſive Prati, ſive Florentiae conſiſteret, in hoc fuit ſemper laetatus quod multorum utilitati conſuluerit, et nullum unquam onus nullumque com-

---

concludendo vorria pregaſti gli Officiali a pigliare concluſione di queſto fatto mio, che da queſta loro deliberazione arò evidenzia grande a pigliare partito di me per l' anno a venire. Non chiedo loro gratia, ma quello che è debito: facciano una volta il ſtanziamento di tutto il ſalario, che ſono fiorini 550. e poi ne ſarò io alla Signoria, e il caſo mio non è per aprire la via agli altri che ſono Fiorentini, e ogni dì poſſono eſſere riſtorati e ſono ſtati in caſa loro, e io ſono ſtato ſulla ſpeſa, per queſto ci metto & ho aſſai più ſpeſo del ſolito. Venni a Firenze quattro volte a richiedere mi deſſino licentia, e non l'ebbi, ſe loro intenzione era di non pagarci, almeno dovevano licenziarci. Io per la careſtia degli uomini aria avuto condizione in tutti i Studi d' Italia: ſono ſtato fermo per ſervare la fede, non la debbono mancare a me: Se mi fuſſi partito, ora me ariano a comprare aſſai più caro, o un altro mio pare, e la eſperienzia ne farà prova, avendo a fare il Studio. Abbiate pazienza ſe vi ſono moleſto in queſto mio ſcrivere, che di tal coſa cum il ſcrivere non vi darò più noja. Valete die XII. Novemb. Prati 1496.

Veſter Philippus Decius.

(1) *Hae ejusdem litterae huic rei teſtimonio eſſe poterunt.* Bartholomaeo de Deis-Quando io fui coſtì mi dolſi con voi & cum alcuni degli Officiali, che mi fuſſi dato dui concorrenti a queſta lectione, che non era conſueto, e cuſſi poi ſcripſi; haria caro ſapere ſe all' Officio pervennero le mie lettere. Di poi viddi il rotolo dove havea un ſolo concorrente Io exiſtimai, che fuſſi ſtato non tanto per compiacere a me, quanto per il concorſo di molti

petitorem recuſaverit. Florentiae enucleavit *Rubricam de rebus creditis*, edidit plures Conſultationes, & an. 1500. cum inchoaſſet opus *de Bonorum poſſeſſionibus*, ne illud eodem in loco perficeret, cauſſam fuiſſe ait *adventum Caeſaris Borgiae Valentini Ducis* (fuerat hic Piſis e plurimis ſuis diſcipulis unus), *qui hoſtiliter Florentinos oppugnare conabatur*. Tandem cum res Florentinorum quotidie magis in pejus ruerent, nec eſſet unde ſtipendia Doctoribus ſolverentur, Decius ad Patavinos conceſſit (1) & apud eos

competitori, che ſe impediverunt per concurſum. Hora pure me è dicto, che harò un terzo concorrente, del che io non ne faria più motto agli Officiali; bene haria caro d'eſſere da voi certificato. Io non faccio caſo di dui o tre concorrenti della qualità di quelli, mi potete dare a Piſa; e manco haria cum dui, che cum uno, perchè harebano a gioſtrare fra loro, e a me non mancherebano ſcholari, perchè ſono tutti provecti, & ho la più fiorita ſchola, che mai ſia ſtata a Piſa di ragion Canonica. E novitj entrano cum il mio concurrente, perchè non vado loro drieto, e quelli s'arebbano a dividere cum il terzo concurrente, ſicchè meglio ſtaria con dui, che con uno, ma non ne faccio caſo, e ſolo vorrei, che non tutte le ſome ſi ſcaricaſſero ſopra di me. Valete Piſis die 22. Novembris 1493.

In alia epiſtola ad eumdem data Lucae die 20. *Octobris* 1495. *declarat quot ſuſtinuerit labores, ut Academiae decori conſuleret, quantaque diſcipulorum nobilitate ejus ſchola floruerit. Quapropter ſe juſtam querendi cauſſam habere dixit*, che avendo lecto tutte le letioni ordinarie in Civile & in Canonico, mattina & ſera, e che avendo avuto la concurrentia de tutti e dottori di qualche merito, e che eſſendo ſtato come un paragono dello Studio, non aveſſe maggior ſalario, e che queſto per il tempo, che ha lecto, e alle prove, che ha facte, dovrebbe eſſere almeno di fiorini M.

(1) *His verbis conceptum fuit decretum miſſionis Decii.* Die 28. Februarii 1501. Stilo Florentino, Officiales attendentes ad petitionem coram iis factam ſuperioribus diebus per D. Philippum Decium de Mediolano J. U. Doctorem ordinarie legentem in Studio Florentino, & volentes ejus deſiderio ſatisfacere, & petitioni favere, propterea dederunt & conceſſerunt licentiam dicto

per quadriennium jus Pontificium interpretatus eſt eum ſtipendio DC. aureorum. Etſi ibi culpa magis ſua, quam fortunâ plurimos laudum ſuarum obtrectatores habuerit (nunquam enim aetas & litterae illius animum lenivere) multum tamen omnibus praeſtare gloria putabatur, qua celebritate nominis motus Ludovicus Gallorum Rex XII. qui tum Mediolanenſibus dominabatur, ipſum ad Ticinenſe Gymnaſium honorificentiſſimis ſane litteris vocavit. Qui principio ejus furor repreſſus eſſe videbatur, vehementius erupit in Jaſonem Maynum, in quo objurgando non ſolum utebatur verborum gravitate acri, ſed etiam injuriis, quas cum ferre non poſſet homo vi naturae atque ingenii elatus, ex inimicitiis natae ſunt rixae, & maledicta jurgii petulantiſſimi. Nihil ſane fuit unquam in Decio moderatum, nec dubitavit vel odium in ſe commovere hominis omnium fortaſſe magis iraeundi Julii II. Pontificis, cum edito ſcripto quodam (1) probare contendiſſet, jure coactum fuiſſe Gallorum opera Concilium adverſus ipſum, quod primum Piſis, deinde Mediolani habitum eſt. Ea propter duplicem poenam tulit & illam excommunicationis, & illam direptionis bonorum, cum Helvetii in illius domum irruiſſent, ipſumque coegiſſent fuga ſalutem quaerere. Aegre in tanto furore ſervata eſt incolumis ejus filia, quam ex concubina genuerat, educandamque dederat ſacris quibusdam virginibus. Tanti viri ſortem miſeratus Ludovicus Gallorum Rex non modo illi

---

D. Philippo diſcedendi e Studio praedicto, & abeundi quo volet licite & impune poſt diem primum futuri menſis Martii, non obſtante obligatione ſuae conductae, & quod deinceps nullum ei currat ſalarium. *Iſtud tum extat Florenorum uſque DCC.*

(1) *Extat apud* Goldaſtum Tom. II. Monarch. S. Rom. Imper. *Vide Struvium* Bibl. Jur. Select. Richer. lib. IV. Hiſt. Conc. *Hoc idem ſcriptum deſideratur in Decii Conſiliorum collectione.*

portum ac perfugium praebuit in Gallia, ſed locum dedit primum in Delphinatus Senatu (Parlamentum vocant) mox in Gratianopolitano, ac demum ampliſſimo ſtipendio juris prudentiam Valentiae eumdem docere juſſit. Faciebat etiam quaeſtus in defendendis cauſſis exercendiſque judiciis, cum ſcientia juris omnibus antecellere putaretur. Nihilo tamen minus aegre carebat Italia, cumque a Leone X. quem Piſis diſcipulum habuerat, abſolutus excommunicationis fuiſſet, & magnis promiſſis ſollicitaretur non ab ipſo modo Pontifice, ſed etiam a Florentinis, & Mediolanenſibus, ut ad Italos ſuos rediret, ceſſit eorum auctoritati, cum ſibi tamen dubium eſſet, quo potiſſimum concederet. Conſtitit primum Ticini, ubi cum calamitoſa multa perpeſſus fuiſſet eo tempore, quo Maximilianus Caeſar Mediolanenſis Ducatus imperio potiri conabatur, confugit ad Florentinos, per quos ajebat ſublevatas fuiſſe res ſuas adverſas, ut quondam ſecundae ornatae fuerunt. Neque minus ipſi ſentiebant quanto ſibi eſſet ornamento tanti viri opera poſſe uti, & plane indigebat reddita an. 1515. Piſanis Academia homine, cujus fama pervulgata eſſet, ad alliciendos retinendoſque alienigenas diſcipulos. Tum quidem ſive canonicum, ſive civile jus docenti MCCCC. uſque Florenorum ſtipendium ſolvebatur, quod & poſtea auctum eſt. Tali modo cum beate fortunateque viveret, habereturque ejus ſchola & domus tanquam oraculum juris prudentiae, curabat, ut non modo verbis, ſed etiam animo & re ipſa ſcirent Florentini, ſe illis eſſe gratiſſimum. Veniam aliquando ab iis petiit concedendi Senas ad viſendam filiam, quam in matrimonium dederat Patricio cuidam, quaeque, ut erat pulcherrima forma, & canendi ſaltandique peritiſſima, incontinentiae ſuſpicionem minime vitaverat. Ibi dum erat, ſupremum vitae diem obiit III. Id. Octob an. 1535. cum eſſet octogenario major. Ejus cadaver Piſas deportatum eſt, ut eo in monumento, quod ſibi vivens faciendum curaverat per Stagium Carrarienſem ſculptorem inſignem, quoque maxime ornatur Piſanum Sepulcretum, conderetur. Idem auctor fuit inſcriptionis, quae in eo poſita eſt, quaeque virum nec admodum elegantem, nec admodum modeſtum prodit. Ea enim eſt hujuſmodi.

Digitized by Google

Philippus Decius, ſive de Dexio Mediolanenſis, Juriſconſultus celebri fama notiſſimus, cum primum locum Studii in Jure Canonico, vel Civili tenuiſſet Piſis, Senis, Florentiae, Paduae, Papiae & demum ultra montes in Gallia, revocatus in Italiam ab excelſa Florentinorum Republica, poſtea quam ſtipendium mille quingentorum aureorum in auro pro lectura conſecutus fuiſſet, de morte cogitans, hoc ſepulcrum ſibi fabricari curavit, ne poſteris ſuis crederet.

Ut obtrectatores, ſic laudatores plurimos habuit; nec ad laudes illius mediocriter facit, quod ſaepius illius opera excuſa fuerunt. Multus eſt in iis recenſendis Philippus Argelatus (1) nos vero praeſertim capitulatimque numerabimus *Commentar. in Decretal. Commentar. in Digeſt. Veter. & Cod. Conſilior. Volumina IV. Apol. IV. pro Piſ. Concil. Epiſt. diverſ. apud Boez. ejus vitae ſcriptorem, Repet. ſuper Tit. Decretal. de Privileg. ſeorſim edita, & primum publici juris facta, & Carolo Borromeo dicata a T. Medda &c.* Horum nonnulla Piſis elucubrata fuerunt, & in his Conſilia uſque quatuordecim, quamvis, ut ipſe affirmat *Conſ.* 429. vix adduci poſſet, ut patronus cauſſis, quae erant inter Piſanos, conſtitueretur. Rationem, quam in docendo ſequebatur, non ejus diſcipuli modo, quorum plurimos habuit doctrina & honoribus claros, probarunt, ſed etiam omnes ii, quorum graviſſimum erat judicium, cumque a Coſmo I. haec Academia renovaretur, non poſſe melius conſuli utilitati diſcipulorum a Statutorum conditoribus judicatum eſt, quam ſi *Ordo Decii ſervaretur*, qua re non ſolum Decio praeconium tributum, ſed grave etiam teſtimonium impartitum clari hominis magnique videtur.

Multis ſane in rebus ſimilis Decio fuit Bartholomaeus Soccinius. Nam praeter quam quod ejus induſtria eumdem ferme curſum habuit

(1) Biblioth. Mediolanen. Script. Tom. I. Parte altera.

Digitized by Google

in hac Academia, & ſingulari pollebat ingenii acumine, & verſutus & ſolers, & ſaepe etiam ſtomachoſus erat in diſputando, ipſe quoque adverſa conflictatus eſt fortuna, ſua magis, quam fortunae ipſius culpa. Vere enim dictum videtur: ſui cuique mores fingunt fortunam. Sed ab initio eſt ordiendum. Vetus & illuſtris Senis eſt Socciniorum familia, in qua multi fuerunt ingenii gloria praeſtantes homines, quorum nonnulli non ex doctrina modo, ſed etiam ex temeritate (inde enim prodiit peſtis illa Soccinianorum, quae nunc late adeo dominatur) famam collegerunt. Numerare autem in verae ſapientiae cultoribus debemus Marianum Soccinium ſeniorem omnium conſenſu in jure civili prudentiſſimum, & judicio quoque Aeneae Sylvii Piccolominei bonum & poetam & oratorem (1). Tanto patre, matre autem Nicolaa Venturia probatiſſima femina Senis natus eſt VIII. Kal. Apriles an. 1436. Bartholomaeus Soccinius, qui & ſuae familiae, & huic noſtrae Academiae, & vel ipſi juris prudentiae, quam patris ſecutus exemplum profeſſus eſt, plurimum ſplendoris attulit. In hac praeter patrem praeceptorem habuit Thomam Doctium civem ſuum; cum autem ab Angelo Politiano audiviſſet eum, qui nudus eſſet a philoſophia, & a Graecis Latiniſque litteris haud poſſe illam pro dignitate excolere, his quoque artibus, quanquam in iis non multum profeciſſe videatur, operam dedit, ut ab ipſo Politiano ſuae aetatis Papinianus appellatus fuerit (2). Errant qui ajunt ex patria Academia, in qua & adoleſcens & ſenex docuit, in hanc noſtram, cum primum renovata fuit, illum accitum fuiſſe. Extant enim litterae Philippi Medicei Piſani Archiepiſcopi ad V. Viros, qui gubernabant res tum Piſani, tum Florentini Gymnaſii, ex quibus cognoſcimus ipſum Ferrariam, ubi civile jus profitebatur Soccinius, veniſſe, ut cum eo de illius conductio-

(1) Lib. I. Epiſt. 39.
(2) Epiſt. lib. V. epiſt. ult.

Digitized by Google

ne ageret (1). Quod cum feliciter eveniſſet, primum ille apud nos docuit jus Pontificium DCCC. Florenorum, ac paullo poſt Caeſareum majori etiam ſtipendio. Nihil iis temporibus frequentius erat Doctorum inter ſe querelis, ſueruntque Soccinio cum Baldo Juniore, & Petro Philippo Corneo Peruſinis, qui eum competitorem habere recuſabant (2). *Quid tum hoc mihi mandaſſe cenſes* (ſcribebat Bartholo-

---

(1) *Ita ille*. Io ſono ſtato a Ferrara, & ho facto tanto, che Meſſer Bartolomeo Sozini è in ottima diſpoſitione di venire, ed ha cominciato a mandar parte della ſua roba. Confortovi, benchè più intendiate ciaſcuno di voi dormendo, che io vegghiando, che Meſſ. Bartolomeo non ſia meſſo in ſu rotoli, che vanno fuori in verſo di Ferrara, perchè lui è obligato per uno altro anno, & il primo d' Agoſto ſi parte di Ferrara, & va a Padova, & a Pavia ed a Turino a diſputare, & intendendo il Marcheſe queſto non lo laſcerebbe partire: queſti ſono pochi dì, & lui ancora me ne pregò ve ne doveſſi ſcrivere &c.

Die XV. Menſis Julii 1473.

(2) *Plures extant Soccinii litterae tum ad Officiales Studii, tum ad Laurentium Mediceum de his controverſiis, quibus cum interveniſſet Philippus Mediceus Archiepiſcopus, illas ſic componendas cenſuit*. Tutte le difficoltà (*ita ille in litteris ad Officiales Studii datis Piſis* 30. *Maii* 1474.) che noi conoſciamo eſſere circa la obſervatione di quello s'è per voi ordinato, è perchè nè Meſſer Baldo, nè Meſſer Pierofilippo vorrebbero per concorrente Meſ. Bartolomeo Sozini. Meſ. Pierofilippo ſi duole, e pare che con ragione, perchè dice eſſer ſuto condotto a legger la mattina, la qual lectione è a Perugia ſtimata aſſai, & è la prima, & per non diminuire di conditione, venendo a ſervire le M. V. in queſto Studio, dice che volſe expreſſamente la lectione della mattina, & così da voſtro mandatario li fu promeſſa, & fecene l'obbligo, & non li parer per conto alcuno li debba eſſer fatto a ſuo judicio queſto torto. Et per non multiplicare in parole non dirò più oltre con queſto, che ſappiamo arete tutto inteſo: ſolo ricor-

Digitized by Google

maeus ad Laurentium Mediceum, quem parentem & patronum ſuum nominabat) *ut acroaſes haberem iis horis, quibus commodum foret Peruſinis?* Convenit illi poſtea cum Baldo (eorum litteras teſtes habemus) ut ipſe legeret ab hora XXI. uſque ad XXII. hic vero ab hora XXII. uſque ad XXIII. quod Patres ratum habuerunt. Permittebatur interdum Doctoribus ſuum ſibi competitorem eligere, interdum recuſabatur, cumque Soccinius aliquando petiiſſet, ut ſibi Gualterottus competitor daretur, neque ei ſatis ſactum fuiſſet, de Academia deſerenda cogitavit. Extant illius litterae querelarum plenae, nec ſemper valebat ſingularis Florentinorum liberalitas ad ipſum retinendum. Ineunte an. 1480. Senis aliquandiu fuit filiae nuptiarum cauſſa, inde vero cum Piſas rediiſſet, partes agere juſſus eſt Franciſci Accolti, cui Gymnaſiarchae veniam dederant eundi ad Senenſia balnea valetudinis ergo (1). Haec erant Soccinio emolu-

---

deremo alle M. V. che potendo acconciare la coſa in modo, che neſſuno ſi poteſſe dolere di non eſſerle ſtato obſervato le promeſſe & li obblighi, lo voglin fare, acciò ſi mantenga l'onore di detto Studio, La qual coſa a noſtro judicio ſi potrebbe fare in queſto modo, cioè laſſare Meſſ. Pierfilippo alla lectione della mattina, & M. Bartolomeo a quella della ſera, & a M. Baldo dare la electione di pigliare o quella della mattina, o quella della ſera quale vuole. Et volendo fuggire la concorrentia di M. Bartolomeo, come pare, arà per concorrente M. Pierfilippo, che è ſuo compatriotta, & non ſi potrà dolere. Et volendo la lectione della ſera arà M. Bartolomeo & non ne potrà fare dolentia alcuna, che lui medeſimo l'arà eletto. Et a queſto modo a noſtro parer ſiano ſedate tutte queſte queſtioni, & le M. V. ſerveranno le loro promeſſe, & neſſuno juſtamente ſi potrà dolere.

(1) Menſe Aprili 1480. decreverunt Officiales Studii, quod dum abeſt D. Franciſcus de Aretio, ne ſcholares detrimentum doctrinae capiant, D. Bartholomaeus Soccinus relinquat ſuam lectionem D. Guittoni & ſuppleat & legat in jure civili alium titulum, quam eum, qui a D. Franciſco legebatur, & D. Guitto ſuppleat lectionem juris canonici loco D. Bartholomaei Soccini.

mento, & diſcipulis utilitati. Sic enim ſtadium currebat, ſic enitebatur, ſic conteudebat, ut ceteros vinceret. Nobiliſſimos juriſconſultos diſceptatores non modo non recuſabat, ſed etiam depoſcebat, & quod aliquando Laurentius Mediceus interfuit ejus cum Jaſone Mayno ſcholaſticis concertationibus, ut magis magiſque appareat quam facile tanti viri aures paterent omnium querelis, & iis praeſertim, in quibus de litteris agebatur, quo in geuere verſutiſſimum & patientiſſimum fuiſſe accepimus, non pigebit epiſtolam exſcribere Academiae famuli, qua res haec tota narratur (1). Autumno an. 1487. Senas Soccinius ac-

(1) A Bartolomco Dei Notario degli Officiali dello Studio.

Ho ricevuto la voſtra de dì IX. per la quale mi date avviſo di più coſe, e primo che alle volte dia avviſo del vero, la qual coſa potrete quello avviſo arete da me dire come di veduta e ſenza paſſione d'aleuno, imperò ſono amatore del vero. E più della venuta di Maeſtro Luchino eſſi manifeſtata a tutti, la qual eoſa è ſuta grata a tutti gli artiſti, cioè ſcolari. Al ſuo principio vi darò avviſo.

Della mutazione di M. Filippo Decio, e di M. Gianvettorio Soderini alle prime lezioni dopo Paſqua, cioè a dì 2. di Gennajo M. Filippo entrò la mattina concorrente al Cocco, e M. Gianvettorio la ſera col Sozino.

Al Rettore diſſi delle lettere di ſua confermazione, come m'avviſaſti, e così della parte mi tocca di mie appuntature arei caro ne deſſi lo ſtanziamento a Luca da Leſſo Speziale mio Procuratore quando verrà per eſſo.

E più v'avviſo come a dì 13. uno ſcolare di quegli venuti com M. Giaſone tenne in circolo due concluſioni, credo foſſino contro a una opinione di M. Sozino: dipoi ehe gli ſcolari ebbono arguito ſecondo il conſueto ſappiecorno inſieme el Sozino, el Giaſone, alla qual diſputa comparì el Mag. Lorenzo fermandoſi a udire per inſino al fine. Riſcaldandoſi e'gioſtranti nell'arme, ſi fè bujo, e col torchio finì detta diſputa. Venendo loro a un certo paſſo d'un teſto del dire in un modo a dire nel altro, Lorenzo e M. Angnolo Poliziano ſuo mi mandò con ſua volontà per uno codiee e trovata

acceſſit, ut munere fungeretur, quod omnium ampliſſimum putabatur (Capitaneum Populi vocabant), ejuſque diſceſſu magnum ſane detrimentum fecit Academia. Vix enim CCX. diſcipuli ſuperfuerunt, qui juri operam darent. Narrant Senenſium rerum ſcriptores molitum quaedam tum Soccinium fuiſſe, quae publicae tranquillitati nocitura videbantur (1). Non alienum enim a ſuis ſtudiis eſſe putabat ſequi temeraria, turbulenta, & periculoſa conſilia. Anno poſt idem Piſas rediit, ſed cum voluntate illas deſerendi, quamvis ampliſſimum illi pendebatur ſtipendium MCCCL uſque Florenorum (2). *Quantam curam,*

la legge M. Agnolo la leſſe preſſo Lorenzo e tutti, la qual coſa alla venuta coſtà di Lorenzo, e di M. Agnolo potrete intendere a pieno quello ne è dell'uno, e dell'altro, imperò ſono coſe non da mio judicio, ſe già voi non diceſſi quello, ſe ne dice. In quanto a queſto la voce è grande, e l'amore degli ſcolari inverſo di M. Giaſone, e quello me ne fà certo ſi è, che parecchi ſcholari, che udivono in Canonico, hanno laſciati i loro Dottori, e ſono entrati col detto M. Giaſone.

Dipoi fatta la diſputa el Sozino andò a caſa Lorenzo, e io come famigliare, che ſono della caſa, v'andai, e ſtando alquanto Lorenzo, e 'l Sozino in camera, venne fuora M. Agnolo e mandommi fuora per certi teſti di leggi, e con quegli ſtettano a vedere, leggere e trattare di quelle per infino a ore 4. ſonate, dipoi preſe el Sozino licenza. Altro non m'accade: ſono voſtro ſempre, e così prego voi non v'increſca alle volte darmi qualche avviſo come occorre alla giornata e io el ſimile: valete a dì 14. Gennajo 1488.

Antonio Mioiatore
Bidello in Piſa

(1) *Vide* Murator. Script. Rer. Ital. vol. XXIII. p. 809.

(2) Io ho ricevuta una dal Provveditore voſtro, & intendo quello che ſcrive: gli ho riſpoſto di mia intentione, la quale mi è paruto debito anche alle M. V. ſignificarla. E queſta è che lo intendo l'anno avvenire omni modo partire, ſicchè avendovi già 14. anni ſervito fedelmente, co-

diligentiamque per quatuordecim annos adhibuerim (in haec ferme verba ſcripſit ad Florentinos Patres) *in exequendo munere, quod mihi mandaſtis, cum vos teſtes habeam, nihil opus eſt pluribus verbis commemorare, quibus quoniam, ut ſpero, ſatisſeci, nihilque reliqui ſeci quod ad datam ſidem praeſtandam pertineret, proximo anno a vobis diſcedere deliberavi. Id vos ignorare nolui, ne de me quereamini, & ut Gymnaſio veſtro conſulatis. Quare a vobis peto primum, ut conſilium probetis meum, deinde ne fruſtra dehortando conemini.* Quod magni erat illius opera, atque nobiliſſimum nomen, religione promiſſi a propoſito illum deterrere curarunt Patres. Tum Soccinius ſibi conſulendum putavit, & aeſtate an. 1489. fuga ſe ad ſuos Senenſes recepit. Non mihi propoſitum eſt confutare, quae de hac Soccinii fuga Panzirolius aliique narrarunt. Id enim nunc curamus unice, ut memoriae prodamus, quae ex certiſſimis monumentis comperta habemus. Illa quidem commovit indignationem, & excitavit odium Gymnaſiarcharum, & puniendam, & ulciſcendam putarunt. Ea propter legatum Senas miſerunt Franciſcum Gaddium, ut non vehementer modo, ſed etiam minaciter de accepta injuria expoſtulationem faceret. Ipſius Gaddii litterae ad Florentinos Patres, quarum exemplum infra exſcribemus, ſatis declarabunt viſum Senenſibus criminoſam fuiſſe Soccinii fugam, dignam hanc putaſſe poena aliqua, ſed quae minime infamiae notam inureret; illos nihil non egiſſe, ut Soccinius Pi-

---

me ne ſiete teſtimoni, mi è paruto queſta mia volontà a buon hora ſignificarvela, acciò non vi potiate dolere di me, & potiate provvedere al biſogno dello Studio voſtro, che mi ſarà gratiſſimo, non potendovi ſervire io, & così piglio da voi buona licentia, e in queſta concluſione io rimango con voi, ſicchè provvedete & hora, che ogni opera ſarebbe vana. Io come ſono, ſempre mi reputerò voſtro buono figliuolo, & ſervidore. Altro non occorre. A voi mi raccomando.

Piſis XI. Maii 1486.

Digitized by Google

ſas rediret, ſed nihil tum obtinere potuiſſe ab homine non modo inconſtanti, ſed etiam temeraria natura, qui aliquando perduellionis crimen minime apud ipſos effugerat (1). Neminem tamen probatum iri

Neminí

Dd 2

(1) Magnifici Domini Octoviri Practicae mei honorandi. Per haver trovati al mio giugner qui buona parte di queſti Magnifici Officiali di Balia fuori alla villa, non hò prima havuta audientia publica dal Magiſtrato loro che queſta mattina, dove havendo expoſto la commiſſion mia nella ſententia, che ſi contiene nella inſtructione datami & con quelle accomodate parole iudicai eſſere ad propoſito. Feci loro queſta concluſione, come eſſendo parſo alle S. V. non haver ritracto da me alchuna determinata concluſione circa el caſo di M. Bartholomeo Sozini, e ſtimando queſta coſa aſſai li Signori Octo di Pratica, mi havevono di nuovo rimandato a lor M. per richiederle d'ogni opera poſſibile ſecondo la fede hanno in epſe riſpecto alla conjunctiſſima amicitia ad coſtrignere il prefato Meſſ. Bartolomeo alla obſervantia della obligation ſua, & alla ſatisfactione della injuria facta coſtì, eſſendoſi furtivamente partito, e nel modo ha facto; La quale injuria chi ben conſidera è di natura, che non ſolum ſi compenſa ſatisfacciendo de jure ſecondo le condictioni del contracto, ma tanto più richiede, quanto merita la qualità di epſa injuria, & che ricercha il vinculo della confederatione, & ſingulare amicitia è intra la voſtra Republica & le loro M. S., & di queſto efficacemente le richieſi, in caſo che M. Bartolomeo perſiſteſſe obſtinato ad non voler fare il debito ſuo. Le loro M. preſono tempo ad riſpondermi, & queſta ſera per tre de' loro principali mi hanno facto riſpondere in queſto effecto, come per loro ſi è uſata ogni extrema diligentia & inſtantia, & in diverſi modi per deſporre M. Bartolomeo ad venire a leggere queſto anno, come è obbligato, & che finalmente lo trovono obſtinato ad non lo voler fare per neſſun modo, & allega che ſa beniſſimo quello gline va, ma quando ne andaſſi ancora tutto lo ſtato ſuo & la vita, non è per rimoverſi dall'opinion ſua, della qual coſa loro avevano diſpiacere aſſai, cognoſcendo lui non havere alcuna juſtificata ragione, imputando tucto alla ſua ſtrana natura, & che oltre admodo doleva loro. Il non havere per queſta via potuto fare alcun buon fructo, & deſiderando in quanto ſia lor poſſibile, che le S. V. ſi reputi-

Digitized by Google

exiſtimo iracundiam & ſeveritatem, quam in ſuis de Soccinio judiciis adhibuerunt Florentini, cum iis ſucceſſiſſet Aloyſii Venturae Curato-

no ben ſatisfacte di loro, liberamente offerſono, che ſanza alcuna exceptione erano paratiſſimi ad fare in queſto caſo quello che ſi richiedeſſi de jure, & quel più di che fuſſino accennate. Et queſto deſideravano intender da me, ad che io riſpoſi, che eſſendo quelle ſapientiſſime, non mancherebbe lor de' modi & delle vie per ſatisfare alla fede, che le S. V. havevano in loro. Riſpoſono che oltre a quello conoſcono richiedere la ragione in queſto caſo ſaranno ſempre contenti far quel più, che farebbe la magnificenza di Lorenzo de' Medici, quando fuſſi nel grado loro, & ad altro particulare non ſi riſtrinſono, & così mi impoſono vi doveſſi ſcrivere havendo inteſo da me che non ero per partirmi ſe non con qualche riſolutione della commiſſion mia.

Meſſ. Bartholomeo queſta ſera mi è venuto all' hoſteria ad parlare, & per quanto dice per comiſſion delli Officiali di Balia per teſtificare l' opera hanno facta con lui in diſporlo a &c. Et oltre ad ciò in minacciarlo, di che mi pare lui tenghi pocho conto, perchè altre volte è ſtato Rebelle loro, e roba non ha che li poſſino confiſcare, perchè quello tanto che ci ha, la donna ſua ſempre lo ha difeſo per dota. Et in concluſione dopo molte diſcuſſioni & parole alla fine alquanto pungenti dimoſtra lui eſſer obſtinato per queſto anno ad non volere in alchun modo venire ad Piſa, e queſto è quanto ho potuto ritrarre da lui. Le S. V. mi adviſeranno quello che io habbi ad fare, havendo inteſo in che termine ſi trovi la coſa di quà, & perchè io vi dica qualche coſa della opinion mia, per quello che io ritraggo da qualch' uno in particulare, qui in facti ſi farà difficultà di procedere poco più oltre, che ſi vogli la ragione. Aſpecto la riſpoſta voſtra, & ſeguirò quanto mi commetterete. Meſſer Borgherino è gravamente malato, & in termine per quanto intenda da penſar più toſto al facto dell' anima ſua che ad altre practiche, & per queſto non ho potuto exequire &c. Senis 10. Septembris 1489.

Franciſcus de Ghaddis Secretarius Florentinus.

ris Academiae opera, ſeu potius dolo, ut illum in manibus haberent, quod

---

Magnifici Domini. Hier ſera al tardi ritornò il Cavallaro con lettere delle SS. VV. de' dì 12., & perchè queſta mattina gli Officiali della Balia per eſſere buona parte di loro alla villa non ſi poterono taghunare, fui in particulare con alcuni di loro, & de' principali, & molto apertamente feci loro intendere quanto le S. V. mi comectono: & come quelle examinata la qualità de la ingiuria factavi da Meſ. Bartolomeo, & la obſtinatione, & protervia ſua. la cauſa ſua d' ordinaria & pertinente agli Officiali dello Studio ſi era facta criminale e di ſtato, & per queſta la cognitione & deciſione d'epſa s'aſpectava alle Signorie voſtre, & ai Principali del Ghoverno, i quali non ſi poterono perſuadere che per le loro S. non ſi dovesse fare ogni opera & dimoſtratione di non volere per alchun modo conſentire che M. Bart. teſti con queſto caricho e nota d'infamia, & le S. V. con un offeſſa di tal natura: ſoggiugnendo che alle lor S. che erano prudentiſſime, non mancherebbono dei modi ad dimoſtrar di voler eſſere ubidite, quando pure lui perſeveraſſe nella protervità ſua. Replicando quello altre volte havevo ricordato loro, che quando il Sozino non ritornaſſi a leggere queſto anno a Piſa, come è obbligato, de jure non poteva eſſer denegato il coſtringerlo alla ſatisfaction della pena, che nel contracto ſi contiene, ma che queſto non compenſava alla qualità dell' injuria, nè all' opinione che le S. V. hanno nell' amicitia, & benevolentia, che è intra la voſtra Rep. & la loro, per il che li eſortai con ogni iſtantia poſſibile, multiplichando quelle ragioni che le S. V. prudentemente allegano, e quelle parole che judicai eſſere a propoſito. Fummi riſpoſto per Meſ. Borgheſe, dimoſtrando prima di maravigliarſi aſſai che le S. V. ſi riſentiſſero di queſto caſo, come li parea faceſſino, & dixe che a loro era maximamente moleſto il non potere diſpotre Meſ. Bartolomeo, come è il deſiderio loro, & che havevano e in publico, & in privato, & moltiſſime volte prima perſuaſo, & confortatolo amorevolmente ad non mancarvi della fede ſua, di poi inſtato, & combattutolo, & inſino ad minacciarlo, che ſarebbono conſtrecti ad procedere contro ad lui in modo che ſe ne pentirebbe, quando pur non voleſſi ſatisfare al debito ſuo, & che finalmente non lo havevano potuto rimovere dall' opinion ſua. Et che non di meno di

di nuovo ſarebbono ogni iſtantia poſſibile di rimoverlo, & quando pur non giovaſſe, ſi offerirono liberamente ad coſtringerlo ad ſatisfar quello che de jure è obbligato, & oltre ad ciò fare tal ſegno & dimoſtratione verſo di lui, che le S. V. conoſcerebbono, che loro reputano ogni voſtra injuria & offeſa, come ſe fuſſi lor propria. Neri Placidi confermò queſto medeſimo, & ſobgiunſe, che ſi maravigliava, che haveſſi reputata queſta cauſa di Meſ. Bart. caſo di ſtato, & maxime che l'acto lui havea facto, & queſta ſua ſtrana & proterva natura era contro alla voglia loro, & che io havevo molto ben potuto conoſcere, come per loro ſi era uſata & uſa ogni arte & diligentia, perchè lui obſervi la fede, & che quando lui fuſſi obſtinato ad nol voler farlo, & loro faceſſino contro ad lui quello, che la ragion voleſſi, & quel più che fareſti voi, ſendo nel grado loro, li pareva le S. V. doveſſino rimaner contente, & ſenza alteratione alchuna della amicitia & benivolentia, che è intra loro & voi: allegando che in circa XV. anni che lui vi ha ſervito nello Studio, qualche volta harebbon potuto richiamarlo & non lo fecero per non vi diſpiacere. Et hora ultimamente intendendo la praticha del condurſi a Padova, havevano diſegnato romperla, & lo havevano condocto per lo Studio loro quì con M. fiorini di ſalario, & ordinate lettere alla S. di Vinegia per impetrare licentia per lui, juſtificando che la condocta loro come ſuperiori a lui, rompeva ogni altra condocta, & neſſuno ſe ne poteva meritamente dolere. Nondimeno ſentendo quanto le S. V. ſtimarono queſto caſo, hanno mutata opinione, ſolamente per non diſpiacervi. Differirono a queſta ſera nel loro Officio di Balia riſpondermi più diſtintamente, & interim ſarebbono un' ultima prova con Meſ. Bart.

Sono di poi ſtato colle loro S. nella loro ſolita audientia, e per replicare le medeſime parole: parendomi che la lettera delle S. V. fuſſi di qualità da poterla liberamente leggere, la lexi alle loro S. perchè più expreſſamente quelle intendeſſino la intention voſtra, preghandole mi doveſſino dare qualche determinata riſpoſta. Feronmi replichate le medeſime juſtificationi di ſopra colla medeſima concluſione, cioè che da Meſ. Bartolomeo non havevano potuto ritrarre altro. & come erano in diſpoſitione coſtringerlo alla ſatisfaction della pena, & a quel più che ſtimaſſino ſatisfare all'offeſa voſtra, la quale reputavono loro; ma che parendo loro fuſſi da differire qual

qualche dì per non diſperare il Sozino in modo che ſi metteſſi ad recta andarne a Padova, che ſarebbe un perderlo per un pezzo, dove al presente intenderono non era per andare. Et per queſto indichavano foſſe da non inchalciarlo, & maximamente havendo tempo aſſai, & per adventura potrebb' eſſere che in queſto mezzo ſi potrebbe mutare d'opinione, & loro non ceſſerebbono mai d'infeſtarlo, & con queſta concluſione pareva loro me ne doveſſi ritornare, promettendo liberamente, che per loro medeſimi ghovernerebbero la coſa in modo, ne reſtereſti ben ſatisfacti &c.

Senis XIV Sept. 1489.

Magnifici Domini. Hier ſera per il Cavallaro hebbi l'ultima delle S. V. Et queſta mattina non ſi raghunando la Balia, ſono ſtato in particulare con queſti principali, & ho facto loro apertamente & diſtinctamente intendere quanto le S. V. mi ſcrivono, & commettono. I quali moſtrano di maravigliarſi aſſai della exiſtimatione, che cognoſcono farſi coſtì di queſto caſo del Sozino, & hannone diſpiacere & moleſtia aſſai; & parmi ſia qualcuno di loro che dubiti, che 'l farne tanta inſtantia, non vogli importare qualche coſa più oltre. Et per queſto dopo molte diſcuſſioni ſi ſono riſoluti in queſto effecto, di fare comandamento a Meſſ. Bartolomeo non ſi debba patir di qui ſub poena rebellionis, ſenza loro expreſſa licentia, & queſto ad fine non ſe andaſſi ad Padova furtivamente. Ad preſſo hanno determinato mandar coſtì Meſſer Niccolò Borgheſi Ambaſciatore alle S. V. & la ſomma della ſua commiſſione è per juſtificarſi con quelle, & offerire che quando Meſſ. Bartolomeo non ſi poteſſi diſporre di volervi obſervare la fede ſecondo la obligatione, di conſtringerlo alla ſatisfactione della pena, ed a quel più parrà alle S. V. riſpecto all'offeſa, della qual ſatisfactione non par loro juſtamente nè honeſtamente dover coſtringerlo al preſente al dare alcuna ſicurtà, non per recuſare di non voler fare ogni coſa per reintegration dell'injuria & offeſa voſtra, ma per non far precipitare il Sozino in luogo, dove non fuſſi poi rimedio alcuno a ripeſcarlo, & maxime conſiderata la natura & modi ſua, I quali loro allegano eſſere ſtati potiſſima cagione de'lu haver proceduto in queſto caſo con qualche riſpetto, ſtimando queſta via eſſer più ad propoſito & ſecondo la intentione delle S. V. Queſto è in concluſione quello che ho poſſuto ritrarre in executione di queſt' ultima commiſſione ec.

Senis XVIII. Sept. 1489.

quod accidit Decembri an. 1489. (1). Id reſpiciens Jaſon quando de illo revocando Piſas agebatur per Antonium Ginium Academiae ſcribam, reſpondit vereri ſe Soccinii exemplo commonefactum, ne durius tractaretur, quoties abeundi veniam minime obtinuiſſet. Soccinius quidem Florentiae in carcerem conjectus fuit, nec valuerunt non Senenſium modo, qui legatum Florentiam miſerunt, ſed & vel ipſius Romani Pontificis preces, ut emitteretur e cuſtodia, & vinculis liberaretur. Penes Nicolaum Valorium, qui Laurentii Medicei vitam declaravit, ſides ſit, tanti viri ſtudiis liberatum Soccinium fuiſſe capitis poena, qua ipſum criminum vindices damnaverant. Eteuim vix adducor ut credam tantam illos adhibuiſſe ſeveritatem erga hominem, quem univer-

(1) *Cum Piſis Florentiam iter haberet una cum Socciaio haec ſcripſit*. Al cavallaro non laſſai dire a bocca, che ſaremo coſtì a hore 2. di notte; mandate alla porta chi l' ha a menare dove volete, e ordinate che abbia letto, perchè queſta notte non ha dormito punto, e noi con eſſo lui inſieme, ſicchè ognuno ha biſogno di ripoſo; avviſate e mandate ſenza manco, acciò che io ſappia quello che hò a fare, perchè non mi pare ſia ragionevole vadi ſeco per Firenze. Valete die 26. Decemb. 1489. *Antequam Piſis diſcederet in judicium adductus fuit Praefecti urbis, qua de re queſtus eſt Academiae Rector. Vel antequam id accideret, cum Octobri an. 1489. Lucam veniſſet Soccinius, vehementiſſime cum illo egit Ventura, ut Piſas rediret, quod ſe facturum modo promittebat, modo negabat*. Quando non haveva altro da riſpondere (*ſic ſcribebat Ventura ad Officiales Studii*) mi diceva io conoſco che son pazzo, ma io lo voglio pur fare, ſe io doveſſi perdere la roba e i figliuoli, e la vita, nè mai potetti aver altro da lui. *In alia epiſtola inquit ipſe*. Sono ſtato con Meſſ. Jaſone per ritrarre ſua opinione, e dice che rimanendo Meſſ. Bart. in queſto Studio non ci ſtarà mai con meno ſalario di lui, e che quando egli non reſti, che lui ſi rimette liberamente nella M. di Lorenzo.

niverſa celebrabat Italia, quo ſane nihil odioſius, nihil turpius fuiſſet (1). Soccinius ipſe e vinculis ſuam cauſſam defendit, & teſte et laudatore uſus eſt Laurentio Mediceo, cui maximam fidem habebat rerum ſuarum, ut probaret ſe aut non erraſſe, aut peccati excuſatione dignum eſſe. Ad nos uſque pervenit illius ſcriptum, ut & nomina tum Florentinorum, tum Senenſium, qui pro Soccinio de non deſerendis per triennium locis Reipublicae ſubjectis fidejuſſerunt, poena ſibi conſtituta, ſi non promiſſum ſervaſſet, XV. uſque millium Florenorum. Tali modo poſtrid. non. Martii an. 1490. vinculis liberatus eſt, neque multos poſt menſes, eodem Mediceo auctore, redditus Academiae Piſanae fuit veſpertinus juris civilis interpres cum MDCLXV. & amplius Florenorum ſtipendio. Multae erant cauſſae ſingularis Laurentii Medicei in Soccinium ſtudii, illa etiam, quod ſcriptis ſuis probaverat injuſtam, ac propterea nullam fuiſſe excommunicationis poenam, qua Sixtus IV. Florentinam Remp. affecerat ob ea, quae in Pactiana conjuratione acciderunt. Afflictus graviſſime tanti viri interitu Soccinius Romam cogitavit, ſed impedierunt Florentini, quo minus ſuſceptum cum Pontifice negotium expediret (2). In honorando Soccinio, ut & aliis doctrina praeſtanti-

Ee

(1) *Vide Laurentii Medicei Vitam Tom. I. pag. 52. & Tom. II. pag. 78. & ſeq. Nimium fortaſſe tribuiſſe videbimur Valorii auctoritati in iis, quae eo in loco attulimus de poena, quam violatae fidei petierunt a Soccinio Capitalium criminum vindices.*

(2) Petro Medici Oratori Romae. E ti può eſſer noto quanto ſia neceſſario per conſervare el noſtro Studio in qualche reputatione il mantenere M. Bartolomeo Sozini a Piſa. Hora havendo noi notitia, come lui è ſuto electo dalla Santità di N. S. a certo officio coſtì, dubitiamo non ce lo perdere. Pertanto ti preghiamo, che conoſcendo tu tal coſa dovere ſortire effecto, t'ingegni operare con N. S. ſe è poſſibile, che non ci privi di tale doctrina, quale è quella del Sozino, maxime eſſendo lui ancora obbligato per certo tempo al noſtro Officio. Et quanto ne ritrahi ci ſia grato intenderlo, ac-

bus viris paternorum ſtudiorum imitator & aemulator fuit Petrus Mediceus, cujus opera factum eſt, ut ex Academiae aerario bona quaedam immobilia emerentur in urbe, vel agro Piſarum, quorum dominium eſſet penes Soccinium ipſum (1). Sed haec & alia hujuſmodi ſingula-

---

ciò poſſiamo al biſogno dello Studio a tempo provvedere. Praeterea giudicando eſſere a propoſito, & non operare in darno il tentare Meſſ. Jaſon de Maino, il quale è coſtì colli Oratori di Milano, ſe lui voleſſe ritornare a Piſa con quel buon modo ti pareſſe conveniente . . . . . Florentiae die 13. Novemb. 1492. *Extant Praefectorum Academiae ad Soccinium ipſum litterae datae 30. Aprilis 1494. quibus illi veniam dant abeundi Senas, ibique duos menſes manendi ad Officium* Capitanatus Populi *gerendum, quo tempore vices illius geſſit Chriſtophorus Fondi Senenſis.*

(1) *Hoc eſt decretum Reip. Florentinae latum an. 1493. Ex Tab.* delle Riformagioni.

Dubitavit nemo unquam vere dici Juris Conſultos oraculum eſſe totius civitatis. Ipſi enim in dubiis reſponſa tradunt, ut viris aenigmata ſolvant: hinc eſt quod Praefecti Gymnaſiorum in primis hujus diſciplinae excellentes viros omni ſtudio perquiſiverunt, ut ejus veram doctrinam diſcipulis traderent, idque prae ceteris Gymnaſii Piſani Praefecti ſtuduerunt conquirentes undique per Italiam, ſi quos habere poſſent, qui in eo genere diſciplinae ceteris praeſtarent. Nec fruſtra id intenderunt. Sed quia non ſatis eſt hujuſmodi viros undique accerſitos habere, niſi conſerventur, quod fieri nequit, niſi praemiis invitentur, praecipue cum a multis in dies ſollicitarentur; praeſertim D. Bartholomaeus Sozinus Senenſis civis Pontificii atque Caeſarei juris Doctor praeclariſſimus, qui jam annos circiter xx. in Piſano Gymnaſio ſumma cum laude & diſcipulorum gratia atque utilitate jura acutiſſime ac dilucidiſſime interpretatus eſt. Idcirc magnifici & excelſi Dom. PP. Libertatis & Vexillifer Juſtitiae Pop. Flor. moti, praecipue hortatu Praefectorum dicti Gymnaſii volentes hunc virum aliquo munere in amoris ſignum allicere & invitare, ut quemadmodum jam ſe facturum ſpopondit Petro Medici concivi noſtro, ita perſeveret in Piſano Gymnaſio jura enodare, quoaduſque idem Petrus vo-

ria beneficia minime valuerunt ad continendum inconſtantem, ſeditioſum & turbulentum hominem, narraturque a Senenſium rerum Scriptoribus eumdem periculoſum Piſanis dediſſe conſilium, ut ſervile Florentinorum jugum excuterent, ſeque in fidem poteſtatemque Caroli VIII. Gallorum Regis conferrent (1). Erat profecto Piſis iis temporibus, ut ex ipſius litteris cognoſci poteſt, verenſque vindictam eorum, quos laeſerat, abiit primum Bononiam, mox Patavium, cum Italicum nullum eſſet Lyceum, qui ejus operam ampliſſimis praemiis non expoſceret. Poſtremo velut poſtliminio rediit ad Senenſes ſuos, apud quos multum jactatae fortunae ſuae portum ſe inventurum ſperavit. Sed miſerabiliter an. 1507. vitam finivit. Obſtructo enim ex nimia viſcoſitate humorum vocis organo, & linguae paralyſi affectus per triennium liberae loquelae uſu caruit, obliguritiſque bonis, heredibus nil aliud, niſi par-

luerit. Habita primo ſuper infraſcriptis omnibus & ſingulis die XX. menſis Novemb. Indict. XII. an. 1493. deliberatione ſolemni ec. providerunt ec. quod Praefecti Studii Florentini & Piſani, virtute praeſentis Proviſionis habeant & habere intelligantur pleniſſimam facultatem exequendi de pecuniis aſſignamentorum Studii uſque in florenos CCCC. largos pro ſolutione bonorum immobilium emendorum, ſeu quovis alio alienationis titulo adquirendorum in civitate vel comitatu Piſarum, ut perveniant in dictum D. Bartholomeum Sozinum jure proprietatis & dominii in perpetuum ec. & pro ſupradicta emptione nulla gabella debeatur ec.

(1) *In chronica quadam Piſana ſcripta a Joanne Portovenerio legitur*. A dì 18. di dicto (Decembre 1495. ſtilo Piſano) ſe ne andò da Piſa Meſ. Bartolomeo Soccini da Siena Dot. luminatiſſimo leggiſta in Piſa benanni circha 21. con ſalario di ducati M. l'anno di ſalario, perchè ſi dicea eſſere il primo Dottore d'Italia *Haec etiam extant in libris Academiae*. In anno 1494. menſe Novembri, cum defeciſſet Piſana civitas ob adventum Regis Francorum ipſe D. Bartholomaeus inimicus noſtrae Reipublicae, ut pote Senenſis, eum Piſanis faveret, beneficiorum immemor ſemper in omni actione Florentinis adverſatus eſt, & relicto Studio noſtro, Bononiam profectus ibidem viliori conditione publice legit.

tam ex ſcriptis gloriam reliquit. Profecto neminem ſua aetate ſuperiorem habuit acumine & doctrina in interpretandis Romanorum legibus, cui rei indicio maxime eſſe poſſunt ejus *Commentaria in praecipuas Digeſtorum & Codicis leges*. Falſo illi tribui putatur, & jure quidem vel ex Mariani Soccinii junioris ſententia, *Regularum liber*. Neque minus ob ſubtilitatem & prudentiam commendantur ejusdem opera forenſia, quae ſaepius cuſa fuerunt, additis etiam recentiorum Juriſconſultorum adnotationibus. In proverbium abiit Soccinii *Conſilium*, quo adverſus creditorem certum creditum inficiantem pugione utendum reſpondit, quod non conſulto, ſed per jocum dixiſſe putatur, quamvis in ejus lingua nihil eſſet mite, manſuetum ac moderatum. Vel ejus publicae praelectiones tanta abundabant doctrina, ut Jannes Franciſcus de Poliaſca Spedienſis ex iis, quae ex ejus ore, dum Piſis erat, excepit, ſe confeciſſe faſſus fuerit commentaria *in leg. ſtipulationum ſecundam* §. *horum ff. de verb. obligat*. Porro nullius unquam ſchola magis floruit nobilitate diſcipulorum, quorum uſque quingentos ingenio claros ſe doctrinae inſignibus decoraſſe glorians aliquando affirmavit. Ex quo fiebat, ut quoties Academiam noſtram alio migraturus deſeruit, plurimum minueretur diſcipulorum numerus, cui veſtigia magiſtri ſequebantur. Servivit & patriae in publicis rebus, cum legationes ad ſummum Pontificem Alexandrum VI. & Auguſtinum Barbadicum Venetorum Ducem obiiſſet. Addit & Panzirolius (quo te-me neſcio) turpiter illum deſeruiſſe memoriam, cum orationes aliena manu ſcriptas ad ipſos haberet. Quod ejus doctrinam gloriae eſſe Reipublicae judicabant Senenſes, eam ſic ſemper honorarunt, perinde ac ſi Juriſconſultorum Deus haberetur.

Non defuerunt quoque in locis Florentinae Reipublicae ſubjectis juris civilis ſcientia clari homines, qui tum operam praeſtarent ſuam noſtrae Academiae. Ex iis mihi ſe ſe offerunt primo Paullus Piſanus, Andraes Caſtillioneus, Donatus Jannarinius Aretinus, Gregorius Ciampantius, non illi quidem principes, ſed tamen digni, qui audirentur. Ex nobiliſſima Florentina Pucciorum familia bini prodierunt, qui dignitatem non modo

Digitized by Google

ipſius Academiae, ſed etiam juris prudentiae plurimum auxerunt. Magna ſpe, & prope explorata illi honorum curſum ingreſſi ſunt, ex quo factum eſt, ut non ultra biennium apud nos manſerint. De Laurentio quidem ſupra mentionem fecimus, cum de Pontificii juris magiſtris loquerenur, ſed & cum jus civile docuerit, praeſenti ſermoni reſervandum ipſum putavimus, ea etiam de cauſſa ne ſepararemus a Fratre, quocum non minus generis & nominis, quam ſtudiorum & conſiliorum cognatione fuit conjunctiſſimus. Romam vocatus a patruo, qui ſua virtute in ampliſſimum Cardinalium collegium aſcenderat, ipſum, poſtquam Julii II. ut vocant Datarius (1), & Leonis X. ab epiſtolis fuiſſet, non modo dignitate aequavit, ſed & fama ſuperavit. Cum praefuiſſet naſcenti laudi Jacobi Sadoleti, tam praeclarum de Puccio ille dedit non ſolum grati animi, ſed & judicii ſui teſtimonium, ut dubitare minime poſſimus fuiſſe hominem ſapientiae plenum, erga pauperes comem, potentibus non infenſum, bonis omnibus fautorem, nulli unquam acerbum, maximis porro Pontificibus & conſilio ſemper & opera & omni fide atque amore conjunctum ac conſentientem. Interfuit Concilio Lateranenſi, pluresque gubernavit Eccleſias. Romae vero deceſſit menſe Septembri an. 1531. & in S. Mariae ſupra Minervam, ut ajunt, Aede ſepulcri monumentum habuit, in quo haec poſita fuit inſcriptio.

Laurentio Puccio Epiſcopo Praeneſtino Cardinali SS. Quatuor majori Poenitentiario, ſingularis probitatis ac amabilitatis & in Apoſtolicis negotiis experto, qui vixit annos LXXIII. menſem I. dies IX. juxta Leonis PP. X. ut mandaverat, Sepulchrum Robertus Puccius Cardinalis SS. Quatuor major Poenitentiarius Fratri optimo ac benemerenti fac. cur. Mortem obiit an. MDXXXI.

---

(1) *Dum hoc munere fungebatur, librum* de Gratiis & Expectativis *ſcripſiſſe dicitur.*

Ejus Frater, & Antonii Filius, nomine Puccius, floruit Florentiae, cum in maxima gratia eſſet apud Laurentium Mediceum. Itaque ampliores magiſtratus, honorificentioreſque geſſit legationes, omninoque Reipublicae dignitatem lingua, moribus & doctrina ſuſtinere videbatur. Cum uxorem duxiſſet Hieronymam Farneſiam, quae Alexandro Farneſio, qui poſtea Summus Pontifex creatus eſt, ſoror erat, plurimum auxit nobilitatem familiae, & quam ſuavis eſſet inter eos & quanta conjunctio, ex ipſius Farneſii litteris ad Puccium cognoſci poteſt. Dicendi vis egregia erat in illo, ſumma cum feſtivitate & venuſtate conjuncta, ut non plane exaruiſſe videretur illa bene loquendi & ſcribendi laus, quae ſuperioris aetatis adeo fuit propria, ut non rationis & ſcientiae, ſed quaſi bonae conſuetudinis, & innocentiae fuiſſe judicetur. Mortem obivit an. 1494. duodecim poſt annos quam ab Academia diſceſſerat, in qua nemo fuit, qui ejus mortem lacrimis non decoraret. Nam quamvis abſentis perpetua & conſtans fuit in illam voluntas & ſtudium.

Porro laus non mediocris debetur Baldinotto Bartholomaei Baldinotti J. C. & Violantis Bracaliae nobilium Piſtorienſium filio, qui & docuit alios, & ipſe multa ſcripſit praeclare. Teſtis enim eſt Michael Angelus Salvius (1) Piſtorienſium rerum diligens ſcriptor, illum exaraſſe duo magna volumina commentariorum in ***Digeſtum novum***, pluresque eruditas elucubrationes in Perſium & Dantem. Addunt alii reliquiſſe etiam orationes & carmina, & in bibliotheca quidem Strociana plura hujuſmodi ad illum pertinentia olim ſervabantur (2). Non ſa-

(1) Tom. II. Hiſt. Piſtor. lib XVI.

(2) *Teſtis eſt Dominicus Maria Mannius, qui eidem bibliothecae diu praefuit, extitiſſe in Cod. CCLX. Baldinotti* Carmen ad Nicolaum Fabronium cum aliis verſibus de civitate Piſtorii, carmen ad Blaſium Perium de recedendo ab amore, oratiunculam ante Doctoratum, & ante & poſt repetitionem, quam Piſtorii fecit; alia ante primam lectionem Piſis, Sermunculum ante Reverendiſſimum Cardinalem Thuronenſem Piſtorii, & alium Etruſco ſermone exaratum ante Magnific. Domin. Piſtor. in Palatio.

cile quidem erat iis temporibus invenire Juriſconſultum, qui exercitationem mentis a ſpinoſis abſtruſiſque rebus ad ſuavitatem humaniorum litterarum traduceret, quanquam ii ipſi veteres Romani Juriſconſulti, quorum reſponſa interpretabantur, nunquam non junxerint cum juris prudentia elegantiam doctrinae. Sed erat omnino tum mos hominum, ut nollent eumdem pluribus rebus excellere. Nolo autem putes ea, quae Italicis Latiniſque litteris mandavit Baldinottus, fuiſſe urbanitate, lepore, ſuavitate ſententiarumque flore omni ex parte condita. Perpauci enim illa aetate fuerunt, qui ad hanc laudem aſpirare potuerint. At Baldinotti magis nitebat oratio, quam ceterorum Juriſconſultorum, noverat veteres poetas & oratores, memoriam antiquitatis collegerat, non privatum modo & civile jus, ſed etiam publicum tenebat, & aliis artibus erat inſtructus. Ad id bene moratus & frugi vir, & ſupra quam cuiquam credibile eſt, ut ſunt Piſtorienſes fere omnes, patriae amans. Ipſe ad Academiam venit an. 1475. permanſitque in ipſa ad totum uſque an. 1480.

E noſtratibus etiam minime caruerunt doctrinae laude Deus del Beccuto, Aeneas Stufa, et Nicolaus Altovitus, qui omnes Florentiae nobiliſſimo genere nati et ampliſſimis functi ſunt magiſtratibus. De his libenter mentionem fecimus, quanquam nihil omnino ſcripti reliquerunt. Volo enim, ut in ſcena, ſic etiam in foro et in ſchola, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili utuntur, ſed et eos, qui ſtatarii appellantur, qui etſi minime admirabilitatem faciant, neque clamores excitent, plurimum tamen augent ſcenae ipſius ornamentum et decus.

Ejusdem, vel paullo ſuperioris aetatis erat Franciſcus Pepius Quirici nobilis atque praedivitis mercatoris Florentini filius, doctus vir et ſtudiis optimis deditus, ſatis bene Latine loquens, gnarus Reipublicae, laboris multi, ſatiſque in cauſſis verſatus. Praeceptorem habuit Bartholomaeum Soccinium, a quo vix acceperat illa doctrinae inſignia, cum ad profitendum jus civile an. 1476. menſe Decembri vocatus eſt. Stipendium illius, quod principio tenue fuit, ad D. uſque Florenos per-

Digitized by Google

venit, ex quo intelligi poteſt quanta eſſet opinio illius doctrinae. Plerumque enim tenuiſſima merces, ut alibi quoque diximus, Florentinis magiſtris pendebatur, et eorum nonnulli, tum cum docere incipiebant, ut Altovito et Stufae contigit, omni prorſus carebant. Sed hoc ipſum non erat ſine emolumento aliquo. Sive enim in foro et judiciis verſarentur, ſive in praeſidiis Reipublicae collocarentur, magni erat ex magiſterio Piſano famam aliquam collegiſſe. Et ſane ii ipſi, quos nominavimus, Altovitus et Stufa aliquot annos in principibus patronis fuere, et a Republica graviſſima habuerunt mandata, et ampla laborum praemia (1). Sed ad Pepium revertor. Cum minime invenirentur, qui competitricem ſcenam cum Jaſone habere vellent, non dubitavit Pepius cum homine pugnaciſſimo, & acuminis pleno rem habere, quod cum illi feliciter ſucceſſiſſet, ſe quoque in principibus Juriſconſultorum aliquando numeratum iri ſperavit (2). Et re quidem vera non pauca in

---

(1) *Vide Ammiratum* Iſtorie Fiorentine lib. 30.

(2) *Quid judicandum ſperandumque eſſet de Pepio, & quo in ſtatu res eſſent Academiae an. 1490. hae Andreae del Campo ejusdem Academiae ſcribae litterae ad Gimnaſiarchas indicant.* Magnifici D. Benebè a queſti ſcholari ſia noto, & ſiano certiſſimi quanto V. S. s'affatichino perchè Meſſ. Bartolomeo Sozini torni quà, perchè hanno conoſciuto per experientia eſſere diſpoſte beniſſimo a ſodisfare loro, che poſſino ſtudiare, non di manco vedendogli io pure di mala voglia per la ſua abſentia, & che non pare loro potere molto profitto fare ſtando le coſe in queſto diſordine, & dolendoſene meco maxime alquanti di quelli, che nuovamente ſono venuti, i quali veramente ſono ornamento dello Studio, feci propoſito ſcriverne queſti pochi verſi alle V. S. pregandole che voglino fare provviſione in tal modo che ſieno ſatisfacti, & che quelli ſono in chamino per venire quà, venghino più volentieri. Avviſando V. S. che mai in queſto Studio ſi fecero tante diſpute pubbliche, quanto ſi fanno da poi che ci è queſto ſingolariſſimo Doctore Meſſ. Jaſone, nè tanto si dimoſtrarono mai li ſcholari fare

in jure explicando laudatiſſima elucubravit, e quibus memorantur praeſertim *Repetitio in Auth. Praeterea Cod. Unde vir & uxor*, quam in VIII. *Repetentium Civil.* volumine collectores falſo Fabiano de Pepis tribuerunt, *Conſultationes* variae, quae relatae fuerunt inter *Conſilia Mariani Senioris, & Bartholomaei Filii de Sozzinis*, & *Appendices* ad *Reſponſorum* opus Hieronymi Maggi. Solitus legitimarum & civilium controverſiarum patrocinia ſuſcipere, tantam hac de cauſſa a Piſanis iniit gratiam, ut civitate, ſtemmate urbis proprio, aliiſque honoribus, immunitatibus ac privilegiis ipſum ornaverint (1). Non facile quidem Maggii

profitto quanto al preſente. Hieri ſono ſute facte due diſpute belle, praecipue da Meſſ. Giovanni Buongirolami voſtro concittadino: ſi portò tanto bene che fu ſummamente dagli uomini docti laudato. E' coſa queſta da fare accendere gli animi degli altri voſtri, che per adventura non ſono così ferventi allo ſtudio. Devo dire ancor queſto alle S. V. che optimo conſiglio fu ●l voſtro a porre el Pepi alla concurrentia de Jaſone, perchè veggo ſi farà tale uomo, che quelle ne potranno fare qualche conto per l'advenire; buono e utile gli è ſtato queſto ſprone. Rammento alle S. V. queſta Sapienza, che gli ſcolari che vengono, trovino luogo ordinato dove ridurſi, altrimenti piglieranno partito altrove. Le altre coſe dello Studio & il governo del noſtro Magoifico Rectore vanno bene. Piſis 26. Martii 1490.

Hae litterae convincunt erroris illos, qui ſcripſere anno 1485. in Florentinam Academiam ex hac noſtra translatum Pepium fuiſſe, idcirco quia illo ipſo anno Promotor *fuit cum* Antonio Cocchio *ad decorandum laurea in Pontificio jure Angelum Politianum. Res eſt indubiis monumentis tradita, ſed inde colligi potuit fuiſſe quidem Pepium illo tempore Florentiae, ſed non propterea deſeruiſſe Academiam Piſanam. In aliis litteris datis Piſis 9. Novembris 1490. legitur.* Il Pepi ſi porta taoto bene, che li foraſtieri maxime gli fanno una continua & bella audientia.

(1) *Extat* in lib. III. Deliberat. Dom. Prior. an. 1478. p. 224. *dirloma Pepio a Piſanis an.* 1478. *conceſſum, in cujus prooemio haec ſcripta ſunt.* Adver-

Digitized by Google

inveniſſes, qui aeque, ac ille, conſtans in optima ratione vitae fuerit, quare quamvis multa acciderint adverſa Academiae, nulla tamen ab eo facta eſt intermiſſio officii, eique, quoad Florentiae manſit (manſisse autem videtur ad annum uſque 1505., quo vix ulla relicta ejus imago fuit) operam ſane diligentiſſimam tribuit. Neque Academiae ſolum, ſed etiam ſuis & patriae ſe natum putavit. Itaque & attentus & prudens fuit paterſamilias, ſummaque diligentia & fide primos liberae civitatis magiſtratus geſſit, legationeſque obivit an. 1496. ad Maximilianum Caeſarem, qui minaciter terrebat Florentinos, anno poſt ad Mediolani Ducem, & an. 1501. ad Romanum Pontificem. Valuit profecto ad augendum Academiae decus, quod e ſuis magiſtris plurimi fuerint, qui e ſchola ad prima Senatus Florentini ſubſellia occupanda vocarentur, & cum Vexilliferi Juſtitiae, & Libertatis Priores erant, & Legati ad Reges mittebantur, auctoritate Gymnaſiarcharum licuerit iis ab Academia abeſſe, dum ampliſſimis perſungebantur muneribus. Bis Pepius in ſummum civitatis locum aſcendit, & nunquam non honeſtum ſibi judicavit, poſtquam conſilia dederat Reipublicae de maximis rebus, redire ad ſcholae occupationes. Quae dum felicia tempora recordamur, non poſſumus non dolere noſtrorum conditionem, quibus illa laus, quae judicio ſtudioque civium tanquam praemium doctrinae deferebatur illius cultoribus, ſi non plane obtrita, plurimum quidem imminuta videtur. Quare minime eſt mirandum, ſi nunc remiſſius homi-

---

tentes ad quamplures virtutes, & bonos mores, nec non ad maximam erga hujus civitatis cives, & incolas benevolentiam, facilitatem, amorem, clementiam, & integritatem egregii viri U. J. D. Franciſci Florentini Generoſi Quirici de Pepis Filii, qui jure optimo ſuam ob ſcientiam anno preſenti hoc almo Studio legit, & omnibus in rebus ſe digne ac laudabiliter geſſit, huicque civitati adjumento & favori maximo fuit, qui etiam majori futurus eſſe ſperatur, Et volentes ſibi aliquid grati animi pignus oſtendere &c.

nes officio ſuo ſatisfaciant. Quo anno Pepius vitam finierit, ignoro. Mortis quidem memor adeo fuit, ut bina ſibi ſuiſque poſuerit ſepulcra, quorum unum eſt in S. Crucis, alterum in Aede, quam nunc vocitamus S. Mariae Magdalenae de Pazzis, in quo haec legitur inſcriptio :

Franciſcus Pepius J. C. hoc ſacellum & ſepulcrum ſibi, uxori, liberiſque poſuit.

Nunc vero habeo hominem, non tam ſcientia Romanarum legum, quam memoria clariſſimum, cui laudes tribuam. Is eſt Petrus Franciſcus Thomaſius Ravennas, qui ad Academiam accitus fuit an. 1477. cum ſtipendio Florenorum CCCL. Prodierat ille e Schola Alexandri Tartagnii Forocornelienſis, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano innumeri principes, ſic plurimi exiiſſe Juris antiſtites dicebantur. Antequam ad nos veniret, proceſſerat jam in pulverem & ſolem, dederatque illius doctrinae graviſſimum teſtimonium Ferrarienſe & Patavinum Gymnaſium. Vincebat vero omnes rerum & verborum memoria, ut pro re nata non modo leges, ſed & interpretationes Juriſconſultorum, quas *gloſſas* dicunt, verbis iisdem recitaret. Nihil enim legebat, quod in illius mente penitus non infideret, & vel ea, quae ſecum commentabatur, poterat ſine ſcripto reddere. In quo cum a natura non minus, quam ab arte adjuvaretur, libellum ſcripſit *de memoria arte comparanda*, qui ſub Foenicis nomine circumfertur. Plura quoque in vulgus emiſit ad juris prudentiam pertinentia, e quibus laudabantur praeſertim *ſingularia* (ſic opus inſcribitur, in quo praeter cetera extat *compendium juris Canonici & Civilis) opus in conſuetudines Feudorum ; Alphabetum juris ampliatum per Joannem Thierres Lingonenſem ; Repetitiones in frequentiores juris canonici partes* , & alia hujuſmodi plura. Nonnulla praeterea tum ſoluta, tum vincta numeris oratione elucubraſſe dicitur. A quibuſdam ambigitur num Juriſconſultus noſter unus idemque ſit cum Petro Thomaſio Veneto, ad quem plures extant Philelphi & Barbari litterae, quemque *medicorum eloquentiſſimum* Blondus appellat, ſed nos multis de cauſſis diſtinguendos putamus. Noſter quidem in eo etiam utilem praebuit operam Academiae, quod adhibi-

tus cum aliis fuerit ad *Statutorum* volumen ſcribendum, quod anno 1470. editum fuit, qua de cauſſa quoque diligentiſſime ſane egerunt Gymnaſiarchae de illo retinendo. Sed nec preces, nec praemia movere potuerunt hominem, qui in inconſtantia vitae quaerebat fortunam. Quare ſuadentibus amicis, ut tandem peregrinari deſineret, reſpondiſſe dicitur, *ſe id facilius, quam ceteros, facere poſſe, quod omnia bona ſua ſecum portabat*. Quo reſponſo non tam mediocritatem fortunae, quam ſingularem ſuam memoriam innuere volebat, quod non egebat, ut ceteri Doctores, libris. Poſtquam exeunte an. 1480. ab Academia noſtra diſceſſit, tum Bononiae, tum Ticini civile jus docuit. Tandem pertaeſus Italiae in Germaniam ſe contulit, & poſtquam Gripſuvaldenſi Academiae lumen ingenii conſiliique ſui oſtendit, operam locavit Friderico I. Saxoniae Duci, qui per illa tempora novam Wittenburgi inſtituerat Academiam. In illa ipſa urbe deceſſiſſe, ac reliquiſſe filio, quam ſumma cum laude regebat, juris prudentiae cathedram traditur.

In hoc interpretandi explicandique juris genere iisdem temporibus non mediocriter floruit Burgundius Leolus Piſanus. Hic quamvis anno 1475. etiam atque etiam commendatus Florentinis Gymnaſiarchis a ſuis civibus fuerit (1) non tamen, quam optabat, cathedram Inſtitu-

---

(1) Magnifici Domini. Sarà delle preſenti exhibitore Meſſ. Burgundio de Leuli gentilhuomo da bene, & noſtro cariſſimo cittadino, il quale a teneris annis ha ſempre dato opera alla virtù & allo ſtudio di ragion civile: & per eſſere povero, & ritardato di non poter pervenire agli effecti per lui deſiderati circa el detto ſtudio, deſidera ſommamente la lectura dell' Inſtituta per l' anno futuro, alla quale era conducto Meſſ. Bartolomeo Baldinotti di Piſtoja, che al preſente vaca, o ſe queſto per qualche cagione non ſi poteſſe, vorrebbe eſſere conducto ad alcuna di queſte lecture inferiori, acciò che per queſto mezzo lui poteſſe conſeguire il grado del Doctorato, & altre coſe intorno a ciò opportune. Il perchè per la fede, obſervantia &

tionum civilium, niſi triennio poſt obtinuit, utque obtineret, omni ſe carere mercede paſſus eſt. Sed quia egebat, nec multum ſperare ſe poſſe a Florentinis intelligebat, brevi Academiam deſeruit, & labore, induſtria, & etiam gratia effecit, ut in principibus patronis Piſanis aliquot annos fuerit. Cum vero ipſa Piſarum civitas an. 1494. a Florentinis defeciſſet, is cauſſam patriae defendit apud Carolum VIII. Galliarum Regem tunc temporis Romae degentem adverſus Franciſcum Soderinium Florentinorum Legatum, quorum hominum orationes ſane eloquentes Franciſcus Guicciardinius in ſuam Italiae hiſtoriam retulit. Biennio poſt iterum Romam venit ad ſummum Pontificem, fidem ejus & auxilium pro patria imploraturus. Sed cum videret deſperandum eſſe de libertate & ſalute ſuorum civium, ipſe ſibi conſuluit, ac domicilium Romae collocavit. Quibus ibi functus ſit muneribus, quantis eſſet honoris, fortunae, virtutis, ingenii ac etiam corporis ornamentis praeditus ſequens declarat inſcriptio, quae poſita fuit in illius ſepulcro apud Auguſtinianos. *D. O. M. Burgundio Leolo Piſano divini, humanique juris conſultiſſimo, Advocato Conciſtoriali, prudentia, conſtantia ac fide probatiſſimo, claris natalibus, atque animi & corporis dotibus ornatiſſimo, pauperum oppreſſorumque fautori piiſſimo, Innocentio VIII. & Alexandro VI. admodum caro, de Sede Apoſtolica deque mortalibus omnibus benemerito, Pentheſilea Grypha*

ſingolare devotione, quale noi abbiamo nelle M. S. V. preghiamo & exortiamo quelle totis viribus, che voglino per Dio & per contemplatione de' preghi noſtri, & in ſuſſidio & ſubventione della povertà del dicto noſtro cittadino de gratia concedere una di decte letture, & praeſertim ſe è poſſibile la lectura di detta Inſtitota, alla quale lui ſarà idoneo, & farane honore all' Officio voſtro, allo Studio, & a ſe . . . . Valete Piſis XVI. Januar. 1475.

Filli & Servitores
Priores Colleg. Piſar.

conjugi, & Leonora Leola parenti optimo, qui aetatis ſuae anno XLVIII. intempeſtive occubuit monumentum poſuere Anno Salutis MDI.

Margaritae

Tum fuit etiam apud nos Franciſcus Accoltus Michaelis Aretini & Margharitae Roſelliae filius, qui in juris prudentia adeo excellere putabatur, ut etiam ſi rationem nullam afferret (vide quid homini tribueretur) ipſa auctoritate diffidentes frangeret, ipſoque docente, ceteri omnes juriſconſulti ferme obmuteſcere viderentur. Natus is eſt Aretii circiter annum 1418. praeceptoreſque habuit in humanioribus litteris Franciſcum Philelphum, qui illas & Florentiae & Senis docuit, in juris prudentia vero Antonium Minuccium a Prato Veteri, & Ludovicum Pontanum vel Romanum. Teſtis eſt Accoltus ipſe (1) ſe praeſertim inflammatum fuiſſe ab eodem Minuccio litterarum ac potiſſimum Graecarum amore, in quibus non mediocriter ille erat verſatus. Bononiae quoque fuit ſtudiorum cauſſa, & cum omnes ejus ingenium & doctrinam admirarentur, facile obtinuit, ut in Bononienſium Doctorum album referretur. Non diu ibi moratus eſt, cum Ferrariam, quaſi in domum ſuam, veniſſet, tanta fuit humanitas & liberalitas, qua cum illo egit Leonellus Marchio (2). Non minori in honore fuit apud Borſum il-

(1) Conſ. v. Tom. I. Venetae editionis 1580.

(2) *Nihil honorificentius potuit fieri decreto, quod ille fecit v. Id. Maii an. 1450. de quo loquitur Tiraboſchius omnium, qui hiſtoriam litterariam tractarunt, diligentiſſimus* (Storia della letteratura Italiana Tom. VI. Part. I. p. 395.) *Illud ſic incipit*. Leonellus Marchio Eſtenſis &c. Multos vidimus, plures accepimus fuiſſe & eſſe claros & excellentes viros: quosdam humanitatis ſtudia, nonnullos juris civilis, alios Pontificii ſcientiam, aliquos philoſophiae praecepta, alios theologiae cognitionem memoriter & profunde tenentes. At non qui in omnibus his ſingulis excellerent, immo etiam qui in eis mediocriter eſſent eruditi, de paucis audivimus, neminem non vidimus praeter tantum unum hac noſtra aetate Dominum Franciſcum

Digitized by Google

lius ſucceſſorem, & quod hunc deſeruit, ut Senis doceret, ab illo Ferrariam ſemel atque iterum revocatus eſt. Manſit ibi ad annum uſque 1461. quo coepit eſſe in ſamulatu Franciſci Sſortiae Mediolanenſium Ducis, qui ei maximam fidem rerum ſuarum habebat. Legatum etiam eumdem miſit ad Paullum II. Pontificem, extatque in manibus hominum oratio, quam dixit, ut huic Ducis ſuí nomine de ſumma dignitate gratularetur (1). Quinquennium apud Sſortiam commoratus eſt, cujus rei teſtem habemus Felinum Sandeum. Is enim ait (2). *Solemniſſimi rariſſimique Juriſconſulti Franciſci Aretini commentaria, quae in ultimis ſuis congreſsibus Ferrariae geſtis ſapientiſſime edidit. Demum*

Aretinum juris utriuſque Doctorem, in quo nun ſolum ipſae leges, ſed & humanitatis, & umnium bonarum artium ſtudia & diſciplinae dumicilium ſuum locaſſe videntur. Ita euim de iis loquitur, ita de iis quibuſcumque tractat, ut divinum, non humanum ejus ingenium ac memoria judicari poſſit, quare cum is, qui per ſuperiores annos conductus ad legendum in huc noſtru almu Studio Ferrarienſi plus ſplendoris & famae Studio pro ſua excellenti & ſumma virtute tribuit, quam ab eo accepit, modu ab alia, nobis inſciis, civitate florentiſſima accitus, ad eam ſe conferre decreviſſet, nos, quurum eſt tantos viros jam partos umni ingenio retinere, ei abeundi facultatem auferentes, vuluimus ipſum nuſtrum eſſe, & apud nos ſaltem per quiuquennium adhuc in hac noſtra urbe murari. *Ad haec Leonellus illi mercedem M. centuſſium aſſignavit, & unde haec ſulevenda eſſet declaravit. Quae ipſe decrevit, non multo poſt iltius ſucceſſor Borſus confirmavit, & quia totum quinquennium minime commoratus eſt Ferrariae Accoltus, XIV. Kal. Septemb. an.* 1456. *idem ait illum ad ſe ſe revocare, ut publice doceret vel Pontificium vel Civile jus, utque ſibi a conſiliis eſſet, omnem ei fere poteſtatem dans de rebus ſuis, quia exploratum habebat, virum clariſſimum & optimum nil ſacturum, niſi quod rectum, & ſanctum eſſet.*

(1) Miſcel. Baluzii *a Manſio* edita vol. III. p. 166.

(2) *Vid.* Tiraboſc. loc. cit.

quinquennio vixit ſub imperio Ducis Mediolani ſecretorum illius fideliſſimum ſcrinium. Cui Duci defuncto ſucceſſo Galeacio filio, abiit tantus Doctor, vocatus a Populo Senenſi leges Romanas iſtic commentaturus; quo tendens per Ferrariam tranſitum fecit 3. *Octobris* 1466. Amabat ipſe Senenſes, quod in eorum urbe adoleſcens inſtitutus ad juris prudentiam & humaniores litteras fuerat, & quod nullo non tempore ſingulares ab ipſis habuerat caritatis declarationes. Et ſi aliquando ab ipſis diſceſſit, ut Romam concederet, id non factum eſt faſtidio aliquo, ſed ſpe ampliora a Summo Pontifice Sixto IV. obtinendi, quae cum eum fruſtrata eſſet, rediit ad ſuum priſtinum munus. Hujus cum laxatus curis erat, totum ſe in contemplandis rebus perſpiciendiſque ponebat, propterea quod natura inerat menti illius inſatiabilis quaedam cupiditas veri cognoſcendi. Sed praeſertim in juris prudentia elaborabat; bene enim illo proverbio Graecorum praecipitur:

Quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat.

Cum primum reſtaurata fuit haec noſtra Academia, vehementiſſime egerunt Florentini, ut ad illam allicerent hominem, qui non modo opinionem vincebat omnium, quae de ejus doctrina erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. Quod tum ipſi impetrare minime potuerunt, obtinuit tandem an. 1479. dum Piſtorii erat Academia (1), Laurentius Me-

(1) *Quando illuc venit Accoltus vacare debuit a ſchola, ut ex his Academiae Praefectorum ad eum litteris intelligi poteſt.* Ex tuis proximis litteris, inſignis Eques, & Doctor U. J. excellentiſſime, intelleximus quemadmodum ex humorum diſtillationibus raucicbas, neque vox lectionibus ſuppetebat, idque impedimenti apud nos excuſabas: nos vero ut brevibus reſpondeamus, accipimus bono animo excuſationem tuam, exiſtimantes te cum primum licebit, reſarciturum amiſſum tempus, & intermiſſas lectiones repenſurum. Vale. Florentiae x. Nov. 1479.

Mediceus, qui ſe viro doctiſſimo non modo amorem & exiſtimationem, ſed etiam obſequium & gratum animum debere dicebat, quod ſcriptis ſuis probaverat injuſte Romanum Pontificem excommunicationis poena affeciſſe Florentinos ob ea, quae in Pactiana conjuratione acciderunt. Quae ipſi conflata fuerint pericula horum ſcriptorum cauſſa a Calabriae Duce, qui Sixti IV. cupiditatibus & irae mirum in modum ſavebat, declaravimus in Laurentii Medicei vita (1), iiſque niſi liberatus fuiſſet caritate Senenſium, non fortunas modo, ſed & vitam, ut ipſe narravit, ſine dubio amiſiſſet. Merces illi conſtituta fuit MCCCC. Florenorum, qua nulla tum major erat, & elapſo jam biennio, non ſolum renovata illius conductio fuit, ſed & ipſi conceſſum, quod vehementiſſime petierat, ut Petrus Accoltus fratris illius filius ad cathedram juris Canonici, ut ajebant, de mane eveheretur (2). Ex litteris illius ad Laurentium Mediceum ſuum cognoſci poteſt aegre illum tuliſſe ſummam diſcipulorum infrequentiam, cum ipſi an. 1483. permiſſum fuiſſet ſemel

(1) *Vid.* Vol. I. p. 81. & II. p. 135.

(2) *Id ex ipſius litteris ad Praefectos Academiae datis Piſis 21. Septembris an. 1481. intelligi poteſt*. M. Majores mei honorandi. In queſta ora ho ricevuta una lettera di Ser Pietro Cenini voſtro Notaro, per la quale me adviſa come a 23. d'Agoſto proxime paſſato voi rinovaſte la mia condocta a 1400. fiorini di Studio, e il reſtante 40. fiorini, e'quali avete dati a Meſſ. Pietro mio nipote, come io ve richieſi, quando ero coſtì: & benchè non biſognaſſe alcuna ratificatione, avendovi chiarita la mia volontà, pure a cautela per queſta lettera ratifico quanto avete facto, e ringratiovi grandemente della condocta, che avete facta di Meſſer Pietro mio nipote. Altro non occorre; raccomandomi ſempre alle M. V.

Servitor Franciſcus de Accoltis
de Aretio Juriſconſultus ac aurat. Eques &c.

in hebdomada tantummodo ſcholas habere (1), idque ſibi mirabilius videri, quod tota Italia ejus in civiles & canonicas leges commentaria legebantur, ediſcebanturque ab omnibus. Quod cum ſe paſſurum negaret, veniam alio abeundi petiit. Perſecit Laurentius, ut ejus deſiderium & aegritudo leniretur, & ut, dum vixit, jucunda opinione oblectaretur, nullibi ſe fore, ubi majoribus praemiis donaretur (2). Sane nihil non actum ab Academiae Praefectis in honorando ſummo homine, atque infirmitate valetudinis illius levanda (3), & is verus

---

(1) Die 23. menſis Aprilis 1483. Officiales Studii conduxerunt excellentiſſimum J. U. Doctorem Equitemque D Franciſcum de Accoltia de Aretio ad legendum publice in Studio Piſano unam lectionem in jure civili in qualibet hebdomada, in qua legeretur communiter per alios Doctores dicti Studii, ſed in illo dumtaxat die, in quo alii Doctores non legerent, eſſetque pro eis vacatio. Ita quod in ſingulis hebdomadia ſingulaa lectionea legere teneatur, praeter quam tempore vacationum Paſchatis, Carnisprivii, S. Joannia, Auguſti & ſimilium, ſane & recte intelligendo, & ſine cavillatione. Pro tempore unius anni initiando 1. die Novembria proximi futuri, & cum ſalario Florenorum 800. de Studio quolibet anno ad rationem librarum quatuor pro quolibet Floreno. *Anno poſt Academiae Praefecti levarunt etiam hunc laborem, cum permiſiſſent Accolto, prout illi libuiſſet, & infirmae valetudinis vires ſiviſſent, vel publice, vel privatim docere.*

(2) *Vide Accolti epiſtolam ad Laurentium Med. in Volum. II. hujua vitae pag. 88.*

(3) *Quid his litteris honorificentius ſcribi potuit?* Nos, Eques & Doctor clariſſime, tanto deſiderio tenemur ſalutia tuae, ac te tam charum habemus, quod ſi fieri poſſet, annos XX. demeremua aetatia tuae, ut eſſes vividior & valentior, nedum petendi ad balnea poteſtatem faceremus .... Quare decrevimus, ut libere balnea petere, ibique quamdiu velia commorari impune poſſis, Pacinoque Gymnaſii apparitori, ut te comitetur, ac tibi obtemperet, veniam dedimus. Itaque bonis avibus, cum lubet, proficiſcere, ac valetudinem tuam diligenter cura. Vale.

Digitized by Google

honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter ſumma merita claris viris defertur & datur. Magnus enim, & diuturnus, & deſperatus erat renum & veſicae morbus, quo Accoltus tenebatur. Hujus cauſſa ſaepe ad Senenſia balnea ivit, e quibus cum rediiſſet autumno anni 1485. non multo poſt menſes ejusdem vi conſumptus eſt. Non mihi propoſitum eſt confutare illos, qui aut incerta, aut falſa de tempore mortis ejusdem afferunt. Vivebat quidem Accoltus Novembri ejusdem anni, eratque in albo Doctorum, quamvis antea miſſionem ab Academia petierit, obtinueritque ab illius Praefectis (1). Deeſt vero nomen ejusdem in albo, quod editum eſt menſe Martio conſequentis anni, unde conjecturam facere licuit ante hoc tempus ipſum e vita demigraſſe. Id nonnulli accidiſſe Senis affirmant, neque a me vocabitur in dubium, cum non habeam, quod contra liqueat. Vel ex eo tempore, quo Accoltus quinquagenarius, aut paullo ſenior erat, querebatur debilitatas ſibi corporis vires eſſe, ut ex litteris Philelphi ad eum datis cognoſci poteſt (2), quod ea de cauſſa accidiſſe dicit Phi-

(1) *Has ad eum dederunt litteras Praefecti Academiae die xI. Julii 1485.* Excellentiſſime J. U. Doctor, ac Eques Ro. clariſſime. Non s'è prima riſpoſto alla cariſſima voſtra per non havere poſſuto fare la deliberatione deſideravamo: pure queſto giorno examinata la voſtra lettera, e veduto il giuſto deſiderio voſtro per dipartirvi di coſtà, per eſſervi l'aria adverſa e contraria alla ſanità voſtra, benchè ci è paruto moleſto, e non volentieri haremo acconſentito per più riſpetti, & maxime per lo honore dello Studio, niente di meno per ſatisfare a tutti i voſtri comodi & beneplaciti ſiamo coſtretti darvi buona licentia d'andare e ſtare dove vi ſia comodo e in piacere, maxime havuto riſpecto alla ſalute voſtra, la quale grandemente deſideriamo, e cara habbiamo. Confortiamvi attendiate a ſtar ſano, e raccomandiamvi l'honore dello Studio noſtro. Valete.

(2) *Quod hae litterae datae ſint poſtr. non. Martii an. 1468. inde argumentum colligitur Accoltum in lucem veniſſe circiter an. 1418.*

lelphus ipſe, quia aetatis robur remiſerat, & quia arcum, quo tempore tendendus erat, relaxaverat. Quod an ſerio, an ironice dixerit dubitari poſſe videtur. Conſtat enim induſtriam, quam in ſtudiis adhibuit Accoltus, aequaſſe illius ingenium. Profecto nemo illi acumine par erat, ut in proverbium abierit Aretini ſubtilitas, memoria vero tanta, ut omnia, quae unquam legerat, meminiſſet, quemadmodum de eo ſcriptum reliquit Paullus Corteſius. Nunquam ſcribendi finem facerem, ſi omnia illuſtrium virorum de Accolto teſtimonia recenſere, et eos omnes confutare vellem, qui aut dubia nimium, aut falſa prorſus de ipſo memoriae mandarunt. Mazzuchellius quidem, dum multorum corrigit errores, ipſe in quosdam inducitur, & nimium profecto tribuiſſe videtur Panzirolii auctoritati, qui de ſuis Juriſconſultis ſaepe fabulas narrat. Quanquam divitiis & amicitiis abundaret Accoltus, nunquam tamen adduci potuit, ut uxorem duceret, cum libero lectulo quidquam negaret eſſe jucundius. Cum ſeneſcens a contentione diſputationum civilium animum relaxare volebat, muſicam, cujus ſtudioſiſſimum fuiſſe accepimus, & humaniores litteras tractabat. Nam ut ait Nicolaus Burtius in ſua *Bononia illuſtrata*: *hic omnium rerum Monarcha atque fertiliſſimus ager . . . . ſi grammatices ornatum, ſi rhetorices elegantiam, ſi dialectices aculeos, ſi rithmorum notionem perfectam voluiſſes*, omnia haec tenebat. Nec poeticae ſuavitatis expers eſſe voluit, laudatque ejus carmina Marius Creſcimbenius (1), ut pote quae imitari Petrarcham & veritatem videantur, quod iis temporibus, quibus nulla ferme erat poeſis, non ſolum magnum, ſed prorſus admirabile et novum debet judicari. Quaedam ad illum pertinentia nos tum in Coſmi, tum in Laurentii Mediceorum vitis attulimus, ac ſatis probaſſe arbitramur, haud diſtinguendum eſſe, ut quidam putarunt, ab illo Franciſco Accolto, qui S. Jo. Chryſoſtomi Homilias in Evangelium S. Jo.

(1) Iſtoria della volgar Poeſia Tom. II. p. 11. lib. III.

Digitized by Google

annis, Phalaridis & Diogenis Cynici epiſtolas, aliaque hujuſmodi in Latinum vertit. Ex his interpretationibus cognoſci poteſt et Graecis et Latinis litteris Accoltum excultum fuiſſe; cum forenſia tamen tractabat (et extant quidem illius CLXV. uſque conſilia omni doctrina juris referta atque ornata) eruditionem & elegantiam occultabat. Solebant enim ejus temporis Juriſconſulti barbariem in ſcriptis juridicis affectare, ne, ſi elegantiam ſectarentur, Grammatici magis, quam Juriſconſulti eſſe viderentur. Animadvertit id ipſum Petrus Baylius de Accolto loquens, attulitque exemplum ex Conſilio LXXXIII. ejuſdem, in quo haec leguntur. *Sunt etiam*, inquit Accoltus, *multi teſtes, qui viderunt aquam bene ire ad molendinum, & ipſum bene molere, & ſtechariam lignaminis bene in puncto*. Porro ampliſſimis ingenii monumentis conſecravit Accoltus memoriam nominis ſui, et quod in iis recenſendis diligentiſſimi fuere Mazzuchellius et Fabbruccius, ad eos ſtudioſos Accolti delegamus.

Tot ex Accoltorum familia unius ſaeculi ſpatio prodierunt viri doctrina, virtutibus et honoribus ampliſſimis clari, ut ex ipſa ſapientiae ſtirpe generati eſſe viderentur. Poſtquam de illo ſuae aetatis Juriſconſultorum facile principe Franciſco diximus, reſtat ut de Petro dicamus, qui natus Florentiae an. 1455. ex Benedicto Accolto homine prudentiſſimo et hiſtorico, et Laura Federighia, magnam vel a pueritia ſui expectationem concitavit. Hinc Franciſcus fratris filium, non ſecus ac ſi ex ſe genuiſſet, diligebat, ejuſque ſtudia moderabatur. Impetravit etiam, ſicuti ſupra narravimus, ut ipſe an. 1481. cum vix confecerat in hac noſtra Academia juris prudentiae curſum, neque adhuc hujus diſciplinae lauream acceperat, quam eodem illo anno accepit, *Promotoribus* Laucellotto Decio, & Guittone Aretino, ſacrorum canonum extra ordinem matutinus interpres declararetur, pro quo munere pendebantur eidem LX. tantummodo Floreni, viginti quidem ex aerario Academiae, ceteri vero detrahebantur ex patrui ſtipendio, quod ipſe non annuerat modo, ſed etiam efflagitaverat. Academiae monumenta teſtantur auctam illi mercedem fuiſſe ad LXXXV.

Digitized by Google

uſque Florenos, eumdemque an. 1485. poteſtatem obtinuiſſe ab Academia ipſa diſcedendi. Majoribus enim quaſi theatris virtutes illius propoſitae fuerunt, & qui primum ab Alexandro VI. Romanae, ut loquuntur, Rotae Auditor creatus fuit, mox a Julio II. Anconitanorum Epiſcopus, demum an. 1511. ab eodem Summo Pontifice in ampliſſimum S. R. E. Cardinalium collegium cooptatus eſt. Nihil ei commiſſum fuit, in quo non ſapientiam, fidem, ac diligentiam ſuam non probaverit omnibus. *Agimus Deo gratias* (ſcribebat ad ipſum Petrus Delphinius, cum demandatum illius judicio quoddam magni momenti negotium fuiſſet) *quod tibi potiſſimum demandata ſit res tanti momenti, in quo non minus conſtantiae, quam fidei novimus*. Totos novem annos Anconitanam Eccleſiam gubernavit, cujus regimen an. 1514. permittente Summo Pontifice, in Franciſcum fratris filium tranſtulit. Poſt id alias rexit Eccleſias, quae erant in Hiſpania, in Gallia, in Belgio, ac demum an. 1524. Archiepiſcopus Ravennatium factus eſt. Hoc quoque ſacerdotio ampliſſimo cum paucos poſt menſes ſe abdicaſſet, ut locum faceret Benedicto fratris filio, qui & Cardinalis fuit, Cremonenſis Epiſcopus creatur, praefuitque ſacris Romae Pontificis Vicarius, Albani vero, Praeneſte & in Sabinis Suburbicarius Epiſcopus. Legatus & a Pontifice miſſus eſt non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum adverſus Gallos adminiſtrandum. Cum plurimum illius opera uteretur Leo X., auctor eſt Pallavicinius Cardinalis, Petrum mandatum ab ipſo S. P. habuiſſe de ſcribendis litteris (Bullae vocantur) quibus Lutheri errores primum condemnati ſunt, aliique narrant *opus contra Lutheri doctrinam* ipſum confeciſſe. Ei quoque tribuuntur quaedam forenſes *Deciſiones*, *Conſtitutiones in jure diverſae*, *& Tyrocinium de jure* Florentiae editum per Petrum Cecconellum 1619. Vitam Romae amiſit an. 1532. & ambigi videtur num in S. Euſebii Aede, cujus titulum gerebat, an in illa, quae S. Mariae ad Populum dicitur, ſepultus fuerit. Ejus interitu bonos omnes, univerſamque civitatem doluiſſe affirmat Jacobus Sadoletus. *Quis enim* (inquit ille (1)) *erat opis egens atque*

(1) Epiſt. lib. VII.

conſilii, cui non eſſet in illius humanitate & ſapientia paratum perfugium. Quis in civili & Pontificio jure ita haeſitabat, ut cum accepiſſet cognoſſetque illius ſententiam, non eo tamquam oraculo contentus, omnes ſcrupulos dubitationum ex animo ſuo ejiceret? quod in illo inaudita quaedam & prope ſingularis juris ſcientia eſſe putabatur. Quae porro gravitas in eo! quae auctoritas! qui cum propter ſummam amplitudinem ac dignitatem, omnibus publicis conſiliis non intereſſet ſolum, verum etiam praeeſſet, propter opinionem tamen prudentiae atque conſilii id conſequebatur, ut non cum aliis multis una, ſed prope ſolus gubernare Rempublicam, & eam ſuſtinere humeris videretur. Itaque & illius potiſſimum monitis ac prudentia nitebantur Summi Pontifices, & omnis pene Italia Chriſtianumque nomen cunctum conſiliis ejus acquieſcebat. Praeclarum quidem eſt laudari, ſed praeſertim, ut ajebat Hector ille Naevianus, a laudato viro.

Non facile quidem hominem inveneris, qui aeque ac Franciſcus Accoltus in ſuos fuerit animatus. Plures annos antequam Petrus inter Piſanos Magiſtros adlegeretur, illius commendatione factum eſt, ut eodem munere fungeretur & ipſius ſororis filius Guitto de Octavianis (1). Tum hunc, tum Petrum a Franciſco minime ſejungendos

(1) *En litterarum exemplum dat. poſt.* Kal. *Aprilis an. 1476. quibus Franciſcus Guittonem Gymnaſii Praefectis commendavit.* Magnifici & ſpectabiles viri majores mei, unice honorandi. Apoſtolus Paulus vas electionis quodam loco ſcribit, hominem, qui curam ſuorum non habeat, negaſſe fidem & eſſe infideli deteriorem. Natura enim neceſſarios noſtros arctiori quodam vinculo ſanguinis & affinitatis nobis conjunxit, quo fit, ut quo magis propinquiores & conjunctiores nobis ſint, eo amplius iis omne genus officii debeamus. Hac itaque ratione motus neceſſarium eſſe duxi pro Domino Guittone filio ſororis meae ad vos ſcribere. Perfecit enim ſtudium ſuum Piſis, in

putavimus, quamvis eorum opera in interpretandis Pontificiis legibus praeſertim adhibita fuerit. Guitto, Aretii natus eſt nobiliſſima familia, & poſtquam Peruſiae, Senis ac poſtremo Piſis diligentem operam dederat juris prudentiae, illius lauream obtinuit a Bartholomaeo Soccinio, *nemine penitus diſſilente*, quae formula iis temporibus non mori, ſed merito concedebatur. Vel autea Guitto dederat praeclarum doctrinae ſuae teſtimonium, cum ex illorum diſcipulorum numero fuiſſet, qui diebus feſtis acroaſes in ipſa Academia habebant, nec jam dubium erat, quin ex hac exercitatione umbratili in caſtra atque aciem forenſem perductus, famam nobiliſſimi juriſconſulti ſuſtinere poſſet. Et re quidem vera nulla res major in Academia accidit, quae ſine illius conſilio gereretur, adhibitaque ejus opera fuit in condendis legibus, ſeu ut vocant *Statutis*, quibus univerſa res Academica adminiſtrabatur. Summae vero illius in jure civili prudentiae praeter clariſſimorum juriſconſultorum teſtimonia, extant inſignia monumenta in illius forenſibus conſultationibus, omninoque peritiſſimus erat & ad reſpondendum & ad agendum & ad cavendum. Non ultra annum 1482. apud nos ille manſit, reliquumque vitae ſuae tempus, quam ad annum uſque 1490. produxit, in cauſſarum patrocinio maxime conſumpſit, iſque & ſui & ſuorum & patriae rationibus utiliſſimus fuiſſe videtur.

Non in Juriſconſultorum vulgo, ſed in principibus, qui illa aetate floruerunt, numerandus porro eſt Bulgarinus Bulgarinius Senis no-

---

quo triennium continuum juri civili diligentem operam dedit, & ut a viris egregiis relatum eſt, uſque adeo eruditione profecit, ut jam digne praemium aliquod laborum ſuorum poſtulare poſſit. Humanitatem ergo veſtram quam maxime rogo, ut cum eruditionis ſuae reſpectu, tum mei etiam intuitu ei in Studio Piſano honeſtum aliquem locum aſſignare velitis, ut poſſit honeſte a vobis provocatus virtutis & doctrinae ſuae periculum facere. Commendo me plurimum Excellentiis veſtris, quas cupio bene valere.

Senis 2. Aprilis 1476.

an. 1441. nobiliſſimo genere natus. Gherus illi pater fuit, mater vero Bartholomaea Campionia. Sunt qui narrant illum una cum Soccinio audiviſſe Alexandrum Tartagnium, ſed ex Soccinio ipſo diſcimus (1) ſe Bulgarinium auditorem habuiſſe, atque ei aliquando affirmaſſe, ſi Bartoli temporibus vixiſſet, magnam hujus gloriae partem ipſum fuiſſe occupaturum, adeo a natura nactus erat ingenium ad juris prudentiam idoneum, idemque diligentia atque induſtria exercuerat. Hujus primum ſpecimen apud ſuos publicum dedit, quorum in Gymnaſio tum erant omnium liberalium artium magiſtri & doctores egregii. Horum nullus erat iis temporibus, qui plures non peragraret Academias, quod ad famam & divitias colligendas plurimum ſane conducebat. Bulgarinius itaque cum in optimis juris prudentiae magiſtris celebraretur, hanc facultatem docuit non in patria ſolum, ſed etiam Piſis atque Ferrariae, & ex nonnullorum ſententia Patavii quoque (2) ac Bononiae. Quod ad noſtram ſpectat Academiam, vel antequam in illam veniret, quod accidit anno 1483., actum fuerat de illo a Senenſibus impetrando, nec praemia, cum jam integrum annum jus civile florenorum CCCCL. mercede in ea docuiſſet, valuerunt ad illum diutius retinendum. Nullius fortaſſe diſceſſus moleſtior fuit diſcipulis, qui plurimum illius doctrinae tribuebant. Itaque Florentini Patres ſaepius ac vehementer de illo revocando egerunt, ſed fruſtra, quanquam an. 1488. dum ipſe Ferrariae erat, non publicus modo doctor, ſed intimus Herculis I. Ducis Conſiliarius, ſpem non mediocrem in iis excitaverat eorum deſiderio ſa

(1) Conſ. III. lib. I.

(2) *Num ipſe Patavii fuerit, dubitat Fabbruccius. Bernardus Pulcius Academiae noſtrae Curator cum ad Florentinos Praefectos litteras daret an. 1487. ait.* Ci è di nuovo lettere che 'l Borgherino è condutto a Siena, e coſi da Padova dove tiene ſtretta pratica per fuggire la condotta di Siena.

ſatiſfacturum (1). Magna ſane laus debetur Ferrarienſium Ducibus, quod tanta liberalitate, tantiſque honoribus proſequerentur doctrina claros viros, ut eorum nonnulli minime patriam requirerent. Id ex ipſis Bulgarinii litteris intelligi poteſt, qui iisdem illis temporibus a Senenſibus ſuis invitabatur, ut in patria diverſaretur. Ceſſit tandem illorum precibus, & qui antea plures legationes obiverat ad Florentinorum &

---

(1) *Huic rei teſtimonio erunt ipſius litterae ad Bartholomaeum de Deis Scribam Officialium Studii datae Ferrariae Kalend. Martii 1458.* Per le lettere del Salviati & nuovamente per le voſtre ho intexo de la morte di Bernardo Pulci, de la quale ehoxa a me è incereſciuto aſſai, perchè lo reputavo homo da bene & a me amico. Et perchè in la lettera voſtra voi perſeguitate la praticha, la quale era già incominciata intra decto Bernardo e me, conſortandomi a mandar coſtà Meſſ. Carlo Buondelmonti, perchè non dubitate che rechandomi io a le choxe giuſte, le choxe cominciate potrieno havere effecto, vi riſpondo come Meſſ. Carlo non ſi trova quì al preſente, ma in Padova, dove andò già ſono più dì per fare una diſputa ec. & dice tornare quà inanti Paſqua; ma perchè io migliorando de dì in dì, come per la gratia di Dio ho cominzato, spero in lo fine di queſto meſe, o in lo principio de lo altro paſſare di coſtà per volere eſſere a li bagni. Io medeſimo mi troverò in Firenxe, & ſe ſarà di volontà di Dio e di coteſti M. S. daremo compimento a queſta ehoxa, & quando non haveſſi havuta queſta ferma opinione del venire coſtà, darò il mandato a Danielo mio Fratello aportatore di queſta: ma m'è parſo più al propoſito, havendo a venire omnino coſtà, riſervar la choxa dopo un breve termine, ehe ſe non foſſero ſtati li chamini tanto cattivi, mi sforzavo di venire di preſente. Et acciocchè ſapiate me non eſſer uſato in queſte choxe dare parole, io vi dò avviſo ehe ſon condocto in la patria a buona conditione & in modo da contentarſi. Ma non hò voluto acceptare, come quello che non torno volentieri in la patria, maxime havendo quì partito honorevole, & anchora in Padova, ſe vi voleſſi andare, & in vero, quando rimanghi d'accordo con li Magnifici Officiali coſtì, più volentieri rimango in Pixa

Digitized by Google

Venetorum Reſpublicas, ad Franciſcum Sfortiam Mediolanenſium Ducem, tandem an. 1495. omnium honorificentiſſimam ſuſcepit ad Maximilianum Caeſarem. Nulla enim res tanta eſſe putabatur, quae ejus prudentiae & dexteritati committi non debere videretur. Hinc factum eſt, ut Hercules Ateſtinus iterum tantum virum ſibi adjungere ſtuduerit, narraturque, dum ſe an. 1497. parabat ad iter Ferrariam verſus, mortem in patria obiiſſe. Si fides eſſet Panzirolio, non corporis modo, ſed & mentis aegrotationem & morbum ipſe paſſus eſt, aliaque ab eodem de Bulgarinio narrantur, quae, cum nullo certo monumento nitantur, haud exſcribenda duximus. Nemo profecto dubitabit magnum Juriſconſultum fuiſſe Bulgarinium, & quamvis non multa pro ſua doctrina ediderit, fortaſſe quia infirma ſaepe impediebatur valetudine, quae tamen ſunt in manibus hominum (1) ſatis illius acumen & prudentiam declarant. Ad haec adde quae pro Florentinis exaravit (ſed ea minime in vulgus edita fuere) adverſus Sixtum IV., qui ob mortem illatam Salviato Piſanorum Archiepiſcopo, & alia in conjuratione Pacțiana perpetrata illos anathematis fulmine percuſſerat. Mortales om-

che altrove. Io aſpecto da voi riſpoſta. Voſtro Bulgarino Doctor, Conſiliarius Illuſt. Ducis *In alia epiſtola ait*. Di coſtà overo da Pixa è ſtato ſcripto a Siena come tengo pratica di condurmi coſtà, & è ſtato ſcripto per perſona, che non vorria veniſſi coſtà: onde è ſeguito che m'è ſtato ſcripto, che ſuſpenda le pratiche: il perchè ordinano la mia condocta. Di tutto vi dò avixo. Voi troverete me eſſer perſona, che quando vi prometterò la chuxa, ve la obſerverò ſe el mondo rovinaſſe.

(1) *Haec illius opera recenſet Mazzuchellius*. Super I. Infortiat. ſoluto matrim. ſuper ſecund. C. qui admit, ad bon. poſſ. Diſput. in ſex dubia legalia & Cons. ſuper ſecund. C. Qui admit. &c. Super ff. nov. de verb. obligat, ſuper Primum C. de pactis l. petens. *Horum pleraque inveniuntur* in collect. Repetent. in Jure civili. *Ad illa adde* Diſputationem *quamdam*, *cujus eſt initium*, Sempronius edidit Teſtamentum.

nes, urbes, regna denique omnia eorum periculis commota eſſe videbantur, & illius diei memoriam perhorrescebant, quo una ſignificatione cives nobiliſſimos Julianum & Laurentium Mediceos necandos trucidandoſque ſcelerati & impii homines denotaverant. Ob Bulgarinii ab Academia diſceſſum, quod magnum ipſa detrimentum acceperat, ſarcire illud Praefecti curarunt, cum praeceptorem conduxiſſent DCCCC. Florenorum ſtipendio Joannem Mariam Riminaldum Ferrarienſem, cujus quidem magnum erat nomen. Sed ipſe promiſſo ſuo non ſatisfecit, quamvis & teſtes & ſponſores eſſent de illius voluntate.

Hoc graviter ſane tulerunt Praefecti ipſi, quibus ſummae curae erat, ut avulſo uno juris prudentiae antiſtite, alter non deficeret, relictumque a Bulgarinio locum aſſignarunt Joanni Sadoleto Mutinenſi, qui ea erat doctrina, & vitae & morum integritate, ut judicari haud facile poſſet, utrum melior eſſet, an prudentior. Triennium & amplius apud nos manſit, & quod omnes de illo mirabiliter & loquebantur & ſentiebant, ſibi curandum eſſe putarunt Praefecti, ut ſineret magiſterii tempus ſibi prorogari. Sed obſtitit Hercules Ferrariae Dux, qui ſe paſſurum negavit diutius commorari in alienis terris hominem & diſciplina juris civilis eruditiſſimum, & ingenio prudentiaque acutiſſimum, moribuſque ſpectatiſſimum (1). Et lucem quidem conſilii ingeniique ſui porrexit tum Principi amantiſſimo, qui ſingularibus eum com-

---

(1) *Nuccius Micharius Meſſenſis Rector Academiae ejus diſcipulus his verbis ſcripſit ad Gymnaſiarchas, litteris datis Piſis poſtrid. non. Aprilis* 1488. Non tacerò di rammentare alle M. V. S. che Meſſ. Giovanni Sadoleto certo homo doctiſſimo & per lo honore ſuo curioſo, el quale en queſta ſua condocta ha con diligentia alle M. S. V. ſervito, come per alcune lettere di Ferrara ho inteſo, lo excellente Sig. Duca di Ferrara ſuo Signore pretende in queſt' anno ſeguente averlo, & dice a neſſun modo volergli dare licentia Queſto ho voluto dirvi per l' amore a lui porto come preceptore mio, & in Chriſto padre, quanto ancora per darvi alcuno avviſo, maxi-

Digitized by Google

plexus eſt beneficiis (1) tum diſcipulis, qui ad Academiam Ferrarienſem accedebant, addam etiam civibus ſuis, quod illorum negotia ſaepe egit, & aliquando etiam magiſtratum honorificentiſſimum (Priorem vocant) geſſit. Sane nulli fides ejus, nulli opera deſuit, & juſtitiae & aequitatis & innocentiae multa & praeclara exempla edidit. Quanquam ita teneret jus civile, ut vel peritiſſimis par eſſe potuiſſet, cujus rei teſtes ſane locupletiſſimos habemus Bartholomaeum Soccinium, Ludovicum Bologninium, Joſephum Ruſticium, & M. Antonium Peregrinium, aliiſque artibus eſſet eruditus, memoria vero tanta, ut multas carminum decades ab aliis dictas repetere poſſet (2), nihil tamen ſcripti reliquit, quod judicio potius quodam, quam inertia feciſſe videtur. Id quoque illi laudi datur, quod in diſputationibus iis Academicis, quibus tantum illa aetate tribuebatur, ita ſe ſe gerebat, ut procul ab aemulatione adverſus collegas, procul a contentione litigioſa adverſus competitores eſſet, aeque vincere inglorium, & atteri ſordidum exiſtimans. Hoc unum ejus felicitati defuiſſe videtur, quod non vidit ampliſſimos honores, quibus merito decoratus fuit ejus filius Jacobus Sadoletus, quem mature non modo ad litteras, ſed & ad virtutem omnem erudierat. Obiit Ferrariae x. Kal. Decembris an.

---

me queſti dì, avendo lui cavalcato a Modena, che non ſo ſe anderà a Ferrara. *In aliis litteris ſcripſit.* Il Sadoleto è ſempre ſtato grato qui & honoratone aſſai lo Studio. *Actum fuit de illo conducendo vel ab an.* 1481. *& cum de eo referret Thomas Ridolphius ad collegas ſuos (erat enim tum unus ex Academiae Praeſectis) ait:* E' buono in canonica e in civile, e di fama, & anche di memoria eterna.

(1) *Hieronymus Tiraboſchius in Vol. IV. operis, quod inſcripſit,* Biblioteca Modaneſe, *mentionem facit cujuſdam diplomatis, quo Hercules Dux poſt multas, & ſingulares de illius doctrina & virtutibus laudes eum immunem fecit a quibusdam vectigalibus pro illis rebus, quae ad illius victum neceſſariae eſſent, quod diploma confirmatum fuiſſe affirmat non. Aprilis an.* 1504.

(2) *Hujus rei teſtem habemus Lilium Giraldium* de Poetarum Hiſt. Dial. VII.

Digitized by Google

1511. ejuſque oſſa Mutinam translata ab Jacobo ipſo monumentum in principe Aede habuere eum hoc elogio.

D. Imm. S. Joanni Sadoleto Jo. Filio juris utriuſque ſcientia omnibus plane antecellenti, memoria incomparabili, ingenio praeſtantiſſimo, fide, religione, temperantia ſupra vel eximiam laudem, ad uſque dies extremos incolumitate perpetua, & integra provecto, Ja. Sadoletus ob pietatem ac reverentiam, & quod ex eo nihil unquam adſpexit, quod imitando non optime, & temperatiſſime ſe gereret, charo apud cives, memorato apud exteros, optimo patri vita functo B. M. & Fran. Machiavellae ejus unicae uxori, matri ſuae chariſſimae viventi, & ſibi fecit. Vixit pater annis LXXI. *& obiit de anno* MDXI. *Locus decreto Collegii Sacerdotum datus Senatu Pop. Mutinenſi procurante. Huic monumento praeter tres hoſce inferatur nemo.*

Ex iis, quos in ſua poteſtate ac ditione tenebant Ateſtini Principes, quorumque opera uſa eſt Academia noſtra, magnus porro homo fuit Carolus Ruinius. Natus ille erat circiter annum 1456. in urbe Regio Lepidi veteri & nobili familia, patre Coradino profuſo nepote, matre autem (ſic enim vocitabatur) Domina Vigarana probatiſſima femina. Paupertas illum coegit, poſtquam humanioribus litteris in patria inſtitutus fuerat, ut comitem ſe daret Julio & Timotheo Zoboliis, qui aut Bononiam, aut Ferrariam conceſſere diſcendi cauſſa juris prudentiam. Errat Borſettius, qui tum docuiſſe affirmat jus civile in Ferrarienſi Academia, antequam Piſis, ubi laurea a Bulgarinio decoratus fuit, doceret, quod contigit an. 1484. commendatione maxime Felini Sandei (1). Magna ſtatim acutiſſimi ingenii ſigna dedit, & miror equidem

(1) *Ejus litterae huic rei indicio eſſe poterunt* Magnifici Domini. Per exequire quanto mi fu impoſto da Tomaxo Minerbetti & Philipo Valori voſtri Colleghi in taxare ſecondo lo arbitrio mio il ſalario di Meſſ. Carlo da Ruina

Florentinos Patres liberaliori LXXX. Florenorum lenocinio egeſtatem illius minime ſuſtentaſſe. Ex quo factum eſt ut in albo Doctorum ultra an. 1486. minime appareat, & fruſtra ipſi poſtea laboraverint de eodem Piſas revocando. Prudentius ſe ſe geſſit Hercules I. Ferrarienſium Dux, qui tantum virum & honorificentiſſimis verbis, & liberalibus praemiis ſibi adjungere ſtuduit (1). Ferrariae homo contentionum cupi-

---

da Rezo. Et veduto per letterc voſtre & del Provveditore, che ſi contentano le M. V. che io taxi al preſenre, acciocchè la ratificatione ſua ſia netta, & ſenza altra conditione, veduto criam che per lettere delle M. V. ſi è ſcoperto la quantità o circa di quello fu raxonato, l'hò taxaro per queſti dui anni otranta fiorini di Studio per cadauno anno, & cosl ho ſcripto nella ſcripta voſtra, la quale è appreſſo di me, & coſſi lui de novo vi manda la ratificationc. Spero e ſono certo harete fatta una ſancta e utiliſſima conducta. Et dimane lui publicherà una ampla & ſubtiliſſima materia da diſputare fra Dottori al principio del Srudio, e durerà la diſputa tre zorni. Et vedrete tali effetri, ehe in certo tempo lo farete di galupo homo d'arme. Valete. Riccomandovi Maeſtro Antonio da Faenza, ſicome in queſto Studio utile e neceſſario.

Piſis 24. Julii 1484. Felinus.

(1) *Clariſſimus Tiraboſchius primus in lucem protulit Ducis litteras, quibus Ruinium ad ſe ſe invitavit. His verbis illae ſcriptae ſunt.* M. Carlo: M. Danielo Veſtarino noſtro Conſigliero di Juſtiria m'ha parlaro diffuſamente del facto voſtro, & m'ha facto intendere turto quello gli havere ſcripto, & ſiccome ad ipſo a bocca haveino riſpoſto, cuſi anche a vui diciamo per queſta noſtra, che attendendo alle virtù voitre facemo queſta concluſione, che vui habbiate a venire a leggere quà, e nel Studio di queſta noſtra città di Ferrara, perchè ex nunc vi conducemo, e intendemo ſiate conducto quà per lo anno che comincierà nel principio del Studio. Er quanto ſia per il ſalario voſtro, vi facemo fare tale provviſionc che ve avrete a contenta-

diſſimus magna certamina habuit cum Corteſio Mutinenſi, neque id tam ſtudio vincendi, quam latiores quasdam vias ad rationem legum exponendam inveniendi. Una in re ſe concedere adverſario ſuo dicebat, memoria ſcilicet earumdem legum, minime vero acumine & prudentia in iis interpretandis. A Ferrarienſi Gymnaſio an. 1495. Ruinius tranſiit ad Ticinenſe, indeque ſexennio poſt ad Patavinum. Plura de eo narrat Facciolatus in ſuis Gymnaſii Patavini Faſtis, aliique teſtantur non vehementer modo, ſed etiam iracunde ipſum diſputaſſe cum Jaſone, cum Philippo Decio, & cum Franciſco Parmenſi, & aliquando, cum ſumma fuiſſet admiratio copioſe ſapienterque dicentis, domum deductum fuiſſe cum magnis laetitiae ſignificationibus ab univerſo diſcipulorum coetu. Qua re maxime factum eſt, ut ad primam juris ſcholam pomeridianam aſcenderit mercede argenteorum Venetorum D. quae an. 1506. aucta fuit ad DCCC. Docuit uſque ad annum ſaeculi nonum, quo cum intermiſſa belli cauſſa ſtudia Patavii eſſent, Ruinius iterum Ferrariam petiit. Non ſatis conſtare videtur, num redierit quoque ad publicum docendi munus. Alphonſus quidem I. illius civitatis Dux multis in rebus ejus prudentiam adhibuit, & an. 1510. ipſum Romam legavit ad Julium II. Pontificem cum graviſſimarum rerum mandatis. Demum anno 1514. inter Bononienſes Doctores adſcitus fuit, & illius urbis Senatus illum non ſolum ampliſſimo MCC. centuſſium ſtipendio, ſed etiam civitate aliiſque ſingularibus praemiis donavit. Non enim ſatis dici poteſt quanto cum plauſu ipſum diſcipuli audirent (erat tum in eorum numero ille juris prudentiae reſtitutor Andreas Alciatus) quantiſque proſequerentur honoribus. Multa quoque & ornate & honorifice de ipſo praedicaſſe, & ejus opera uſus fuiſ-

se, la quale provviſione riſerviamo a nui a dichiararla. Si che venite pur de bono animo, che vi vedremo volentieri in dicto Studio. *Tiraboſchius hanc litteram datam putat an.* 1489. (Biblioteca Modeneſe Tom. IV.) *quo ipſo anno Ruinium ab Academia noſtra (quod ſane vellem) diſceſſiſſe affirmat.*

ſuiſſe dicitur Carolus V. Caeſar, & cum nunquam Ruinius ſinem feciſſet colligendi ſamam & divitias (omnes enim pecuniae vias noverat) paullo ante non. Apriles an. 1530. vitam amiſit. Quae de ipſius morte memoriae mandavit Lancellottus, quanquam, ut eſt judicium cla. Tiraboſchii, quaedam exaggeraſſe videatur, infra exſcribere minime pigebit (1). Alia & tradidit Panzirolius, cujus narrationibus ne ſemper aſſenſum praebeamus multa nos cogunt. Quod omnes homines de Ruinii doctrina ſumma prorſus praedicabant, non neceſſe arbitror illuſtriorum teſtimonia colligere (2), quod infinitum eſſet. Tantummodo illius operum indicem ſic contexam, ut ex iis judicari poſſit, unde ſamam immortalitatemque nominis habuerit; quanquam exiſtimem mino-

(1) Venne nova come M. Carlo Ruino grandiſſimo Dottor Leggiſta, credo che ſia Rezano, è morto a Bologna, e fu ſepolto a 5. del preſente con grandiſſimo honore, al quale g'era . . . . più di 300. ſcolari de la ſua audientia. Dicono ſe ge ritrovato ducati 6000. de' contanti, & mobili &. . . . de valuta ducati 100000. & ha laſato nel ſuo teſtamento che ſuo fiolo, che al preſente non ha fioli poſſa havere un fiolo ſia nato di chi ſi voglia quale lo poſſa fare legitimare, & habbia hereditare il ſuo, ma più fioli non. Et non ha mai voluto, che ſuo fiolo ſtudia. Queſt'huomo haveva una lettura in Bologna con ſalario di ducati 2200. l'anno, e faceva conſigli aſſai. Si dice che per denari conſigliava in una cauſa l'actore e'l reo uno contro l'altro per havere denari, & era di età di 80. anni circha. Queſto homo havea molto bene guadagnato per lo corpo, ſecondo che ſi dice: per l'anima poi Dio lo ſa. Io penſo, che lui ha laſſato quello non haveria voluto laſſare, & portato con lui quello non haveria voluto portare. *Cronaca manoſcritta*; *Vid. Tiraboſchium* Bibliot. Mod. Tom. IV. pag. 405.

(2) *Unum Coelium Rhodiginum nominabo, qui prorſus mirabilia de Ruinio praedicavit, cum illi nuncupaſſet lib. IX. ſuarum veterum Lectionum.*

ra re, quam ſama a cultioris juris prudentiae ſtudioſis illa judicatum iri (1).

Eodem tempore, quo ſuit apud nos Ruinius, annis ſcilicet 1484. & 1485. docuit & Inſtitutiones Caeſareas Simeon Mutinenſis, de quo ſe ignorare ait Tiraboſchius, quantum doctrina valeret. Si ſtipendium XXX. Florenorum, quod ei pendebatur, ſpectes, de eo quidem magnum aliquid haud judicabis. Minimo impendio ſaepe experiebantur Praefecti quid adoleſcentes poſſent, & eos, qui conceptae de ipſis opinioni minime reſpondiſſent, facile ab ſe dimittebant.

Nolo autem quis putet me quaſi de faece haurire, quos nunc nominabo Juris prudentiae magiſtros, Bartholomaeum Ciajum, Joannem Baptiſtam Gamberellium, Gherardum Macrinum Siculum, & Franciſcum Gualterottum Florentinum. Gamberellius quidem, qui principio ad breviſſimum tempus in Academia fuit, cum rediiſſet ad ipſam,

---

(1) Commentarius ad librum 1. Legatorum. *Hoc unicum opus fuiſſe affirmat Panzirolius, quod vivo Ruinio editum ſit. Sed ipſe minime indicat quo loco impreſſum fuerit, nec mihi illud invenire contigit.*

Conſilia, *Lugduni 1546. T. V. in fol. Iterum Lugduni impreſſa fuerunt 1577. ac ſemel iterumque Venetiis.*

De verborum obligatione: Bononiae 1553. in fol.

Commentarii in IV. poſtmeridianos tractatus Juris civilis. Bononiae 1575. in fol.

Comment. in I. & II. Digeſti Novi & Infortiati, Bononiae. Vol. III. in fol. *Venetiis an. 1546. impreſſa fuit*: Lectura ultima ſuper prima Infortiati.

Repetitiones in tit. de novi operis nuntiatione, Bononiae apud Giaccarellum & Bonardum in fol.

De acquirenda poſſeſſione & re judicata: *ib.* fol.

Quaedam Repetitiones *Ruinii impreſſae fuerunt in Vol. VI. collectionis* Repetentium editae Lugduni 1553. *Edita & Ticini fuit, dum ibi juris prudentiam docebat, ejus Allegatio quaedam.*

quando Florentiae conſiſtebat, floruit diſcipulorum nobilitate & fama, uſque eo, ut Franciſco Guicciardinio competitor datus fuerit. Gualterottus vero non tam a juris prudentia celebritatem nominis habuit, quam a geſtis ſapientiſſime in patria muneribus, obitiſque Reipublicae nomine legationibus ad Gallorum Neapolitanorumque Reges, ad ſummum Pontificem, & ad Alphonſum Ferrariae Ducem. Vivebat in oculis ſuorum civium tum vitae gravitate, tum prudentia in conſiliis capiendis, tum facilitate de omnibus benemerendi.

Cogitanti mihi ſaepe numero, & memoria vetera repetenti perbeati fuiſſe illi videri ſolent, qui in Republica cum & honoribus, & rerum geſtarum gloria florerent, eum vitae curſum tenere potuerunt, ut vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poſſent. Ex his quidem binos habemus, quos nunc commemoremus, Lucam Corſinium & Hormannoſtium Detum Florentiae nobiliſſimo genere natos, qui, dum erant in flore aetatis (uterque enim XXIV. annum agebat) cum ad Academiam veniſſent, alter quidem an. 1486., alter anno poſt, labore & induſtria ſumma effecerunt, ut pares majoribus natu juris prudentiae magiſtris eſſe viderentur. Uterque etiam in principibus patronis habiti ſunt, & munia ampliſſima pro patria geſſere. Corſinius erat e Novemviris, qui adminiſtrabant Rempublicam Florentinam, quando ad eam venit Carolus VIII. Gallorum Rex, qui illi, ut et collegis ejuſdem conceſſit decorandi ſamiliarum ſtemmata binis aureis liliis & cruce Hieroſolymitana (1). Miſſus quoque Legatus fuit ad Ludovicum Sfortiam, ut illi de obtento Mediolanenſium imperio gratularetur. Quod principio non ultra biennium apud nos fuerit, de illius renovanda conductione vehementer ſane egerunt an. 1497. Gymnaſiarchae, quando Piſtorienſem Praefecturam adminiſtrabat. Verum cum ſibi ipſi nihil deeſſet, quod in forenſibus rebus civilibuſque

(1) Scip. Ammirat. Lib. 26. delle Storie Fiorentine.

Digitized by Google

verſetur, quin ſciret, & conferre poſſet ad ſuam & aliorum utilitatem, providit ut ſibi liberaliores, quam antea, ſtatuerentur conditiones (1). Vixit ad annum uſque 1511. tumulatuſque fuit in ſuburbana S. Caii Aede in majorum ſepulcro.

Superior illi quidem fama, ſtipendio & doctrina erat Detus, qui & multa praeclara ad illuſtrandum jus Romanorum reliquit. Horum nonnulla extant in V. & VI. volumine *Repetentium civilium*, tantumque illius ſententiis tribuebatur, ut illuſtriores illorum temporum jurisconſulti maximi illas eſſe momenti & ponderis arbitrarentur ad obtinendas cauſſas (2) explicandaſque leges. Quare minime eſt mirandum ſi illius ſchola plurimum celebraretur, & domus totius civitatis oraculum eſſe videretur. Nunquam recuſavit patriae ſervire, legationemque obivit ad Pro-Regem Neapolitanum, Praefecturam Aretinam geſſit, & prima Reipublicae Florentinae munia ſuſtinuit. Auctor eſt Scipio Ammiratus (3) gerente illo an. 1518. ſummum Vexilliferatus magiſtratum, quieta & tranquilla omnia fuiſſe. Cum ſemper bonarum in Republica partium fuiſſet, maximam illi fidem habebant vel ii, qui inter ſe diffidebant, diverſiſque ſtudiis tenebantur. Quare cum artificiis & potentia Clementis VII. P. M. effectum fuiſſet, ut mutandus eſſet Reipublicae ſtatus, Detus e Duodecemviris fuit, qui hoc operoſum difficileque munus explevere. Neque multo poſt homo, cui

(1) *Litterae datae ſunt Piſtorii 19. Octobris 1497. Inter cetera ait.* Vi certifico che quando io laſci in tutto l'ufficio delle avvocationi, ſarei in peggiore conditione dell'utilità, avendo fiorini 300. di ſalario, che ſono in ſubſtantia 200. fiorini larghi di groſſi.

(2) *Vid.* Soc. Jun. Conſ. 128. Paris. Con. 91. lib. 2. Dec. conſil. 266. Raud. de Analog. c. 29. Bernard. Alphan. in collect. Joſeph. Ruſtic. in L. cum avus, Silveſt. Aldobr. lib. 2. con. 108. Jacob. de Lavian. in comment. mſſ. Veter. Stat. Piſ. Rub. 38. &c. &c.

(3) Lib. 29. Hiſtor. Floren.

Digitized by Google

nunquam opes, honores & amici deſuerunt, & a quo magnum ornamentum Academia noſtra accepit, vitam amiſit.

Non feciſſem hominum mediocriter litteratorum Bartholomaei Guidii Florentini, Joannis Bonaccurſii Piſtorienſis, & Jacobi Vannii Piſani mentionem, niſi diligentia prope ſingulari, quod deerat doctrinae, in inſtituendis juris prudentiae ſtudioſis & in agendis cauſſis ſupplevissent. Commendante Bartholomaeo Soccinio magnam de ſe expectationem excitavit Leonardus Ceſanus, Piſis nobili genere natus, qui & curſum forenſem diu tulit, & multis magniſque in rebus patriae ſervivit. Extat ejus conſultatio *ad notarii famam a falſi crimine abſtergendam*, alia a Ziletto & Fontana commemoratur de illa quaeſtione, *quomodo dicatur venditio perfecta, quando Partes dicunt, Faciemus poſtea Inſtrumentum*, demum a Soccinio Juniore non minus juris, quam juſtitiae conſultiſſimus appellatur. Quando Piſani, favente Carolo VIII. ſe ſe in libertatem vindicarunt, vehementer petiere a Gerardo Aragonio de Appiano, cujus vices gerebat Ceſanus in regendo Plumbino, ne pateretur ſe carere cive, qui ob prudentiam & fidem ſingularem Reipublicae rationibus futurus eſſet utiliſſimus. Ipſe vero ex Republica non, ut oportebat, laetos et uberes fructus, ſed magna acerbitate permixtos tulit, praeſertim cum illius luctum ſqualloremque adſpexit, quando oppreſſa et capta iterum fuit a Florentinis.

Dicturus nunc de Jaſone Mayno, tanquam citharoedus prooemio aliquo uti poſſem, quod ille vir non fuit unus e principibus Juriſconſultorum, ſed inter multos propemodum ſingularis. Sed ne videar magis audacter, quam perite ad dicendum venire, exponam ſimpliciter et ſine ulla exornatione quae ceteri de illo memoriae prodiderunt, et quae certiſſimis Academiae noſtrae monumentis confirmata ſunt. Summus ille vir infelici admodum uſus eſt initio adoleſcentiae. Suſceptus enim an. 1435. e concubina, dum pater ejus Andreottus Maynus Mediolanenſis Piſauri exul commorabatur, nec negligentius modo, ſed aſperius etiam a praeceptore tractatus, tempus non in litteris ac ſtudiis, quibus in Ticinenſi Gymnaſio vacare coepit, ſed in alea, et in per-

ſequendis cujuſque modi voluptatibus conſumpſit. Quibus ut indulgeret, non dubitavit venum dare legum libros pretioſiſſimos in membranis deſcriptos. Cumque ob ſummam inopiam, corporis ſordes et humilem abjectamque maternam originem deſpectus contemptusque ab omnibus eſſet, inſperato emerſit, ſeque ad frugem bonam, ut dicitur, recepit. Non eſt credibile quantum ſtudii non in juris prudentia modo, praeceptoribus clariſſimis Juriſconſultis Hieronymo Tortio, Jacobo Puteo, et Catone Sacchio, ſed et in humanioribus litteris poſuerit, quo praeteritas culpas redimeret; cumque de Alexandro Tartagnio Forocorneliensi mira prorſus praedicari audiviſſet, huic quoque in diſciplinam Bononiae ſe tradidit. Incertum eſt num hic, vel Ticini inſignibus juris prudentiae decoratus fuerit. Ticini quidem hanc facultatem vel ab an. 1467. docere coepit, ex qua urbe decem et octo poſt annos Patavium venit, atque inde Piſas ineunte an. 1488. Romanarum legum interpres (1), et quae ipſe edidit de *Bonorum poſſeſſionibus* aliiſque

(1) *Extant hac de re Reipublicae Florentinae ad eum ſane honorificentiſſimae litterae.* A Meſſer Jaſone de Maino. Per una lettera novamente ſcripta da Meſ Paganino Ugolano a Luigi Venturi noſtro Provveditore ſiamo certificati di voſtra intentione & come volevi partire da Venezia per conferirvi quà a dì 29. del paſſato. Et perchè da noi deſideravi alcune coſe, come in quella reſcrivevi a detto Meſ. Paganino, però noi deſideroſi di compiacervi vi mandiamo il cavallaro della noſtra Signoria, il quale vi condurrà per tutti e noſtri luoghi liberamente & ſanza impedimento alchuno con tutta voſtra compagnia e coſe: & perchè alla condotta voſtra non s'hà a dare altra expeditione, ſe non la ratificatione di Voſtra Excellentia, però aſpetteremo vi conferiate quà, che ſenza V. M. non ſi può darle concluſione. Et allora inſieme con voi ſi expediranno tutte quelle conditioni vi ſono ſute promeſſe. A Bologna a Zanchini habbiamo ſcripto ſecondo che per la ſoprad. lettera domandavi, e proviſto in modo che biſognandovi da loro ajuto alchuno li troverete beniſſimo diſpoſti al ſati-

Codicis titulis, et *de rebus creditis*, unde materiem ſumpſerat ſuarum Academicarum acroaſium, ſatis declarant, quanta diligentia (1) quantaque doctrinae copia ſuum exequeretur munus. Aemulum et compe-

aſarvi in qualunque coſa vi foſſe biſogno. Flor. 7. Decembre 1488. *In libro Conductionum haec leguntur*. Die 26. Decembris 1488. D. Officiales conduxerunt D. Jaſonem de Maino Mediolanenſem civem ad legendum in Studio Piſano, vel alibi, ubi dictum Studium eſſe contingeret, lecturam juris civilis de mane ordinariam, & aliam quam ipſi Officiales vellent cum iis concurrentibus, cum quibus eis placebit pro tempore unius anni jam initiati die 1. menſis Novembris 1488. proxime praeteriti cum ſalario Florenorum 1350. de Studio ad rationem librarum quatuor pro quolibet Floreno in dicto anno cum hac conditione, quod dictus D. Jaſon teneatur ſecundum ejus bonam conſcientiam remittere ac reſarcire omnes lectiones, quae jam ſunt praeteritae a die primo dicti menſis Novembris citra in diebus feriatis & vacationum dicti anni &c. Dicta die D. Jaſon acceptavit & ratificavit dictam conductionem, & coepit docere 5. Januarii. Item die 21. Octobris 1489. conduxerunt eum cum ſalario, & conditionibus, ut ſupra, ſed non venit.

(1) *Quia magnopere laborabat de diſcipulorum ſuorum in ſtudiis progreſſu, vix pati poſſe videbatur illorum licentiam, qui ſoliti erant magiſtris libros auferre, ut ipſi a docendo ceſſarent, ſicque prorogarentur Bacchanales feriae. Huic rei hae litterae ad Officiales Studii indicio erunt*. Magnifici viri &c. Eſſendomi pervenuto a notitia come a V. S. era ſuto riferito, che per quella piacevolezza feceno a giorni paſſati queſti noſtri ſcolari, deſiderando le vacationi, prout moris eſt, io m'ero adeo turbato, che proroppi in hujuſmodi verba di valere incaſſare miei libri, & partirmi dal voſtro Studio: il che, M. Domini mei, m'è diſpiaciuto per più reſpecti, & maxime perchè quelle forſe me haranno notato di qualche inſtabilità, ac etiam perchè m'è parſo V. S. habino facto alcune dimoſtrationi, forte ob id, verſo de' predecti ſcolari, quo ceſſante, non harebben facto. Però ho voluto ſignificare a quelle quod a me ſimilia verba nunquam fuerunt prola-

titorem habebat Bartholomaeum Soccinium, et qui de utroque ſcripſerunt, exaggeraſſe videntur eorum in diſputando concertationes, quaſi in injurias et odia abierint, ſic ut eorum cauſſa Soccinius ab Academia diſceſſerit (1). Invidiam quidem huic moviſſe videtur incredibilis prope plauſus, qui illi dabatur a diſcipulis, ut aliquando Soccinius, Jaſone docente ac diſputante, a corona relictus fuerit. Quod ad mercedem attinet, ſua uterque contentus eſſe poterat, cum ex aequo illis ſolverentur MCCCL. uſque Floreni. Sed praemia, honores, et diſcipulorum frequentia minime valuerunt ad retinendum Jaſonem ultra an. 1489., iſque contumaciter, arrogauter, ac ſuperbe ab Academia di-

ta, maxime non me ne eſſendo ſuta data cagione, che in verità gli ſcolari predecti non ſi ſono ſe non con piacevoli modi ingeniati, ſecundum conſuetudinem, ut audio, in hoc veſtro Studio inolitam, ſe haveſſi a deſiſtere di leggere, in quo omnes fere unanimiter concurrebant. Nec plura. Bene valete. Piſis die XIII. Feb. 1488.

MM. VV.

Perpetuus Jaſon de Mayno
J. U. D. manu propria.

(1) *Academiae famuli (*Bidelli *vocantur) haec retulerunt ad Officiales Studii, litteris datis* 24. *Martii* 1488. Al facto del Sozino non ſi può giudicarſi alcuna urgente chagione, perchè sì inopinato, ſalvo il ſalario dato per V. S. a Meſ. Jaſon, perchè quì infra loro, non è ſtato alchuna differentia, nè controverſia, ſe non nelle parole, che ſi coſtumano nel conferire ai circuli, le quali maì ei ſono ſute fra loro, meno che honeſte, informa che per quanto ſi giudica quì da chi intende, nè Meſſer Bartolomeo ha ſuperato, nè ſopraffatto Meſſer Jaſon, nè Meſ. Jaſon ha ſopraffato, nè ſuperato lui, ma ciaſcuno di loro rigoroſiſſimamente con ſomma honeſtà ha dimoſtro quanto l'arco di ſua dottrina e prudenza a lungi porti. Dubitiamo che el detto ſalario inſieme coll' eſſere da Siena abbia fatto tale effetto.

Digitized by Google

diſceſſiſſe videtur (1). Rurſus ipſe Ticinum petiit, unde ipſum Piſas revocare fruſtra Florentini adlaborarunt (2). Porro id magni intererat non ad decus modo & laudem, ſed etiam ad utilitatem Academiae. Is enim unus homo ex omnibus eſſe videbatur, quo praeſente,

(1) *His verbis ſcripſit Aloyſius Ventura ad Officiales Studii. Litterae datae ſunt Piſis VIII. Kal. Novemb. an. 1489.* Magnifici Domini. Gionto qui queſto dì a hore 21 feci appicchare il ruotolo & publicare ſecondo il conſueto, come l' ordinaſti, onde accadde che Meſ. Jaſone mi mandò el ſuo famiglio a dire, che per niente vi voleva eſſer ſu, e che io nel faceſſi levare, che lol non era d'accordo di ſua condocta nè con Offiziali, nè con altri, e circa a queſto molte ſimili parole, dolendoſi di tal coſa. Io gli mandai a riſpondere, che lui non ſi poteva dolere, che gli fuſſe facto honore ragionevolmente, & che tal coſa non lo obbligava a coſa alcona più che lui medeſimo ſi voleſſi, & che io gli anderei a parlare appreſſo in perſona, e a dirli che cagione haveva moſſo le V. S. a mettervelo ſu, che in effecto non era ad alcun fine che per honorarlo. Lui havota la riſpoſta mandò ſubito el famiglio ſuo a farſi cancellare, il qoale lo fece alla preſentia di molti & ancora del Bidello, el quale dicendogli non lo faceſſe, & facendogli reſiſtentia, loi dixe che haveva commiſſione dal ſuo padrone fare così, e voleſſi egli o nò lo cancellò con una impennata d' inchioſtro preſenti molti. Hora intendendolo ne preſi parere dal Podeſtà & Conſoli, & a loro è parſo, e così a me, farne intendere alle S. V. prima di farne coſa alcuna in dimoſtratione di tale errore &c.

(2) *Sic ſcribebat die 27. Aprilis an.* 1490. *ad Officiales Studii Franciſcus Valorius Florentinorum ad Mediolanenſium Ducem Orator.* La mente di Meſ. Janſon è in effecto non ſi voler partire di Pavia, allegando molte cagioni: & io volendo ſatisfare a quanto mi fu impoſto, parlai col Sig. Lodovico, prima moſtrando el deſiderio de' noſtri SS. dipoi per non tenere la coſa a longo, parlato che noi havemmo per boono ſpatio, lo ſtrinſi, che mi doveſſi dire liberamente l'animo ſuo, ſe ſua Signoria ci haveva aperto quello poteva per ſatisfare a deſiderj de' mia Signori; in oltimo mi riſpoſe, trovare in Meſ. Janſon tale diſpoſitione, che quando lui lo forzaſſi, non ſervirebbe ſecondo e deſiderj noſtri, & dall'altro canto porterebbe pericolo di perderſelo, atteſa la natura ſua.

Digitized by Google

tum magiſtri, tum diſcipuli minime ſocordes eſſe vellent. Dum Ticini ſuit, non modo multorum aemulationem & induſtriam excitavit, ſed etiam adſuit in magnis rebus Mediolanenſium Duci: nam hic ejus conſilio multum movebatur, niſi qua in re major ipſius cupiditas interceſſerat. Legationes quoque illuſtriores per Jaſonem adminiſtrabantur, & orandi munus obivit, cum ad Alexandrum VI. Pontificem & ad Maximilianum Romanorum Regem, cui Dux neptem deſponderat, cum aliis clariſſimis viris miſſus fuiſſet. Ex his non modo laudes, ſed & honores reportavit. Factus eſt enim Eques & Comes Palatinus, neque multo poſt, cum orationem habuiſſet coram Ludovico Sfortia, ut ei de Principatu gratularetur, inter Sanatores & Patricios Mediolanenſes relatus eſt. Lippitudine impeditus novennium ſerme a docendo ceſſavit. Quo vero tempore Ludovicus XII. Gallorum Rex ſua in ditione habebat Mediolanenſem provinciam, cupiditate flagravit audiendi Jaſonem, ejusque ſcholam ingreſſus eſt cum Cardinalibus quinque, & centum uſque proceribus. His omnibus praeibat Jaſon ipſius Regis juſſu, qui eo in loco praeceptorem Regi antecellere debere dicebat. Deſcendentem e ſuggeſtu Rex humaniſſime complexus eſt, Piopera caſtello donavit, & poſt varios ſermones cum interrogaſſet, cur nunquam uxorem duxiſſet, quo relinqueret gloriae & doctrinae ſuae heredes, ut te commendante, reſpondit Jaſon, Julius Pontifex me purpureo galero decoret. Hoc ſe audiviſſe teſtatur Jovius, qui in illo erat comitatu, & a quo hanc narrationem ſumpſimus. Addit & ipſe: *Ab eximia tum gravitate atque jucundia ſummi oratoris laude fruebatur: nam optimis litteris, uſque ad poeticum decus inſtructus, dicta ſcriptaque lepidiſſime condiebat: canoram vocem, valida latera, geſtum oris excellentem ad ſuggeſtum afferens explicati & perilluſtris ſolidique doctoris nomen tuebatur: conſultoribus pretio gravis videri poterat, niſi pecuniam acceptam, ſi cauſſa decidiſſent, liberali cautione ſe continuo redditurum profiteretur.* Ob nimiam in ſtudiis contentionem decrepitamque aetatem, extremo tempore demens fuiſſe dicitur. Ticini diem ſupremum obiit XI. Kal. Aprilis an. MDXIX. & in ſepulcro, quod eſt in ſubur-

Digitized by Google

bano templo S. Paulli, hoc inſcriptum elogium fuit, quod cum ſit modeſtiſſimum, minime imitari videtur ſuperbum Jaſonis ingenium. *Jaſon Maynus J. C. Eques & Comes, quiſquis ille fuerit, hic requieſcit*. Fuit profecto, prout illa ferebant tempora, ſummus juriſconſultus, & in eo deſiiſſe videtur Bartolina juris prudentia, cui cultior alia ſucceſſit, cujus fundamenta jeciſſe videtur vir ſummus Alciatus. Sed hujus quoque judicio non mediocris laus debetur Jaſoni ob ordinem maxime, & perſpicuitatem, quibus ſcripta ſua ornavit (1). Pervulgatum eſt enim illius epigramma.

(1) *Haec ab Argelato recenſentur Jaſonis ſcripta*. Vol. II. Biblioth. Script. Med. I. in primam & ſecundam Digeſti novi partem Commentaria cum ſummariis Lugd. 1536. in fol. II. In primam & ſecundam Infortiati partem Commentaria, Ibid. III. In primam & ſecundam Codieis partem Commentaria cum Additionibus & Summariis, Ibid. IV. In primam, & ſecundam Digeſti veteris partem Commentaria, Ibid. His Commentariis adiunctum eſt Repertorium, ſeu Index Alphabeticus in Commentaria Jaſonis Mayni Ibid. haec denuo impreſſa ſunt pluribus voluminibus diſtributa, cum doctorum adnotationibus, praeſertim Joannis Franeiſci Purpurari. *Venetiis* 1568. in fol. V. Lectura ſuper titulo de Actionibus in Inſtitutiones Juſtiniani, emendata pet Antonium Angelum Careaſſonam Sardum. Item rermini Actionum per Joannem Criſpum Montanum. *Lugd*. 1556 in fol. & eum noris Benedicti de Vadis, Antouii Careaſſonae, Jo. Criſpii, Adamantii, Dionyſii Placentini J. C & Ludovici Gomeſii, *Venetiis* 1582. in fol. & *Francofurti* 1609. in fol. VI. Conſiliorum, ſive Reſponſorum Volumina IV. eum luculentiſſimis additionibus, & notis Franeiſci Becii, & Hieronymi Zanchii. *Venetiis* 1581. in fol. Francofurti 1609. in fol. & *ibid. apud Beelkerum* 1611. *in fol*. VII. Conſilia Feudalia. *Extant in Opere, cui titulus*: Omnium Clariſſ. Virot. Conſilia Feudalia, *Lugduni* 1553. *in fol*. VIII. Conſilia II. *Extant inter illa Alberti Bruni Aſtenſis, Venetiis* 1648. in fol. IX. Conſilia duo Criminalia. Extant intet Conſilia Jo. Bapt. Ziletti Tom. II. pag. 64. & 67. X. Repetitio in L. Quominus. De Fluminibus, *Lugduni* 1553. in fol Item inter Repetitiones Juris Civilis. XI. Apophthegmata

Digitized by Google

In jure primas comparatus ceteris
Partes habebit Bartolus.
Deciſiones ob frequentes, actio
Baldum forenſis ſuſtinet.
Non negligenda maxime eſt tyronibus
Caſtrenſis explanatio.
Opinionum tutius Symplegadas
Superabis, Alexandro duce.
Ordinis Jaſon, atque lucis nomine
Videndus eſt properantibus.
His ſi quis alios addidit interpretes
Onerat, quam honorat is magis.

Nemo ſane, ut arbitror, dubitabit, quin hoc Alciati judicii, non benevolentiae teſtimonium fuerit; & ſi juris prudentia non parum debet

ſeu Singularia Juris. *Lugduni* 1539. in 8. & cum Additionibus *ibid.* 1554. in fol. Prima autem Editio extitit Papiae an. 1489. cui praefixa eſt Auctoris Epiſtola ad Jacobum Ghilinum Ducalem Secretarium valde ibi laudatum, & Jaſon hanc Repetitionem vocat primitias agelli ſui. Extat ibi quoque Epigramma Petri Offredi Cremonenſis in laudem Jaſonis. Opera Juridica Jaſonis noſtri in unum corpus collecta, edita fuerunt Auguſtae Taurinorum apud Bevillaquam 1576. Tom. IX. in fol. Sed non omnia, ut hic adnotavimus, & conferentibus facile patebit, ac inter alia etiam Opus, quod ſequitur, ibi deeſt: XII. Additiones ad Chriſtophorum Portium in Inſtitutionibus, *Venetiis* apud Franciſcum de Portonariis 1561. in fol. XIII. Oratio ad Alexandrum VI. Pont. Max. Epiſtola ſic incipit: ad Illuſtriſſ. & Sapientiſſ. Principem Ludovicum Sfortiam Vicecomitem Barii Ducem, Jaſon de Mayno J. C. & Ducalis Senator, data ex Academia Ticinenſi XII.

Jaſoni, majora etiam is ab eadem accepiſſe videtur, quod per eam homo in dedecore natus, & ſi vis etiam, altus educatusque & honores, & pecuniam, & gratiam conſecutus fuerit.

Kal. Januarii anno ſalutis Dominicae 1493. in fine = Acta Romae Idibus Decembris an. 1492. in Conſiſtorio Publico. Subſequuntur duo Epigrammata in laudem Auctoris, alterum Alexandri Rouvinagiae, alterum Nicolai Scyllarii Siculi. Edita eſt etiam inter Orationes Clarorum Viror. ab Academia Veneta promulgatas, *Venetiis* 1559. in 4. & *Pariſiis* 1577. in 12. XIV. Oratio habita in funere Excellentiſſ. Juriſconſulti Hieronymi Torti, tenentis primam cathedram in felici Gymnaſio Ticinenſi, per me Jaſonem de Mayno Mediolanenſem Juris Utriuſque Doctorem, ad Illuſtriſſ. Principem Ludovicum Sfortiam Vicecomitem Barii Ducem &c. In fine legitur = Habita Papiae in Eccleſia FF. Minorum per me Jaſonem de Mayno tertio Idus Auguſti an. 1494. ſine Typographi nomine, in 4. XV. Oratio exhortatoria, habita pro felici initio Gymnaſii Ticinenſis per Clariſſ. J. U. D. Dominum Jaſonem de Mayno die IV. Novembris 1478. Haec Ms. habetur in Codice Signato O. n. 57. in 4. Biblioth. Ambros. eſtque pag. 20. & cum aliis duabus ſupradictis Orationibus Auctoris noſtri impreſſis uno volumine, quod Lazzarus Auguſtinus Cotta dono dedit memoratae Bibliothecae. XVI. Oratio ſive Epithalamium in Nuptiis Maximiliani Romanorum Regis, & Blancae Mariae Vicecomitis: acta Hiſpruch, ſeu Oeniponte VI. Id. Martii anno 1494. ibique edita in 4. Extat etiam inter Scriptores Germanicos Freheri Tom. II. pag. 222. et MS. in Regia Pariſienſi Bibliotheca Cod. n. 6665. ita Montfauconius in Bibl. Mſſ. Tom. II. pag. 766. XVII. Oratio, ſeu potius Epiſtola Januenſium nomine ad Barchinonenſes, quod juſta arma, tamquam laceſſiti, contra Regem Aragonum ſuſceperant. Data Januae, an. 1487. die 22. Auguſti. Impreſſa vero Cremonae per Bernardinum de Miſintis de Papia an. 1492. die 18. Junii. XVIII. Reſponſio facta Oratoribus Genuenſibus nomine Ducis Mediolani, in deditione eorum urbis an. 1495 ſine loco & Typographo in 4. Extat in Biblioth. S. Victoris hujus Urbis. XIX. Carmina Italica. *Extant in libro, cui titulus*: Il Sepolcro della Illuſtriſſima Sig. Beatrice di Dorimbergo: In Breſcia preſſo Vincenzo de Sabbio 1568. in 8.

Dicerem modo ~~de Simeone Mutinenſi, de Bartholomaeo Guidio~~, de Joanne quodam Gallo, de Vincentio Solima & Thoma Garophoro Siculis, ac de Baldo Inghiramio, qui omnes haud magna mercede Caeſareas Inſtitutiones explicarunt, niſi vererer, ne accuſaretur officium meum erga homines, qui minime praeclaris factis ac ſcriptis nomen ſuum poſteritati propagare ſtuduerunt. Non tam enim intereſt quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur. Iiſdem temporibus, idemque munus ſuſtinuere Joannes Bongirolamius, Verus Tanai Medicei Filius, & Matthaeus Nicolinius, Florentiae nobiliſſimis familiis orti, ſed vix ipſi docere coeperunt, cum Piſis ceſſatum eſt a ſtudiis eam ob cauſſam, quod omnia turbavit Gallorum in Italiam adventus (t). At Florenti-

(t) *Quanquam hujus loci minime eſſe videatur, juvat tamen exſcribere quae in Academiae actis notata inveni*. Die 31. Octobris 1494 ob Officialibus Studii ſcriptae ſunt litterae ad Univerſitatem & Collegia Studii Piſani ad ſignificandum, quod ipſi bonis cauſis moti deliberarunt differre principium legendi, donec deliberent, ubi Studium eſſe melius ſit, an Piſis, an alibi propter bellum Francorum Lunenſe, agrum & Florentinorum loca jam devaſtantium. Die vero Dominico 9. menſis Novembris mutatus eſt ſtatus Populi Florentini, ejecto Petro Medicee Laurentii Filio, qui Remp. & libertatem occupare tentaverat propter commotionem totius Italiae & adventum Regis Francorum ad Regnum Neapolitanum cum magno exercitu capeſſendum proficiſcentis. Ex quo tumultu captus fuit Antonius Bernardi Miniatis unus ex Officialibus Studii, quia tum erat Proviſor Officialium Montis per plures annos, ut computa ſuae adminiſtrationis redderet. Qui tandem infelix propter pecunias Communis non bene cuſtoditas, ſed male diſperſas, ut fertur, laqueo periit die 12. menſis Novembris, omni ejus ſubſtantia & domo Populo in praedam traditis. Set Joannes quoque de Guidis . . . . Officialium Studii Notarius ſimili modo captus, & diſſipatis omnibus ſuis bonis, & combuſta ac diruta domo, in carcerem truditur. Die 5. menſis Maii 1495. Supradicti Officiales caſſaverunt omnes Doctores Florentinos conductos ad legendum in Studio civitatis Piſarum, habiles ad officia civitatis Florentiae, quorum conducta adhuc duraret.

Digitized by Google

niſ, qui periculum ingenii fecerant in Academia, haud deeſſe poterant ampliſſima munera, quoties ſervire patriae minime recuſabant. Bongirolamius quidem vel Juſtitiae Vexilliferatu dignus habitus eſt, & praeturas Pratenſem, Piſtorienſem & Volaterranam geſſit. Vixit ad ſummam ſenectutem, cum mortem obiiſſet VI. Kal. Martias 1541. Neque minus honoratus fuit Verus Mediceus. Is enim an. 1498. per ceteros honoris gradus ad ſummam dignitatem aſcendit, & quod ſane miraberis, ita conſuluit civium commodis ac eorum utilitati ſalutique, ut communem familiae neglexerit. Sane ſi ejus ſententia valuiſſet, Petrus Mediceus minime patriae redditus fuiſſet. Cauſſam libertatis tum apud Carolum VIII. tum apud Franciſcum I. Gallorum Reges legatus Reipublicae defendit, ex quo licet multorum offenſionem exceperit, nemo tamen non ejus virtutem honoravit: vir enim erat integer, religiosus et caſtus. Quod ad Nicolinium vero attinet, quem poſtremo loco ſupra nominavimus, in eo ſane magnum decus fuit Academiae noſtre. Nam eum patrem optimum virum habuiſſet, & juris peritiſſimum, ipſe & perfectus Juriſconſultus, & gnarus reip. gerendae evaſit. Et ampliſſimis quidem ille functus eſt muneribus, & ſummam ingenii laudem eſt conſecutus, ſive in ſchola diceret, ſive cauſſas in foro ageret (1). Satis etiam in eo fuit eloquentiae, quo & magiſtratus perſonam, & Vexilliferatus dignitatem tueretur. Cum is, interempto Alexandro Mediceo primo Florentinorum Duce, adverſus eos ſtetiſſet, qui regium principatum Coſmo minime deferendum cenſebant, perinde ac ſi tum is eſſet Florentinorum ſtatus, ut amiſſam libertatem recuperare, recuperatamque retinere poſſent, magnam ab ipſo iniit gratiam, ampliſſimoſque obtinuit honores. Haec & alia hujuſmodi ſequens declarat inſcriptio, quae poſita eſt in gentilitio Nicoliniorum ſacello ad S. Crucis.

---

(1) *Vid.* Paris Par. I. Conſ. 91. Joſ. Ruſtic. ad l. cum avus, Dig. de condit. & demonſtr. lib. I. c. 13. Socin. Tom. I. Conſ. 18.

Mathaeo Nicolinio Angeli F. Othonis N. Senatori & J. C. praeſtantiſſimo, Legationibus ad Julium II. & Hadrianum VI. Pont. Max. cum laude functis, Coſmi Magni Hetruriae Ducis Conſiliario, Joannes Nepos Avo praeſtantiſſimo Poſ. Obiit A. S. MDXXXXI. aetat. ſuae LXIX.

Nunc binos Pratenſes habeo, quos non ſolum commemorem, ſed ſummis etiam efferam laudibus. Alter eſt Jacobus Modeſtius, alter Hieronymus Calvius. Extat ad Modeſtium Politiani epiſtola plena amoris & ſuaviſſimi ſtudii, qua illius ingenium & doctrinam commendat, dum ei ſe morem geſturum promittit in recenſendis nominibus veterum Juriſconſultorum, quorum auctoritate uſi ſunt Pandectarum conditores. Admodum adoleſcens venerat ad Politianum ipſum, ex eoque tantum aſſumpſit litterarum Graecarum ac Latinarum, quantum non antiquo illo more, ſed hoc noſtro & plane Cujaciano, ad tuendum jus civile ſatis eſſet. Verſatus eſt in omni fere genere cauſſarum eo praeſertim tempore, quo Julius Mediceus Cardinalis tenebat Reipublicae Florentinae clavum, ſeu potius imperium in illam exercebat. Prudens & vir habitus eſt in tractandis publicis negotiis, qua de cauſſa Julius ipſe illum habuit ſcribae loco, pluresque obivit Reipublicae nomine legationes. Omnino in ejus ſcriptis & vocibus reſonabat aliquid urbanius & elegantius, ut facile Politiani diſcipulum, a cujus latere nunquam diſceſſit, dum Florentiae fuit, potuiſſes agnoſcere. Dum vero Piſis commorabatur ſtudiorum juris prudentiae cauſſa, ſaepe ipſum Politianum conſulebat de rebus ad leges, quae ſunt in Pandectis, pertinentibus, cum non facile inveniſſet, qui eruditiores oculos ad ipſas excutiendas afferret (1). Erat apud nos *Extraordinarius Lector dierum*

(1) *Hujus rei monumentum attulit Angelus Maria Bandinius in opuſculo, quod inſcripſit*. Ragionamento Iſtorico ſopra le collezioni delle Fiorentine Pandette fatte da Angelo Poliziano, *ex quo libro* (pag. LIV.) *cognoſci etiam poteſt uſum fuiſſe Politianum Modeſtio non ſolum ſtudiorum adjutore, ut ipſum appellat, ſed & amanuenſi*.

rum feſtorum (ſic appellabantur diſcipuli illi, quibus munus demandabatur acroaſes faciendi iis diebus, quibus ſilebant Profeſſores) quando Piſani a Reipublicae Florentinae imperio defecerunt. Biennio vero poſt quam id accidit, cum ſedem ſuam Florentiae collocaſſet Academia, ipſe factus eſt Inſtitutionum Imperialium magiſter, latiusque manavit illius induſtria, quam ſperari poterat ab homine, qui maximis diſtinebatur occupationibus. Pro quibus meritis quae obtinuerit praemia ſequens declarat inſcriptio, quae poſita fuit in illius monumento apud Minoritas Pratenſes.

Jacobus Modeſtius Comes Palat. Civis Advocatus Florentinus; Reformationum ac generoſae familiae Mediceae Secret. in Rep. Florentina; ſtemmatibus Mediceis & Populi Pratenſis inſignitus. Vixit annos LXVII. obiit an. Dom. 1530. *die* 18. *Decembris: Nicol. Modeſtius Nepos Communit. Pratenſ. Secret. poſ. an.* 1541.

Illum nec fama, nec doctrina aequavit Calvius; quia tamen non mediocriter juris prudentiae laude proceſſerat, in optimis cauſſarum patronis, & in bonis magiſtris habitus eſt. Retulit Fabbruccius in opuſculum XI. rerum ad Academiam pertinentium, quae de ejus doctrina, moribuſque integerrimis teſtatus eſt Verus Mediceus Archiepiſcopi Piſani Vicarius, quando ipſum doctrinae inſignibus decoravit. Talia quidem ſunt, ut non ſolum praeconium tributum, ſed etiam grave teſtimonium impertitum clari hominis magnique eſſe videatur.

Non ſatis cognitam habemus Petri Martyris ex nobili Raineriorum familia Peruſiae nati doctrinam, qui per totum an. 1497. Inſtitutiones Romani juris Florentiae docuit. Grata quidem illius opera fuit Florentinis ſive magiſtri munus expleret, ſive vices gereret in gubernanda Dioeceſi, qui plerumque ab illa aberat, Raynaldi Urſinii Archiepiſcopi, idque cognoſci poteſt ex Reipublicae litteris, quibus eum proficiſcentem Romam etiam atque etiam commendavit Oratori ſuo apud ſummum Pontificem (1). Honorum illecebris irretitus ibi permanſiſſe

(1) *Vide eas apud Fabbruccium* (Opuſc. XI. pag. 61.)

videtur, ſed varii caſus Paulli Fregoſii Cardinalis, cui ſe totum dederat, ſpes ejus feſellerunt.

Atque eodem tempore cum ſtipendio Florenorum L praefectus extraordinariae juris civilis cathedrae fuit Joannes de Zauis Piſtorienſis, qui non multo poſt, ſcilicet III. Id. Maii an. 1499 cum duplicata illi fuiſſet merces, vitam amiſit. Ambigi videtur num idem ſit, atque ille, qui nominatur ab Alidoſio, a Panzirolio aliiſque; qui *Conſultationes Forenſes & Adnotationes ad Statuta Bononienſia* ſcripſit, quique in ipſa urbe Bononia munus docendae juris prudentiae vel ab an. 1436. ſuſceperat. Hic quidem in magnorum Juriſconſultorum numero fuit, filiumque habuit nomine Ulpianum, qui magnum familiae decus addidit, quod ei non defuit prudentia & acumen in explicando interpretandoque jure, & elegans etiam quoddam & eruditum, prout illa ferebant tempora, orationis genus. Lubet mihi quod eſt dubium, id relinquere incertum. Ut unum ab altero diſtingueret, movit quidem Fabbruccium illa ratio, quod non veriſimile videtur vocaſſe Florentinos Patres ad juris prudentiam docendam hominem ferme nonagenarium.

In eodem Juriſconſultorum numero, ejuſdemque aetatis fuere Aloyſius Boncianus, cujus meminit Varchius tanquam hominis, qui plurimum gratia pollebat apud Caroli V. Caeſaris aulicos (1) quique Etruriam reliquerat, ut Urbanis velificaretur honoribus, & Antonius Malegonellius uterque Florentiae nobili genere nati. Per hunc familiam, quae clara olim fuerat, plurimum illuſtratam fuiſſe narrat Ugolinus Verinius (2) omneſque conſentire videntur magnam in illo fuiſſe Romanarum legum ſcientiam, cui ab ineunte aetate in hac noſtra Academia ſedulam operam navavit. Vel ipſum DCL. Florenorum ſtipen-

(1) *Lib. XI. hiſtoriarum ad an. 1529.*
(2) **Lib. III. de illuſtrat. Urb. Florent.**

dium, quod ab Academiae aerario Florentinus homo exigebat, ſatis oſtendit quanta eſſet illius doctrinae opinio. Nihilo tamen minus non ultra triennium in Academia ipſa manſit, cujus rei hanc affert cauſſam Panzirolius (1) *quod vir lectionibus inſuetus brevi id munus relinquere coactus eſt*. Is quidem in patrocinandis cauſis, in judiciis, & in praeſidiis Reipublicae facile cuilibet ſatisfacere potuit. Huic non ſolum opera ſubvenit geſtis magiſtratibus & legationibus ampliſſimis, ſed etiam pecunia (2) & nunquam non laudem retulit hominis *optimi*, *prudentis*, *& aequi juſtique amantiſſimi* (3). Quare minime eſt mirandum, ſi cum an. 1502. deliberaſſent Florentini de creando perpetuo Vexillifero, qui afflictis Reipublicae rebus ſuccurreret, Malegonellius cum Joachimo Guaſconio, & Petro Soderinio, qui ſummam dignitatem, cum res ad ſuffragia revocata fuiſſet, obtinuit, nominatus eſt.

Non de Academiae Piſanae ſolum, ſed & de Populi Florentini nomine & dignitate benemeritum fuiſſe exiſtimare debemus Franciſcum Guicciardinium, qui ſi quis unquam alius uſu & ſtudio elaboravit, ut jura populorum noſceret, conſilia prudentum, quae ad concordiam & felicitatem civium pertinerent, exquireret, atque haec ipſa ea Italici ſermonis elegantia litteris mandaret, ut idem ſapientiſſimus & pereloquens hiſtoricus diceretur. Natus is prid. non. Martii an. 1482. Florentiae nobili genere, primum in ipſa patria juris prudentiae, ducibus Modeſtio & Gamberellio, de quibus mentionem fecimus, mox Ferrariae & Patavii operam dedit. Illa doctrinae inſignia accepit poſtquam an. 1505. coepit ſuſtinere munus docendarum civilium Inſtitutionum, quo non multo poſt ſe abdicavit, ut liberius foro vacaret. Etenim vix hoc attigit, cum magna illico de eodem fama ſurrexit, extantque nunc

(1) Lib. II. cap. CXXXV.
(2) Varch. lib. X. Hiſtor.
(3) *Hoc elogium ex ipſius Reipublicae ad eum litteris eruimus.*

Digitized by Google

etiam plures *Juridicae Conſultationes*, ex quibus de ipſius in Romanis legibus peritia judicari poteſt. Omnia ſic ſuppetebant, ut ei nullam optimi cauſſarum patroni defuiſſe virtutem putes. Poſt id publicis rebus totum ſe tradidit, ac nondum expleverat triceſimum aetatis annum, cum a ſuis civibus miſſus eſt legatus ad Ferdinandum Aragoniae Regem, qua in legatione binos conſumpſit annos. Mediceorum fautor eximius, carus acceptuſque fuit tum Leoni X. tum Clementi VII. quorum nomine Regium Lepidi, Mutinam & Parmam, mox Aemiliae provinciam, ac demum Bononiam ſapientiſſime gubernavit. Legatus etiam de exercitu Pontificio fuit (Locumtenentem Generalem appellabant) cum Clemens adverſus Carolum V. bellum ſuſcepiſſet, eoque mortuo, adfuit animo amiciſſimo Alexandro Mediceo, poſtquam Florentini ſub imperium illius ditionemque cecidere. Opus illi erat homine, qui haberet auctoritatem & nomen; & honores, quos ipſe impertiebat fideliſſimo ſuo conſiliario, labores leviores faciebant, quos hic ſuſtinebat in obeundis legationibus aliiſque graviſſimis mandatis exequendis. Non tanti fuit ejus auctoritas Coſmo Mediceo, qui Alexandro ſucceſſit, quamvis ut ſuccederet, plurimum adlaboraverit Guicciardinius. Sed hic maxime laudandus eſt, quod hoc tempore ipſo conſolabatur ſe cum conſcientia optimae mentis, tum etiam uſurpatione & renovatione doctrinae. Itaque cum receſſiſſet in ſuburbanum ſuum, hiſtoriam Italiae earumque rerum, quibus ipſe magna ex parte interfuit, ſcribendam ſuſcepit, quae ab anno 1492. incipit, definitque in annum 1534. cui licet extremam manum minime impoſuerit, talis tamen evaſit, ut illius auctor eloquentiae quaſi parens eſſe videatur. Is non linguam ſolum acuerat exercitatione ſcribendi, ſed & ipſam eloquentiam locupletaverat graviorum artium inſtrumento, & iiſdem artibus decus omne virtutis, & praeſertim prudentiae, fortitudinis, juſtitiae & providentiae junxerat. Quapropter vere de illo dictum videtur ab Antonio Maria Salvinio, qui ducentos fere poſt annos hunc titulum poſuit in illius ſepulcro, quod eſt Florentiae in S. Felicitatis Aede.

Digitized by Google

Franciſco Guicciardino in rebus gerendis prudentia, ſolertia ac gravitate ſingulari, Hiſtorico celeberrimo Ludovicus, & Franciſcus Guicciardini S. R. J. Comites Palatini monumentum poſuere A. S. MDCCXXVII.

Si multos Guicciardinii ſimiles haberem, libenter quidem in iis commemorandis verſarer. An expectas quid ego judicem de Ludovico Acciajolio, de Aloyſio Velluto, de Petro Filcaja, cujus ſupra quoque mentionem feci, & de Paullo Bartolio, aliiſque, qui ſi reviviſcerent, vererer ſane ne quererentur ſe aut praeteritos, aut non ſatis laudatos fuiſſe? Quanquam minime obſcurum fuit judicium, quod de illorum doctrina fecerunt Gymnaſiarchae, quando ipſis demandarunt onus docendae civilis juris prudentiae, ego tamen judico illos quidem praeſtitiſſe minutis magiſtris, ſapientiam quoque adhibuiſſe in procuranda patriae ſalute aut domi, aut belli, cum perfuncti fuiſſent ampliſſimis magiſtratibus, ſed minime meritos eſſe, ut illorum memoria litteris prodatur. Etenim non quantum quiſque profit, ſed quanti quiſque ſit ponderandum eſt. Interfuit quidem Reipublicae, ut, quo tempore Academia ſedem Florentiae collocavit, eſſent Doctores, qui illius dignitatem ſuſtinerent; ſed cum ob aerarii anguſtias cives alienigenis anteponeret, ex iis ipſis pauci fuere immortalitate digni. Quando vero Academia an. 1515. veluti poſtliminio rediit Piſas, & concurſus ex tota Italia audiendi cauſſa fieri, & juris prudentiae cathedrae grandiores plenioreſque voces deſiderare coeperunt, neceſſe fuit Florentinis externa quoque quaerere ornamenta, & ea magnificentia liberalitatis ſibi comparare.

Porro nemo ignorat in optimis Juriſconſultis habitum fuiſſe Franciſcum Curtium juniorem Ticinenſem, quem Florentini ad ſe ſe ex ipſa urbe Ticino, ubi jus Feudale interpretabatur, vocarunt, aſſignato illi annuo ſtipendio DC. Florenorum, ut loquebantur, de auro in auro. Sed ad breve tempus in Etruria manſit. Nam cum ad Academiam rediiſſet Philippus Decius, cujus doctrinam omnes ſuſpiciebant, ac fervidum & rixoſum ingenium verebantur, quidquam ſibi cum illo ne-

forſe Filicaja

Digitized by Google

gotii eſſe noluit Curtius, & ad ſuos remeavit, ſperans eum vitae curſum ſe tenere poſſe, qui & animi tranquillitatem, & dignitatem afferret. Quam ſpem cogitationum & conſiliorum illius cum graves communium temporum, tum varii ipſius caſus fefellerunt. Nam turbulentiſſimae tempeſtates extiterunt, quibus Ticinum a Caeſarianis captum, & Curtius, qui Francisco I. Gallorum Regi erat a conſiliis, non ſolum omnibus honoribus & bonis ſpoliatus, ſed etiam in vincula conjectus fuit. Curam & angorem animi illius non modo conſilio, ſed etiam opibus & opera levavit illius Frater Mathaeus tum medicinae Doctor in Academia Patavina, qui a Veneto Senatu impetravit, ut Franciſcus pecuniam haberet ad libertatem redimendam, & locum in ipſa Academia ad famam, quae illum nunquam deſeruerat, augendam. Ibi uxorem duxit, liberoſque ſuſcepit, & quoniam tantum habebat otii, quantum jamdiu ſibi non contigerat, plura elucubravit ad Codicis & Digeſtorum leges interpretandas, quae digna laudibus Juriſconſultorum fuere. Anno tandem 1533. V. Kal. Quint. apoplexia correptus in illa ipſa urbe vitam finivit. Franciſcus Curtius Senior, qui primus in eam familiam, quae poſtea clariſſimis juriſconſultis floruit, attulit ſtudium juris prudentiae, ita cultus ab ipſo fuit, ut non mediocrem partem illius famae in ſe ſe derivaverit. Cave tamen putes illum doctrina exaequaſſe, quamvis multa inſtrumenta habuerit ad adipiſcendam ſapientiam. Hoc etiam illi decorum fuit, quod diſcipulum habuerit Joannem Nevizanum Aſtenſem *Sylvae Nuptialis* (ſic enim opus inſcribitur) auctorem, competitoreſque in Academia Patavina M. Mantuam & Marcum Antonium Nattam, qui in principibus Juriſconſultis numerabantur.

Iisdem ferme temporibus Academiam Piſanam ornarunt Petruccii tres, quorum duo fuere Senenſes, alter Florentinus. Camillus Hieronymi filius non tam Romanarum legum ſcientia, quam poeſi floruiſſe videtur. Nam apud Iſidorum Ugurgerium hoc de eo legitur elogium:

Huic vero Muſae decus omne dedere Latinae,
Huic lac Pegaſidas, Cytharam Crinitus Apollo &c.

Is ad Academiam noſtram venit an. 1516., & cum ejus ſchola floreret diſcipulorum nobilitate, maximum ſuum decus numeravit, quod non ſolum ad jus civile & Pontificium (utrumque enim docuit) ſed etiam ad magnitudinem animi erudivit Aemilium Ferrettum. Fuit hic vir cum paucis comparandus, neque Italiae modo, ſed & Galliae lumen ingenii ſui oſtendit, & praeiviſſe iis putatur, qui cultiorem juris prudentiam poſtea exornandam ſuſcepere. Petruccius autem florens aetate, gratia, honoribus, ingenio, propinquis & amicis, ut ſumma quaeque ſperare poſſet, medio in curſu gloriae abreptus eſt an. 1520. cum compleſſet nondum XXIX. aetatis annum. Laudatus eſt a Celſo Bargaglio, tumulatuſque Senis in Dominicanorum Aede cum ſuorum lacrymis. Petruccius alter Raynaldus appellabatur, eumque ad nos veniſſe tradit Fabbruccius an. 1526. quo tamen tempore vix ulla relicta imago eſſe videbatur Academiae Piſanae. Ipſe Romam non multo poſt migravit & in XII. Virorum collegium litibus judicandis (Rotae Auditores vocant) cooptatus aliiſque decoratus honoribus dicitur. Laurentius autem Petruccius, Florentina familia, cui poſtea cognomen Bandulorum eſt inditum, natus, Piſis utrumque jus per plures annos magno diſcipulorum concurſu docuit, & cauſſas in foro defendit, & civica munera, quae prima putabantur, ſumma cum prudentiae laude ſuſtinuit. Tandem Florentia Romam profectus, Clementi VII. a cubiculo et a cognitionibus fuiſſe, eaque in urbe diem ſupremum obiiſſe fertur.

Eumdem fere vitae curſum tenuit Antonius Bonſius, veteri & illuſtri genere Florentiae natus. Nam & ipſe quoque in foro verſatus eſt, ab anno 1516. Piſis docere juventutem, quae juris ſcientiae vacabat, neque multos poſt annos, functus jam in patria ampliſſimis magiſtratibus, Urbanis honoribus, ipſo Clemente VII. Pontificatum maximum gerente, operam dare coepit. Auctor eſt Scipio Ammiratus aliique Florentinarum rerum ſcriptores Clementem uſum illo fuiſſe ad conciliandos ſibi Florentinorum animos, & ad conjungendas nuptias Catharinae Mediceae cum Aurelianenſi Duce. Quando hac de cauſſa Legatus in Galliam miſſus eſt, Anxuris erat Epiſcopus, majora cer-

te conſecuturus ob doctrinam, & miram in agendis rebus dexteritatem atque prudentiam, niſi an. 1533. Maſſiliae, vel ut alii malunt, Romae illum mors oppreſſiſſet.

Nihil ſane non agebant Medicei, ut ad ſuorum cauſſam traducerent homines nobilitate et doctrina praeſtantes. Reſidebat enim in Republica magna libertatis ſautorum manus, cui reſiſtere res non mediocris laboris atque conſilii erat. Iſtud partium ſtudium interdum apparebat in ipſis Academicis exercitationibus, et inter Doctores ſerebat alebatque diſſidia. Ex his erant nonnulli, qui cum reſpectum ad Senatum et ad populum non haberent, eam ſibi viam pateſaciebant ad opes et honores obtinendos, quam virtus liberi populi ferre non poſſet. Contra alii cum incluſum penitus in venis atque in viſceribus haberent odium tyrannidis, quidquid perpeti malebant, quam adhaerere regnum appetentibus. Horum in numero fuit Bartholomaeus Franciſci Gualerotti viri genere et factis clari filius; fuere et alii, qui Academiam deſeruere, quoties ſpes aliqua iis ſe ſe oſtendit revocandi civium animos ad ſpem aut retinendae, aut recuperandae libertatis.

Et ſane cum primum Gualerottus ad nos venit Novembri an. 1516. Inſtitutionum Caeſarearum interpres, vix preſſa leviter ad exigui praedicationem temporis illius veſtigia intueri licuit. Vicennio autem et amplius poſt renovata illius conductio fuit, non ut Academiae, cujus nullum tum ſupererat ſimulacrum, ſua excellenti doctrina decus adderet, ſed ut eorum utilitati Florentiae docens conſuleret, qui externa frequentare gymnaſia inopia, vel aliis de cauſſis impediebantur. Homo, qui ajebat, nuſquam nos poſſe, niſi in laude, decore, honeſtate utilia reperire, illa prima et ſumma habebat, quae cum civium ſuorum emolumento eſſent conjuncta, gaudebatque ſe honoribus et Reipublicae muneribus perfunctum ſenem, poſſe ſuo jure dicere idem, quod apud Ennium dicebat ille Pythius Apollo, eſſe eum, unde ſibi, ſi non populi et reges, at cives ſui conſilium expetebant.

Suarum rerum incerti? quos ego mea ope ex
Incertis certos, compoteſque conſilii
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Non modo juris prudentia, ſed et uberrimis artibus ornati fuiſſe putantur Laurentius Ridolfius, et Paradiſus Mazzinghius, quorum alter an. 1517. alter anno poſt venere ad Academiam noſtram civilium Inſtitutionum magiſtri. Nullo non tempore tulit Ridolfiorum familia Florentiae nobiliſſima viros omni laude illuſtres, et Laurentius ille, de quo nunc agimus, cum eſſet maximis in rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatus, profuit conſilio civibus ſuis in iis turbulentiſſimis tempeſtatibus, quibus cedere Mediceorum potentiae conveniebat. Vel illi, qui vi opprimi in bona cauſſa melius eſſe putabant, quam male cedere, laudabant hominem moderatum & temperantem, & ad civilem ſocietatem natum. Is Conſulatum, ut loquebantur, Academiae Florentinae geſſiſſe putatur, & hac de cauſſa a Salvino Salvinio laudatus eſt. Mazzinghius hauſerat ex Academia Bononienſi ſcientiam civilis juris, & cum omni vita atque victu excultus atque expolitus eſſet, tum ejus elegans etiam habitum etiam orationis genus. Meminit illus Benedictus Varchius eo hiſtoriarum loco, quo conſilia Florentinorum exponuntur de mittendis ad Clementem VII. legatis (1). Ne domeſticus etiam labor accederet ad forenſem, Mazzinghius nihil ſcripſit, quamvis vitam produxerit ad annum uſque 1564.

Omnibus iis, qui, reddita Piſanis Academia, in ipſa jus Romanorum explicarunt, laudem praeripuiſſe videtur Marianus Soccinius junior. Is patrem habuit Alexandrum, qui ipſum an. 1483. Senis genuit ex Laura Arringheria, patruum vero Bartholomaeum, de quo plura ſupra expoſuimus. Cum humanioribus litteris vacaſſet, duce Angelo Fundio, juris prudentiae vero tum in patria, magiſtris Simeone Burgheſio, Bernardino Benevoliente, ac demum Antonio Venafro, tum Bononiae apud Bartholomaeum patruum, ita iſtorum omnium laudis fuit cupidus, ut ſe non conquieturum affirmaverit, niſi illam

(1) Lib. XI. pag. 335.

in ſe glorioſa aemulatione tranſtuliſſet. Valebat quidem ingenio, induſtria vero tanta erat, ut hac una veluti ſuaviſſimo animorum paſtu ali videretur. Haec cum minime laterent Senenſes, qui ſemper parati erant ad bene promerendum de ſuis civibus, munus illi aſſignarunt docendi alternis in patrio Gymnaſio Pontificium atque Romanum jus, quod non ſine multorum, ac praeſertim Lancellotti Polīti invidia fuit. Interea Camillam Salvettam Paulli Filiam honeſtiſſimam virginem in matrimonium duxit, ex qua decem filios, & tres filias ſuſcepit, quibus, paucis exceptis, ſuperſtes fuit. Vivens quoque uxorem amiſit, qua extincta, homo voluptatis illecebris delinitus, temperantiae nuncium remiſiſſe viſus eſt. Poſtquam ſeptennium in patria juris prudentiae magiſtri munere functus fuerat, valde liberaliter invitatus eſt ad illam ipſam facultatem docendam in hac noſtra Academia, quod minime dubia erant de illius doctriua teſtimonia, & quod habebat etiam cauſſam celebritatis & nominis a patruo acceptam. Quam expectationem ſui concitaverat, ſuſtinere ac tueri potuit, & carus praeſertim erat exteris diſcipulis. Noſtri vero prae illo majus aliquod concedere videbantur Hormannoctio Deto non tam propter opinionem doctrinae, quam propter hominis potentiam. Multum enim hic gratia poterat apud Julium Cardinalem Mediceum, cujus rogatu (& illius quidem tanta erat auctoritas, quanta maxima unius in libera civitate poterat eſſe) Praefecti Academiae Octobri an. 1520. decreverunt, ut eidem annuum ſtipendium DCC. uſque Florenorum auri, ut appellabantur, latorum penderetur. Haec & alia hujuſmodi plura ſi non acerbum odium, attamen aut invidiae, aut odii non diſſimilem offenſionem in Soccinio excitarunt, quapropter verebantur Patres, ne ſubito diſceſſu patrui renovaret exemplum. Nihilo tamen minus ſeptennium uſque in Academia manſit, e qua, ipſis Patribus lubentibus, an. 1523. ad Senenſes ſuos rediit. Quanquam nullum tempus illi unquam vacaret aut a forenſibus conſultationibus, aut a ſchola, aut a commentatione domeſtica, aut a ſcribendo, aut a cogitando, non recuſavit tamen patriae nomine obire legationes tum ad Florentinos, tum ad ſummum

Pontificem, & quod omnibus nota erat excellens illius doctrina, nullo non afficiebatur honore. Illud etiam magis curavit, ut a Patavinis Gymnaſiarchis conduceretur M. aureorum mercede, quam poſtea augeri poſtulavit, cum nullo modo ſe luturum affirmaret, ut par eſſet ſtipendio, ut erat loco, Joanni Antonio Rubeo Alexandrino. Auctor eſt Jacobus Facciolatus (1) Gymnaſii Rectorem cum Conſiliariis quatuor Venetias miſſum fuiſſe, ut cum magiſtratu de Soccinio retinendo ageret, quod ad ipſius Gymnaſii ornamentum & decus plurimum intereſſe putabatur: ſed haec fruſtra fuerunt, & Marianus an. 1540. fidem ſuam obſtrinxit Bononienſibus, qui ei aſſignarunt pro docendi munere MCC. aureos, additis CC. pro commeatu. Nam cum ab iis diſceſſiſſet Andreas Alciatus, magnopere ſibi curandum eſſe duxerunt, ut eſſet qui a tanto viro relictum locum merito occuparet. Neminem quidem nunc futurum arbitror, qui Soccinium Alciato comparare audeat. Quis enim hoc in Romanis legibus interpretandis exercitatior atque eruditior, quis aptior ad formam & tanquam faciem juris prudentiae multis pollutam naevis renovandam? Sed illuc revertor. Bononienſes, ut ſibi magis magiſque obſtringerent inconſtantem hominem, civitate aliiſque praemiis donarunt, & locum illi dederunt inter V.viros litibus judicandis. Sed cum hoc munere ob ſcholae occupationes fungi impediretur, facile obtinuit, ut ſibi tanquam vicarius ſuccederet Leonardus Columbinus, quocum patriam communem habebat, quique poſtea Neapoli DCCC. aureorum ſtipendio veſpere juris prudentiam profeſſus eſt. Interea renovata per Coſmum I. Academia noſtra, invitatur Soccinius liberaliſſimo ſtipendio, ut ad illam redire vellet, ſed his & aliis hujuſmodi invitamentis, quae habuit a Luſitaniae Rege, a Venetis, ab Hercule II. Ferrariae Duce, a Raguſinis atque a civibus ſuis, ſe minime tentari eſt paſſus, ne fidem Bononienſibus datam fran-

Mm 2

(1) Tertium Syntagma p. 39.

ſaturum

geret. Et manſit quidem apud eos, dum vixit. Vixit autem uſque ad an. 1556. ac ſepulcri monumentum a Celſi & Philippi filiorum pietate in Dominicanorum Templo obtinuit. Morbi genus, quo extinctus eſt, recens ex America ad Italos tranſvectum fuerat, & cogit ſane multos, ut Marianum, incontinentiae poenitere. Mediocri fuit ſtatura, Ingenio acri, ſed non firma memoria, maternae linguae & muſices ſtudioſiſſimus, pecuniae amans, plus quam gravem & ſapientem virum decet aleae deditus, & in re familiari diſſolutus ac negligens. Joannem Mariam a Monte, qui poſtea Julii III. nomine Pontifex maximus creatus eſt, & ſeptem, qui deinde Cardinales fuerunt, Antonium Auguſtinum, Guidonem Panzirolium, qui de eo plura memoriae mandavit, & alios bene multos clariſſimos viros diſcipulos habuit. His quidem & illuſtrium juriſconſultorum teſtimoniis, & ſuis ſcriptis (1) gloriabatur ad retundendam nonnullorum invidiam. Superioribus enim plerumque invidetur, & eo magis, ſi intolerantius ſe jactant. Jam vero minime diſputabo num Marianus gloriam Bartholomaei patrui aequaverit. Uterque certe propter acumen ingenii ocultiſſima in jure perſpexere, & Mariano ipſi ſubtiliſſimi Doctoris nomen impoſitum fuit.

---

(1) *De his haec habet Fabbruccius.* Sunt autem Mariani Junioris opera, quae Celſus (ejus filius) publico bono vulgavit: *Commentaria in quatuor Lecturas Veſpertinas. Quatuor Conſiliorum volumina*, inter quae celeberrimum illud, quod in controverſia inter Ferrariae & Florentiae Ducem maxime ferbuit, ſuper qua Piſanum quoque collegium conſuluit, & aliud ex ordine 121. ubi *cautelam introduxit*, qua licet Patri legitimae detractionem Filiis aliqua ratione impedire. Praeter haec *Communes juridicas concluſiones* enumerat Joſeph Caraffa; ac de ſingulari certamine, quod vulgo nuncupant *il Duello*, accuratiſſimae ſcriſpſit, quae Soccinii ſcriptio cum Alciati Tractatu Italice reddito circumfertur, & ab eruditiſſimo Fontaninio commemoratur. *Vide quae in VI. volumine* Repetent. Civil. *edit. Lugduni* 1533. *de Soccinio verſibus ſcripſit Hieronymus Lazar. Lylibita Siculus.*

Sed nunc illudere ferme ſolemus nimium acumen illorum veterum Juriſconſultorum, qui in interpretandis Romanis legibus non ſatis erant Graecis & Latinis litteris, & philoſophia eruditi, quamvis multa viderint & conſuluerint prudentiſſime, & multarum rerum in jure aequiſſimarum, quae etiam nunc in foro obtinent, & auctores & magiſtri fuerunt.

Fuit cum Soccinio Piſis, ſed ad breve tempus, Vincentius Herculanius Peruſinus, qui Fregii nomine appellabatur. Teſtatur Marcus Mantua in ſua *epitome virorum illuſtrium* hunc docentem in patria tantam ſibi famam comparaſſe, ut per totam Europam undique illius nomen perſonaret, *diceretur que tum vulgo (quemadmodum de Socrate Laertius ait) mortalium unus Fregius vere ſapit*. Qua re moti Florentini etiam atque etiam petierunt a Peruſinis, ne graverentur ſibi commodare operam hominis, quae maxime gloriam conciliare renovatae per illa tempora Academiae potuiſſet, idque ut facilius obtinerent, Herculanio liberale DCCL. aureorum ſtipendium obtulere (1). Huic doctori multi dediti fuerunt, nonnulli etiam remeantem in patriam ſecuti ſunt. Et patriae quidem maximopere ſemper ſervivit ſive legationes obiret, ſive acroaſes in ſchola faceret, ſive conſulentibus reſponderet, ſive illius *Statuta*, ut loquuntur, interpretaretur, noviſque acceſſionibus meliora faceret. Vel oculorum luminibus amiſſis, non deſtitit diſcipulorum inſtitutioni publicisque negotiis operam dare. Quaedam in vulgus emiſit, *Commentaria* videlicet *in Infortiat. ac Digeſt. nova*, ex quibus de illius doctrina judicari po-

(1) *His verbis ſcriptum fuit decretum illius conductionis*. Die XV. Julii 1516. Conduxerunt Vincentium de Herculanis de Peruſio ad legendum jus civile pro tribus annis, duobus ſcilicet firmis, & unum ad beneplacitum DD. Officialium incipiendis die 1. menſis Novemb. proxime futuri cum ſalario quolibet anno ducatorum 750. auri latorum, ſeu florenorum 1312 $\frac{1}{2}$ ad rationem librarum quatuor pro quolibet floreno. *Ex hoc intelligi poteſt, quae eſſet differentia inter florenos, qui dicebantur Studii, & aureos florenos.*

teſt. Sunt qui illi tribuunt etiam *Tractatus de negativi proband. de Appellationibus & attentatis, de caut. de non offendendo*, ſed haec a Franciſci Herculanii officina prodiiſſe contendunt Auguſtinus Fontana & Carolus Chartarius. Omnes quidem in eo conveniunt Vincentium a ſummo Pontifice, a quo Advocatus, ut ajunt, Conſiſtorialis creatus fuerat, rogatum fuiſſe ſententiam de divortio, quod Henricus VIII. Britannorum Rex cum Catharina Aragonia facere meditabatur, & quas hac de cauſſa accepit litteras ab ipſius Regis Legatis infra exſcribere juvabit (1), quia declarant quanta eſſet de illius do-

---

(1) Havendo la Santità di N. S. & il Conciſtoro deliberato, che le materie eſcuſatorie concernenri alla Cauſa, che verte quì trà 'l Sereniſſimo Re noſtro, e la Regina, ſi habbiano a trattare, e riſolvere per Diſputationi publiche, le quali ſi hanno a fare in Conciſtori publici con la parte averſa, & havendo Sua Santirà, & il Conciſtoro permeſſo, che noi habbiamo quei valentiſſimi, e peritiſſimi huomini d' Italia, che a noi parrà di chiamare per la parte della Maeſtà del Re noſtro, ne è parſo, conſiderata l' eſimia, e ſingolar dottrina, la grande autorirà, & eccellenza voſtra, far principalmente elezione di V. S. a queſto effetto, non ſolo come quelli, che procurano il ſervitio del Sereniſſimo noſtro, ma anco come molro deſideroſi dell' honore, & utile di quella: perchè ſervendo ad un tanro Rè, & in una tanta cauſa, può aſpettarne gran premio: oltra che noi non mancaremo del debito noſtro, e ſecondo che meritano l'eſimie virtù di quella, alla quale non faremo hora lettera più longa, riportandoci del tutto all' Exhibitore preſente, il quale le mandiamo a poſta, come perſona a noi cariſſima, e come quello, che è bene, & a pieno informato dell'animo, e deſiderio noſtro, e d'ogni coſa pertinente a queſto affare. Per tanto V. S. ſarà conteuta dare a lui la medeſima fede, e credenza, che darebbe a noi ſteſſi, & a lei molto ci raccomandiamo. In Roma alli 16. di Decembre 1531.

Excellenriae Veſtrae
Uti Frater Nic. Epiſcopus Vurgarnier
Sereniſs. Regis Angliae Orator.
Uti Frater Fr. Brig. Galaly
Sereniſs. Regis Angliae Orator.

ctrina opinio. Obiit an. 1539. unico relicto magnae ſpei filio, tumulatuſque fuit in patrio Dominicanorum templo.

In inſtituendo docendoque prudentiſſimus fuiſſe quoque putatur Franciſcus Boezza Cordubenſis, qui prodierat e Decii ſchola, cujuſque vitam litteris mandavit. Dum apud nos juvenis juris prudentiae ſtuduit, tanta intemperantia, & tam ad rixas concitus fuiſſe traditur, ut de illo ab Academia movendo cogitaverint Gymnaſiarchae. Poſtea cum ſe ſe ad bonam frugem revocaſſet, nihil non egit, ut praeteritae aetatis errores corrigeret, & quia ingenio valebat, clarius explenduit, quam generoſi condiſcipuli animo aequo ferre poſſent. Ipſe quoque inter Conſiſtoriales Advocatos cooptatus fuit, et majora cum aut ſperaret, aut cogitaret a Romanis Pontificibus, e vita exceſſit.

Sed domum redeamus, id eſt ad noſtros revertamur. Perpauci iis temporibus fuere Piſani, qui Academiae operam locaverint. Non veriſimile ſolum, ſed etiam verum nonnulli eſſe arbitrantur, perinde utcumque temperatus ſit aer, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, animum, corpus, actionemque cujuſque vitae fingi. Profecto videre licet acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer ſit tenuis ac purus, quam illorum quibus craſſus offunditur. Quorſum haec ſpectat oratio? Ut non temere credatur, quamvis pingue Piſis et concretum iis praeſertim temporibus fuerit caelum, non tuliſſe hanc civitatem viciuumque agrum homines in omni arte ac doctrina ſummos, et ſi temporibus iis, de quibus ſcribimus, magna erat horum inopia, id tribuere praeſertim debemus calamitatibus, quibus ipſa civitas pro odio, quod habebant in illam Florentini, oppreſſa erat. Nihilo tamen minus Benedictum Maſtianum habemus, quem debitis laudibus proſequamur. Nam cum is ab an. 1519. ad annum uſque 1535. in patria et jus docuiſſet, et exercuiſſet etiam civitatis, ut loquebantur, Advocatus, decus non mediocre addidiſſe videtur familiae multis nominibus clarae. Inter Piſanos Doctores praeter Lanthem, Vannium, Ponium, alioſque, de quibus mentionem fecimus, memoratur etiam Joannes Sancaſſianus, qui quanti fuerit

// an relinquendum sine aliqua modificatione?

Digitized by Google

& quantum profuerit minime compertum habemus. Neque aliter dicam de Franciſco Tinghio Piſtorienſi, de Angelo Narnienſi, de Carolo Aretino, ceteriſque, qui Piſis juris prudentiam uſque ad an. 1525. vel paullo amplius docuere, quo tempore peſtilentiae, bellorum, aliarumque publicarum calamitatum cauſſa Academia, quae per decennium & amplius floruerat, iterum occaſum ſuum vidit. Quemadmodum in exercitu ſunt gregarii milites, ita in Academiis neceſſe eſt eſſe Doctores, qui licet minime clamores excitent, moveantque plauſus, quia tamen omnis officii diligentiſſimi ſunt, non mediocrem afferunt diſcipulis utilitatem. Horum in numero habebuntur Paullus Floravantius, Sebaſtianus Arrighius Piſtorienſes, Joannes Grifius origine Piſanus, Angelus Volaterranus, Octavianus Mediolanenſis, & Raphael Gadiſcus Cremonenſis, de quo tamen licet majus aliquod ſuſpicari. Ariſius enim reponit illum in numero illuſtrium Cauſſidicorum (1) neque ſane rudis fuit in interpretandis legibus, ut ex illius Commentariis *in Rubr. & l. I. ff. de ſolut. &c. in l. Haec verba ff. de Legatis & Fideicommiſſis primo, in l. Si quis pro eo ff. de Fidejuſſ.* cognoſci poteſt. Ipſe & Bononiae docuiſſe videtur juris prudentiam, & vices Piſani Archiepiſcopi geſſit in gubernanda Dioeceſi.

Fuere quoque extremis hiſce Academiae temporibus Romanarum legum interpretes Galeotius Giugnius, & Nicolaus de Nobilibus Florentini, quorum doctrinam multorum teſtimoniis cognitam habemus. Hi & omni civium munere functi ſunt, cum nobiliſſimis orti eſſent familiis, & Giugnius acutum, & prorſus eximium ingenium non forenſibus ſolum cancellis circumſcripſit, ſed etiam tranſtulit ad alias artes, neque poeticae ſuavitatis expers fuiſſe videtur. Inter cetera illius carmina memoratur panegyricus Lucae Guarici Neapolitani mathematicorum ſuae aetatis facile principis.

Re-

(1) Syllab. de Cauſidicis Cremonenſ. pag. 23.

Reſtat ut de Marco Antonio Bellarmato filio Hippolyti Senenſis, qui capitis an. 1528. condemnatus fuit, dicamus. Minime ambigit Fabbruccius docuiſſe illum in patria juris prudentiam, docuiſſe quoque Piſis ſemel iterumque, & dum Academia ad interitum vergebat, & cum renovata fuit a Coſmo Florentinorum Duce hujus nominis primo. Fratrem habuit Hieronymum, qui matheſi & coſmographia claruit, cujuſque opera plurimum uſus eſt Franciſcus I. Gallorum Rex, ad quem exul a patria confugit. Ipſe vero a juris prudentia laudem haud mediocrem reportavit, eique tantum tribuit Panzirolius, ut etiamſi hac ſcientia juris caruiſſet, famam eruditiſſimi hominis illum ſuſtinere potuiſſe putaverit. Ait enim in omni diſciplinarum genere fuiſſe verſatum, & comoediam etiam elegantem compoſuiſſe. Errat ille ſane affirmans eumdem Senis an. 1540. occubuiſſe, cum longius vitam protraxiſſe conſtet. Teſtis eſt Jo. Antonius Peccius rerum Senenſium diligentiſſimus ſcriptor Bellarmatum confeciſſe hiſtoriam patriae ab illius origine ad totum usque ſaeculum XV., quae plurimum illi profuit ad illuſtrandam memoriam laudum domeſticarum, & nobilitatem ſuam. Sed Juriſconſultum hoc loco quaerimus, et ex Bellarmati ſcriptis, (1), quae ſunt in manibus hominum, intelligi poteſt fuiſſe illum acutum, & ad legum vim declarandam, et ad fontes difficiliorum diſputationum, quae jure civili continentur, aperiendos idoneum. Sed de Juriſconſultis fatis, in quibus commemorandis ſi quis hanc mihi impoſuiſſet legem, ut eos a mortuis tantummodo excitarem, per quos juris ſcientia fuerit illuſtrata atque ornata, & qui vere illius antiſtites dici potuerint, non Academiae, ſed juris prudentiae hiſtoriam viderer ſcribere.

N n

(1) Super II. Infortiati, de legatis: Senis 1537. Patavii 1552. & Venet. in 8. In Rubricam & legem I. Digeſtor. de legatis primo. Patavii 1552. in 8. Super I. Digeſt. Veter. De officio ejus cui mandata eſt juriſdictio. Patavii 1571. in 8.

Super titulum Digeſt. de acquirenda poſſeſſione Commentaria, Patavii 1571.

Digitized by Google

CAPUT VII.

De Phyſicae Magiſtris.

Recte quidem a Cicerone dictum videtur, perpaucis Deos veram philoſophandi artem dediſſe. Ille Peripateticorum Princeps Ariſtoteles, qui ſane ingenio & diligentia praeſtitit, ut nemo illo doctior, nemo acutior, nemo in rebus vel inveniendis, vel judicandis acrior, ut & in exponendis nervoſior fuerit, etſi plurima philoſophiae ornamenta atque adjumenta ſubminiſtravit, ita tamen tranſverſos egit conſequentium aetatum philoſophos, cum is unus, vel ut verius dicam, qui illum interpretati ſunt, per plura ſaecula in ſcholis dominati fuiſſet, ut nihil minus velle viderentur, quam veritatem invenire. Ii enim contentionis unice cupidi digladiabantur inter ſe aut de rebus inaniſſimis, aut de iis, quas ne ipſi quidem intelligebant, cumque ſe ſe medias in tempeſtates, meraſque in tenebras conjicerent, quaeſtiones ex quaeſtionibus ſerebant, quae in jurgia plerumque erumpebant, totque pugnantes inter ſe Graecorum, Arabum, & Latinorum tum veterum, tum recentiorum interpretationes efferebant, ut tota philoſophandi ars, foecunda illa quidem & uber, ad litigandi exercitationem revocata fuiſſe videretur. Senſerunt doluerunique id malum Coſmus & Laurentius Medicei, qui cum audiiſſent Platonem perfectiſſimam diſciplinam reliquiſse, sic ut philoſophorum Deus vocaretur, magnamque ejus olim fuiſſe admirabilitatem, & priſcos Eccleſiae Patres propemodum omnes ejus ſententiis Chriſtianorum doctrinam condiviſſe, ex ſuperiorum temporum caligine & tenebris poſſe tandem homines ad adſpiciendam ve-

ritatis lucem revocari judicarunt, ſi per ſe alioſque cordatos viros, quos in ſinu complexuque familiae alebant, Platonicorum philoſophia & commendaretur, & illuſtraretur. Magnum quidem laudandarum artium procreatrix & quaſi parens ab iis accepit beneficium, cum Platonicam Academiam omnium primam inſtituiſſent. Tum enim excuti coepit ſervile Scholaſticorum jugum, plurimique extiterunt animi & virtutis optimarumque legum tum ad privatam vitam, tum ad rempublicam regendam praeclari magiſtri. Verum & haec quoque philoſophandi ratio plures peperit adverſarios atque propugnatores. Ajebant enim hi, cum certi aliquid quaererent, nihil ſe reperire, cui poſſet animus inſiſtere, non fixa aliqua & rata principia, non aptam ex iis conſertamque, ac cohaerentem diſciplinam; acuta omnia, omnia ſubtiliter & eleganter tractata, ſed diſputata in utramque partem, adeo ut, perlectis Platonis, Platonicorumque libris, de rerum veritate incertiores eſſent multo quam dudum. Miror equidem, cum tantum tribuiſſet Plato geometriae, ut in hac quoque ſe contriverit, nobiliſſimae facultatis, qua nihil magis potis eſt ad veritatem inveniendam, ſtudium cum Platonica philoſophia minime revixiſſe. Haec Florentiae magis, quam Piſis exculta eſt. Cum enim praeſertim huc vocarentur exteri magiſtri, qui famam jam doctrinae in aliis Academiis collegerant, hi plerumque uni addicti & quaſi conſecrati erant Ariſtoteli, & miraberis ſane perpaucos iis temporibus extitiſſe, qui ipſum noſcerent niſi per interpretem, quique Graecae linguae notitia exquirerent, num vere tanto viro tribuenda eſſent, quae Arabes & Scholaſtici, abutentes ad omnia illius nomine, excogitaverant, atque impudentiſſime venditabant (1).

Nn 2

(1) *Id malum reſpicientes Praefecti Academiae an. 1499. dum haec erat Florentiae, decreverunt*: Quod quicumque hactenus fuerunt, & erunt in futurum conducti ad legendum lecturam ordinariam philoſophiae, teneantur & debeant legere & interpretari textum librorum Ariſtotelis, non autem com-

Adeo praejudicata opinio poterat, ut illud certum, comprehenſum, perceptum, ratum, firmum, fixum eſſe putaretur, cujus auctoritas ab Ariſtotele ſumebatur. Serius omnino gradus jactus eſt ad veram tenendam philoſophiam (de illa praeſertim loquor, cui propoſita eſt naturae contemplatio) & quamvis Baco a Verulamio, & Renatus Carteſius bene ac ſapienter docuerint homines qua ratione agrum incultum & derelictum colere poſſent, ille tamen nihil per ſe fecit, hic infidus deſertor praeceptorum ſuorum explicavit & excuſſit miram intelligentiam ſuam, ut ſomnia (exiſtimavit fortaſſe niſi mirabilium rerum lenocinio deduci homines non poſſe a Scholaſticorum tyrannide) in quibus nulla erat veri nota, venditaret. Nihilo tamen minus illius doctrinae fama magna illico ſurrexit, cujus novitate multi allecti, futurum augurabantur, ut omnino dereretur Ariſtoteles, ſoluſque regnaret Carteſius, iique praeſertim, qui diſcordiae Peripateticorum pertaeſi, plana, facili & expedita via (ſimpliciſſima enim & omnino pauciſſima poſita principia iis videbantur) ad rerum cauſſas penetrare ſe poſſe ſperabant. Nec multo poſt tamen intellectum minime de gradu ſuo dejectos eſſe Peripateticos, & adverſus Carteſium conſurrexerunt viri pereruditi, ac Gaſſendus in primis, qui et Carteſii ipſius oppugnaret diſciplinam, & Epicuri ſectam, vulgo licet odioſam & impietatis ſuſpectam, feliciter renovaret. Perpauci apud nos fuere, qui Carteſii dogmata ſequerentur, multi qui Gaſſendi, inertia ſane quadam ac deſidia, ne dicam nequitia, cum jam Galileus noſter exemplo ſuo, praeceptis ac ſcriptis jam illis monſtraſſet viam, qua ad veritatem tuto pervenire potuiſſent. In ea tandem devenimus tempora, quibus exſibilatur & ex-

---

mentaria ſuper libris praedictis ad verbum exponere, verum ipſa commentaria poſt expoſitionem dicti textus effectuatam recitare poſſint ad intelligentiam & expoſitionem dicti textus, & ita obſervare teneantur ſub poena amiſſionis ſalarii pro rata temporis, quo praedicta non obſervarent.

ploditur ſi quis ſe paullo moveat extra ſepta, quae poſuerunt Galileus & Newtonus, nobiſque licet in hoc gloriari, talibus doctrinis excoli adoleſcentium animos, ut nihil de arte docendi phyſica & mathematica celeberrimis Academiis concedamus. Sed antequam ad haec felicia tempora veniamus, multi a nobis recenſendi erunt magiſtri, qui interdum magna mercede nihil ſapere docuerunt, quos cum laudavero, mementote concedendum aliquid temporibus, majorumque inſtitutionibus, apud quos multa erant decora & glorioſa, quae a nobis levia putantur.

memento

Ex quo primum tempore Laurentius Mediceus de renovanda Academia cogitavit, ut philoſophiae conſuleret, ſtatim conjecit oculos in Nicolaum Tignoſium Jacobi Fulginatis eximia virtute & doctrina viri filium. Ipſe tum publice medicinam Florentiae docebat, quam antea tanta cum felicitate Aretii exercuerat, ut publico decreto ejusdem civitatis jure donatus fuerit. Adoleſcens logicam profeſſus erat in Bononienſi Lyceo, a quo, hortantibus amicis, diſceſſit, ut ea in provincia maneret, in qua tabernaculum ipſa philoſophia poſuiſſe videbatur. Hujus enim ſtudio mirifice vel a pueritia deditus fuerat, & quamvis Ariſtoteliam philoſophiam praeſertim ſequebatur, non peregrinus tamen & hoſpes erat in Platonica, ut iis, qui utramque adamabant, omnino ſatisfacere potuiſſet. Audivit illum Marſilius Ficinius, ſaepe conſuluit de graviſſimis quaeſtionibus Laurentius Mediceus, a quo cum ſuas laudes Tignoſius auſcultaret praedicari, nunquam aliud dixit, *quam ſe in ea re maximas Deo gratias agere atque habere, quod cum Academiam Piſanam recreare conſtituiſſet, ſe potiſſimum, quamvis aetate decrepitum, decem eſſe voluiſſet eorum, qui philoſophiae eſſent militaturi*. Pro quo beneficio ut gratus ab omnibus cognoſceretur, cum donatus fuiſſet a Statio Bondutio Octavante Latina quadam interpretatione librorum Ariſtotelis *de anima*, hanc a ſe commentariis illuſtratam in vulgus edere, & amantiſſimo Patrono ſuo nuncupare deliberaverat. Sed id ne faceret impedivit mors, et quae paraverat ſerius omnino edita fuerunt, juſſu ſcilicet Co-

ſmi I. Etruriae Ducis, qui in maximis imperii ſui curis aliquid etiam impertiebat temporis hujuſmodi cogitationibus. In eo profecto erravit Tignoſius, quod gratulans Moecenati ſuo de renovata Academia Piſana, ait hanc centum & triginta poſt annos, ex quibus ferme deleta cum civitate fuerat, tandem reviviſcere. Tempora enim illa, unde repetit initium calamitatum Academiae, huic erant feliciſſima, cum Bartolo, Baldo, Joanne Andreae, Franciſco Tigrinio, aliiſque docentibus, eorum vocibus ornaretur, & ſumma diſcipulorum frequentia celebraretur. Tignoſius autem cum explevisset nondum biennium muneris ſui, Piſis mortuus eſt, monumentumque habuit a filii pietate in vicino urbi Coenobio, quod incolunt Franciſcani homines, quodque S. Crucis dicitur, in quo hoc ſcriptum eſt elogium.

D. Nicolao Tignoſio Fulginati medico inſigni, omniumque ſui temporis philoſophorum inter clariores enumerando, ac multorum Ariſtotelis librorum Commentatori acutiſſimo, Cyrus Marius pientiſſimus filius patri optimo, & ſuis miris virtutibus civitate Arretina donato poſuit. Vix. an. LXXII menſ. V. D. XV. Deceſſit cum Piſis legeret XVIII. Kal. Octob. MCCCCLXXIV. H. M. H. N. S.

Eodem tempore quo Tignoſius ad philoſophiam docendam vocatus eſt, acciverunt Florentini Patres Dominicum Jo. F. a provincia, in qua ortum habuit, de Flandria nuncupatum. Is ab ineunte adoleſcentia, cum in Italiam veniſſet, nomen dedit Dominicanorum familiae, tantoſque progreſſus in ſtudiis philoſophiae & theologiae facere potuit, ut cum has diſciplinas ſuos privatim Florentiae docere coepiſſet, magna de illo ſtatim fama ſurrexerit. In logica praeſertim ac metaphyſica nemo illi par ponebatur, & cum neſcio quid invidiolae inter ipſum & Argyropilum Graecum hominem & in Peripateticorum philoſophia exercitatiſſimum exortum fuiſſet, res ad certamen, honeſtum illud quidem & ſplendidum, deducta eſt, in quo centum uſque argumenta ab adverſario objecta feliciſſime Dominicum ſolviſſe Hiſtorici narrant. Addunt etiam hunc e pugna diſcedentem illud dixiſſe: *ſi aliud oenophorum* (unum enim biberat ante illam) *bibiſſem, totam*

Digitized by Google

Graecorum nationem viciſſem. Illo tempore plura jam emiſerat, ex quibus de illius doctrina judicari poterat, quae paſſim ad bibliothecarum ornamentum & ad philoſophiae ſtudioſorum utilitatem exſcribebantur, quod iis nihil ſubtilius & copioſius fieri poſſe judicabatur ad interpretandum illuſtrandumque illum quaſi Philoſophorum Deum Ariſtotelem (1). Quare minime eſt mirandum ſi diſcedentem ex Academia, biennio ferme poſtquam in illam venerat, non ſolum cum gratiſſimis animis, ſed etiam cum lacrimis diſcipuli proſecuti ſunt. Horum litterae ad ipſius Academiae Praefectos (2) ſatis declarant quam mul-

---

(1) *En eorum index*.

In XII libros metaphyſicae Ariſtotelis ſecundum expoſitionem Angelici Doctoris lucidiſſimae atque utiliſſimae quaeſtiones. *Tertio uſque typis impreſſae fuere*.

Quaeſtiones XXXXIX. in librum I. Poſteriorum, XX. in II. XXIII. in elenchos, ſeu in opuſculum S. Thomae de fallaciis. *Typis impreſſae fuerunt Venetiis 1496. & 1565. apud Junctas*.

Quaeſtiones & annotationes in III libros de anima. *Prodierunt cum commentariis S. Thomae in eoſdem libros: Venetiis apud Octavianum Scotum an. 1503. in fol., iterumque an. 1518. apud Ant. Junctam procurante Bartholomaeo Spina Piſano ejuſdem Praedicatorum ordinis, cujus magnum erat iis temporibus nomen*.

Quaeſtiones Quod liberales: Venetiis 1500.

Commentaria in librum de cauſis Proculi, in VIII. libros phyſicorum, IV. de caelo & mundo, II. de generatione & corruptione, & in parva naturalia.

Summulae. *Manu ſcriptae extant in coenobio S. Mariae Novellae*.

De ordine Divinarum Perſonarum Tractatus MSS.

(2) Miramur ſummopere, Magnifici Domini, cum ſciamus vos hujus Studii laudem & honorem, nec non ſcholarium omnium utilitatem optare, quod

tum illi tribuerent, & quam parum Baptiſtae cuidam Januenſi, quem in illius locum ſuffecerant. Dominicus, relicta Academia noſtra, cum in Florentinum coenobium S. Mariae Novellae, quo nullum iis temporibus erat illuſtrius, tanquam in tranquillitatis portum feceiſſet, ibi peſte conſumptus eſt poſtr. id. Quint. an. 1479. Hujus rei certiſſima monumenta extant in ipſo coenobio, quae erroris convincunt eos, qui ſecus de genere, tempore & loco mortis illius tradiderunt.

Sapientius ſe ſe geſſiſſe videntur Academiae Praefecti in eligendo philoſopho, qui relictum a Tignoſio locum occuparet. Fuit hic Joannes Petrus Apollinaris, illius Apollinaris de Offridis Cremonenſis filius (1), cui ſummam celebritatem nominis peperit opus plane Ariſtotelium *de Anima*, quodque inter rariores ſaeculi XV. editos libros numeratur. Quia ſae-

---

magiſtrum Baptiſtam Januenſem in Ordinariae Philoſophiae cathedra poſueritis, magiſtrum Dominicum de Flandria dimiſeritis. Sperabamus enim non indoctiorem, ſed famoſiorem potius, vel huic aequalem in hujuſmodi lectione habere. Sed videmus jam ſpem noſtram evanuiſſe, quare rogamus D. V. quod cum hoc anno philoſophiae extraordinariae lectionem non habuerimus, nolitis anno futuro ordinaria nos carere, & ſi nullum famoſiorem & doctiorem in veſtro Dominio dare poteſtis, ſaltem ipſum dimittatis, quod ſi non fiet, & nullum alium quam magiſtrum Baptiſtam habuerimus, vos hujus Studii famam, & utilitatem ſcholarium non curare nimium cognoſcemus. Haec breviſſime nomine ſcholarium omnium philoſophiae. Piſis die 30. Maii 1474.

(1) *Ad convincendos illos, qui de hac re dubitare videntur, ſatis erunt hae ipſius ad Laurentium Mediceum litterae.* Magnifice ac potens Domine. Alla M. V. ho mandato per uno Prete Paveſe quella queſtione dove Apolinaro mio Patre prova contra Averois, che l'anima intellectiva è forma del corpo umano, & è multiplicata ſecondo la moltitudine de' corpi umani, ſecondo che per voſtre lettere mi ſcriveſti doveſſe mandare. Prego adunque la M. V. mi faza dare avviſo ſe l'avete havuta.

Papiae die 28. Martii 1474.

saepe accidere videmus, ut qua in familia laus aliqua forte floruerit, eam, qui sunt ejus stirpis, cupidissime persequantur. Joannes Petrus vel a prima adolescentia sedulam operam dedit Peripateticae philosophiae, in qua adeo profecit, ut Marsilius Ficinus singularem Peripateticum illum appellare minime dubitaverit. Docuit hanc disciplinam primum in Ticinensi Gymnasio, a quo ad hoc noſtrum vocatus est autumno an. 1474. cum stipendio Florenorum duodecim supra quadringentos. Plures illius apud nos extant litterae ad Florentinos Patres, quibus illos vehementer rogat, ut ultra biennium se opera sua usuros fidem obligent, quod ipsis se plane satisfacıurum, multosque secum ducturum discipulos confidebat. Quod et praestitit pro ea, qua pollebat scientia atque virtute. Cum jam ejus vitae ratio, spes omnis, omnisque cogitatio ex Laurentii Medicei voluntate penderet, tamdiu in Etruria et in Academia, quamvis in hac obtrectatores impudentissimos nactus fuerit, se manſurum ajebat, quoad illi libuisset; mansisse autem videtur usque ad vitae suae exitum, qui accidit XIV. Kal. Maias an. 1481. (1). Prorsus inexplebilis cupiditas erat in eo quotidie magis in studiis philosophiae proficiendi, qua ex re fiebat, ut parum valetudini, quae semper infirma in illo fuit (phthisi enim, ex qua obiit (2), laborabat) consuleret. Ea propter cum amice coargue-

(1) *Probat hanc rem istud Gymnasiarcharum decretum.* Certiores facti vulgatas fuisse litteras quasdam, quibus fama magistri Io. Petri Apollinaris, et carmina quaedam, quibus fama Bartholomaei Pratensis laedebatur, et cupientes obviam ire talibus contumeliis, praecipimus Lucae Antonio Cofano, alias vocato Mantuanino, & Bartholomaeo Bidello Studii, & cuidam magistro Philippo de Piscia, quod se Florentiam conferant & compareant coram ipsis Officialibus intra tres dies post has receptas. XVI. Iun. 1480. *Ceterum Apollinaris insolens infamiae, semper in laude versatus, & gloria circumſluens aegerrime tulit se calumniatores reperisse.*

(2) *Rem gratam me facturum lectoribus arbitror, si excripsero epistolam Michaelis Verinii ad Laurentium Laurentianum de Apollinaris morte.* Docti docto-

retur a Ficinio, a quo non diligebatur solum, sed etiam amabatur, haec de se a laudatissimo viro praedicari audiit. *Ac si nos amas, cura valetudinem tuam diligentissime; non enim potest his philosophia temporibus, nisi ipse valeas, bene valere*. Cum Platonicus quidam nonnulla inveheretur in Apollinarem, quod nimium Lyceo esset addictus, dixit; *hoc a Deo ſe ſemper precatum esse, ut talis libertas restitueretur philosophiae studiosis, per quam cuivis liceret, de quo vellet, impune dicere*. De hac re idcirco mentionem fecimus, quia iis temporibus raro extabat homo, qui ad quamcumque disciplinam quasi tempestate delatus esset, ed eam, tanquam ad saxum, non adhaeresceret, oppugnaretque acriter eos omnes, qui non tota sententia ſolum, sed etiam verbis a se dissentirent.

Claruit et doctrina et familiaritate, quam summam habebat cum Marsilio Ficinio pro studiorum conjunctione, Olivierus Thaddaei Arduinii medici et Equitis Florentini filius. Non adhuc laurea decoratus erat, cum an. 1474. philosophiam in hac nostra Academia docere coepit, quod est signum quantum illius ingenio et doctrinae tribueretur. Ne ob id damni aliquid et jacturae faceret, semel atque iterum decreverunt Patres. Extant et Donati Acciajolii litterae, quibus illum plurimum commendat Laurentio Mediceo, testificaturque se disputantem audivisse, et plane dignum judicasse, cui praemia liberaliora (L. enim tantummodo Floreni illi pro mercede pendebantur)

illustrabunt, si erunt docti. Ubi parenti meo denuntiatus est obitus Apollinaris summi philosophi, et celeberrimi mathematici, aegerrime tulit, nec a lacrimis abstinuit. Subito ejus mortem carmine deflevit, quoniam et praeceptor et amicus patrui mei, et tui extiterat: transcripsi versus, et ad te misi, quia illos Ugolinus (pater) ad Aretinum Franciscum Jurisconsultum praemiserat, ut in lucem proderet, sed, uti ego accepi, homo alienae laudis invidus non edidit; ne igitur vera laude fraudetur Apollinaris eosdem ut haberes cursvi, ut ejus sectatoribus exemplum praeberes. Vale. *Codex Epistolarum Michaelis Verinii, quae sane publica luce dignae essent, extat in Laurentiana Bibliotheca Plut. XXX. Cod. XXVIII.*

Digitized by Google

tribuerentur. Ex his quoque litteris cognosci potest missum aliquando fuisse eumdem Patavium et Ticinum alliciendi caussa magistros, qui in illis urbibus docebant, ad concedendum Pisas, eaque propter vitae periculum adiisse. Cum speraret meliora, menſe Decembri an. 1482. insignia illa doctrinae accepit, sed habuit a theologia, quod huic quoque facultati plurimam et sedulam operam impertierat. Id cum minime ignorarent Gymnasii Praefecti an. 1487. jusserunt illum Theologi vices gerere, cum uno eodemque tempore philosophiae scholae satisfacere deberet, neque multo post condendis Theologorum *Statutis* eumdem deſtinarunt. Sed praesertim in Platonica philosophia excellebat, in qua multos claros habuit discipulos, e quibus honori gratia nominare lubet Franciscum Cattaneum de Diacceto, et Franciscum Verinium. Nullum patiebatur esse diem, quin aut in schola, aut domi studiosos sapientiae instrueret; saepissime autem eodem die utrumque faciebat; quare minime est mirandum si nunquam dubium fuit apud Academiae Praefectos retinendi lenocinandique hominem, qui ad scholam natus institutusque videbatur, quique in excipiendis magnis laboribus, disputationibusque habendis, pugiles illos exercitatos imitabatur, qui et pugnos et plagas, et solem Olympiorum cupidi libenter ferebant. Perstitit in his exercitationibus quoad vixit; vixit autem usque ad extremum Februarii diem an. 1498. Quod ab ineunte aetate Ecclesiae militare coeperat, binas rexit paroecias, et in Florentinorum quoque Canonicorum collegium cooptatus est. Non minus ornatus erat omni virtutis genere, cumque iis temporibus plures essent, qui justitiae honestatique se servire putabant, cum facem praeferente Savonarola ad multorum ruinas, illi tanquam divino homini plaudebant, in horum quoque numero fuit Arduinius, qui quidem minime praevidebat quousque quasi morbus quidam illius sive furoris, sive imprudentiae esset pervasurus. Narratur plura illum reliquisse philosophica scripta, quae latebunt in bibliothecis, dum honos erit recentiorum philosophiae.

Cum primum Arduinius ad Academiam venit competitorem na-

Digitized by Google

ctus est Baptistam Signorium Augustinianum hominem, de quo supra mentionem fecimus, qui licet se insinuaverat in antiquam philosophiam (1) collegae tamen suo de doctrina concedebat. Is postquam quadriennium operam suam Academiae praestitit, ab an. scilicet 1474. ad annum usque 1478., abeundi ab ipsa veniam obtinuit, quod aegre tulerunt Gymnasiarchae, quia multo maiorem opinionem doctrinae arte quadam fecerat, quam quanta in eo facultas erat. Itaque de eo recuperando saepius actum, quod tamen obtineri minime potuit.

Multa sane et prorsus mirabilia illius aetatis homines praedicabant de studio et scientia tum in philosophicis, tum in medicis rebus Berardi Tornii Florentini, qui diuturnam et utilem operam praebuit Academiae. Nam is postquam per triennium, ab anno scilicet 1475. ad annum usque 1478. in philosophiae castris versatus est (2) per vi-

---

(1) *De eo haec scripsit Franciscus Maximus Academiae Rector ad Laurentium Mediceum, litteris datis XXIII. maii an 1474.* L'apportatore di questa sarà un Maestro Batista da Genova, el quale, secondo che intendo, fu conducto a legger quì teologia dalla M. V. Parmi avere inteso che per lo proximo anno le MM. VV. se sono proviste di altri a quella medesima lectione. Lui non fa molto caso di questa lectione, perchè in quella facoltà ci è pochi scolari, nè si può esercitare in disputare, et essendo lui apud doctos doctissimus in filosofia se raccomanda alle M. V., et ancora io ve lo raccomando che vi piaccia, essendoci un luogo in filosofia, ordinare di condurlo, perchè in vero secondo la comune opinione di tutti exercitanti tal facoltà è reputato doctissimo.

(2) *Vel ante hoc tempus, quamvis de illo sileat Doctorum album, Tornius destinatus fuisse Logicae cathedrae videtur, ut ex ipsius litteris ad Praefectos cognosci potest.* Essendo a me pel passato notissimo l'humanità delle VV. MM., considerando che al presente m'è necessario chiedere cosa, che sia a me utilissima, e allo Studio non nociva, ma più tosto proficua, con ardire mi son mosso a pregare V. S. che, benchè per quest'anno me avessino concesso di leggere dialetica extraordinaria, mi concediate possa finire il mio studio in medicina, acciò che poi libero senz'altra cura, possa a paragone di chiunque piace a V. S. servire in logica. Questo, ut dixi, a me giova assai, e allo Studio non nuoce, perchè in vero vi è sofficienti persone ....,

ginti ferme annos medicinae studiosis consulit omnis officii diligentissimus (1). Is quoque unus ex omnibus aptissimus esse videbatur ad languentes labentesque discipulos ad decus excitandos, aut ab errore deducendos, aut amore doctrinarum inflammandos. Et miror equidem hominem his virtutibus praeditum adeo indulsisse vel irae, vel invidiae in Apollinarem, ut malevolentiae culpa minime caruerit. Pro quo ne illius dignitati labes aliqua aspergeretur, juſsus est ab Academiae Praefectis veniam errati petere, et in veterem gratiam cum Apollinari ipso redire. Ad physicam illustrandam edidit Venetiis an. 1494. *Adnotationes* in ea, quae *de motu locali* Hentisberius tradiderat, quarum *Adnotationum* meminit in *Bibliotheca* ſua Georgius Mathias Konigius. Sed Tornius praesertim medicinam excoluit, quam tantum honoris, gratiae atque dignitatis afferre ipsam profitentibus, edito scripto quodam, affirma-

---

Commetto me ed ogni mia cosa nelle braccia delle MM. VV. Ex Pisis 2. Novemb. 1474.

(1) *Nihil est honorificentius litteris, quas de illo dederunt ad Praefectos Academiae huius discipuli*. Consueverunt, Officiales praeclarissimi, & prisci temporis sapientes illi viri et nostrae tempestatis non rudes homines si quem & idoneum virum & perutilem nacti fuerint, eum mature amplecti, constanter retinere, et obnixe penitus operam dare, ut eo ipso toto animo fruerentur. Id nobis usuvenire de Bernardo Tornio Florentino profitemur. Is enim & dialecticis et philosophicis disciplinis, simul et artis medicae eruditissimus tam magnum tradit nobis doctrinae fructum, tum in schola, tum domi legens, quod nemo possit facile litteris explicare. Hujusmodi est vir ille praeclarus, ut nunquam a docendi officio absit; cum vero docendi labore careat, coronis disserentium frequenter assistit: ubi ubi sit, semper aut dialecticae aenigmata sciscitantibus enodat, aut philosophiae secreta profert, aut artis medicae intima manifestat, mirum profecto hominem juvenem tanta disciplinae copia refertum, qui cum nobis ita frugi, ita et sit charus, ut nihil supra, & huic inclito Gymnasio maximo sit ornamento, vos, vestrumque dignissimum Officium oramus, obsecramus, obtestamur denique, ut eum tum nobis, tum inclito vestro Gymnasio servetis, quod non arduum, neque difficile

Digitized by Google

vit, ut vel ipsi juris prudentiae esset anteponenda (1). Facile est conjicere quo animo haec acceperint Jurisconsulti, qui se non privatorum modo negotiorum, sed Reipublicae, omnisque publici consilii rectores auctoresque esse habendos praedicabant, quasi ipsum, quod erat scientiae proprium, non partum, sed divinitus ad eos delatum esset judicandam. Sed Tornius non tam commendari artem suam, quam confutari sententiam voluit Colucii Pieri Salutati, qui prae juris prudentia visus fuerat irridere medicinam. Ipse quidem ob hujus facultatis docendae & exercendae peritiam magno erat apud omnes in honore, & carissimus erat Laurentio Mediceo, ut ex iis intelligi potest, quae scripsit ad illius filium Joannem Cardinalem, cum huic nuncupasset opuscula *de cibis Quadragesimalibus* (2), *& de valetudine curanda*, quae extant in Laurentiana Bibliotheca. Illius aetatis quae medicina esset, ex his scriptis intelligi potest. Multa enim sunt in iis levia prorsus & inania, quae declarant quam facile sibi verba dari paterentur ho-

---

factu erit, si eum mercede, ut suae merentur virtutes, augebitis. Valeatis. Pisis v. Kal. Aprilis 1477.

Vestri devoti clientes &
Scholares
incliti vestri Gymnasii.

(1) *Hujus Tornii scripti mentionem fecit Tiraquellus*, Tractat. de nobilitate cap. 31. n. 360.

(2) *Hoc opus appellat primitias laborum suorum. Ordine, ut ajunt, alphabetico enumerat cibos, quibus uti solemus esurialibus feriis, deque iis sic judicat, ut intelligi possit qui sint calidi, quid frigidi, qui humiditatem afferant, qui siccitatem, qui denique salubres sint, qui insalubres. Diligens est in referendis veterum medicorum sententiis. Liber scriptus est Pisis* x. Kal. *Aprilis* 1490. *et Auctor ait in Praefatione Laurentium Mediceum fuisse sibi principem ad ingrediendam medicorum studiorum rationem. Illud aliud opus* de valetudine curanda, *eadem ferme tractat, sed paullo uberius, et in principio habet* complexionis naturalis signa, *deinde* canones de conservanda sanitate, *deinde* explicationem *naturae catum rerum, quibus tum in potu, tum in cibo uti solemus.*

mines, et quantum tribuerent veterum medicorum judiciis atque sententiis, quibus tota ferme illa componuntur. Nihilo tamen minus Tornius non solum nostratibus, ſed et abſentibus notus erat, atque cum tentaretur a nonnullis de deserenda Academia Piſana, promissis et praemiis Florentini Patres in proposito eumdem confirmarunt manendi in illa, dum vita suppeteret (1). Hujus extremum diem morte conſecit eo tempore, quo Prati docebat, eaque in urbe apud Dominicanos homines monumentum habuit a fratris caritate, in quo hoc scriptum est elogium.

Bernardo Tornio Florentino Artium et Medicinae Professori ac Comiti, cuique Patria multorum Civium salutem debet. Sepul. posuit Hieronymus Frater. In lucem venit XXVI. Novembris MCCCCLII. ob. autem XIX. Aprilis MCCCCLXXXXVII.

Relictum a Tornio locum in phyſicae schola occupavit Christophorus Francuccius Aretinus, de quo eo loci dicemus, quo de Medicis dicendum erit. Huic autem an. 1479. successit Joannes Venetus, et alius quoque de eo dicendi locus erit. Post hos fuere ejusdem disciplinae doctores Philippus Cennius, et Marsilius Rosatus, et Lucas Antonius Coſanus, qui licet scripta, ex quibus de iis judicium fieri possit, nulla reliquerunt, garrulam tamen illorum disciplinam fuisse in illa philosophiae infantia suspicari possumus. Multi alii horum similes fuere, quorum memoria (quod necesse fuit accidere hominibus veritatis expertibus) brevi evanuit.

Omnia, quae in media philosophia ac theologia retrusa & abdita

(1) Egregie artium et medicinae Doctor. Noi abbiamo inteso, che voi tenete pratica di condurvi altrove, et benchè non ci paia verisimile, si perchè ci siete obbligato, sì perchè avendo fatto honore a voi, ed accrescendo successivamente et di utile e di honore, crediamo non tractaresti tal cosa senza nostra saputa, Non di meno ci sarebbe gratissimo intendere per vostre lettere se è vero o no, et maxime chi mena tal pratica, e fatelo, se fate stima dell' Officio nostro. Valete 26. Aprile 1480.

sunt, tenere, nec summam solum prudentiam, sed etiam vim dicendi habere putabatur Augustinianus homo Placentiae natus Nicolaus Barianus, qui eo tempore, quo philosophiae schola ei commissa fuit, privatim suos Pisis erudiebat in rerum divinarum scientia (1). Scriptor praestans tum in defendenda veritate, tum in notandis corrigendisque deerrantium vitiis, et in instituendo docendoque prudentissimus plura emisit, quae ad existimationem hominum dimanarunt. Ex his commemorantur orationes ad populum esurialibus feriis habitae, quas Herculi Atestino Ferrariensium Principi nuncupavit, et in quibus saluberrima ad vitam moderandam praecepta continentur, elogia quoque Sanctorum multa, quibus *Agiologorum* titulum fecit. Scripsit etiam libellum *de Montibus Impietatis* ad Georgium Cardinalem Albanensem Episcopum (2), quo usuras mensarum, quae speciem pietatis offerunt, et ab

---

(1) *Ut suffragio suo confirmaret decretum Praefectorum Academiae, qui praeerat universae Augustinianorum familiae Ambrosius Cora, has ad eum litteras ipsi dederunt.* Reverendissime Pater. Ingenui mores et bona doctrina venerabilis Patris magistri Nicolai Bariani Regentis Gymnasii Conventus S. Nicolae urbis Pisarum fama intellecta et cognita effecerunt, ut ipsum ad lecturam quamdam philosophiae in Studio Pisano conduceremus, eumque amemus et charum habeamus. Is sine vestro suffragio qua via voluntati nostrae satisfacere possit non videt, nisi provideatur aliter, rogatque ut pauca haec Reverendissimae Paternitati vestrae scribere non gravemur. Itaque a vobis petimus, ut eumdem magistrum Nicolaum confirmare dignemini in eodem regimine, quo hactenus fuit, ac jubere, ut Fratres dicti Conventus S. Nicolae ipsum Barianum humaniter et bene tractent in omnibus, quo facilius et attentius vacare studio Lecturae sibi a nobis injunctae queat.

Florentiae XIII. Maii 1482.

(2) *Quamvis nuncupatoria epistola habeat annum 1494., opus tamen biennio post impressum fuit, et adversus illud statim calamum sumpsit Bernardinus Bustius Mediolanensis, editique librum, quem inscripsit,* Defensorium Montis Pietatis. *De eo vide Mazzuchellium, Mansium* in additionibus ad Biblioth. med. et inf. Latinitatis, *atque Saxium* Hist. Typograph. Lit. Mediolanens. *quam praeposuit* Biblioth. Script. Mediolanensium.

Digitized by Google

ea nomen accipiunt, graviter coarguit; nec non opuſculum alind inſcriptum *Cauſa Vitaliana, ſeu de praecedentia Eremitarum ac Minorum*, quod Cremonenſibus typis an. 1500. vulgavit, et Raphaeli Riario Cardinali dicavit. In defendenda Auguſtinianorum ſuorum dignitate non modo rationibus, ſed etiam auctoritatibus pugnavit, cum habuiſſet ſententiae suae comprobatores laudatoreſque iuriſconſultorum nobiliſſimos, Decium, Sandeum, et Maynum. Quod ad philoſophica vero ſpectat, quae per biennium apud nos docuit, nil emiſit aliud praeter quam *Commentaria super logicam Pauli Veneti*, quibus multa complexus eſt, quae habent acumen, nonnulla etiam, quae videntur eſſe minus neceſſaria.

Hoc eodem tempore physica apud nos interpretatus eſt cum ſtipendio Florenorum CCLX., quae satis magna merces pro philoſopho putabatur, Antonius Cittadinius Faventiae nobili genere natus. Illum sane de nomine ac dignitate Academiae bene meritum eſſe existimare debemus, quod praestabat omnibus acumine atque doctrina. Quare cum frustra Praefecti laborassent de illo ultra biennium retinendo, de eodem revocando diligentiſſime ſane egerunt, et cum ſecundo an. 1487. adfuiſſet, ab ipſo contenderunt, ut fineret annuae conductionis tempus sibi prorogari. Ut turtures, sic illius aetatis magistri, cursu et peregrinatione laetabantur. Et Cittadinius quidem non celebriora modo Italiae Gymnasia peragravit, sed et Parisiis maxima in laude fuit, ubi *magni Itali* nomine appellabatur. Porro sic tenebat omnes philosophiae partes, et in docendo edisserendoque tam subtilis erat, ut nemo illi par poneretur (1). Minime quoque hospes erat in theologia; adeo vero

(1) *Hae Joannis Francisci Gennarii litterae ad Academiae Praefectos declarabunt quanta tum esset opinio de Cittadinii doctrina, & quantum ex ejus discessu detrimentum fecisse ipsa Academia visa fuerit, cum Sextili mense an 1487. veniam abeundi obtinuisset.* M. Domini. Tenebit vos forte admiratio, magnifici viri, cur has insolitas litteras ad Dominationes vestras nunc dede-

sapiens et eruditus medicus, ut ignoraret nihil earum rerum, quae cum a veteribus, tum a recentioribus traditae fuerant ad medicinam faciendam. Quoniam vero iis temporibus non rarum modo, ſed et prope ſingulare erat, nihil ineptiarum habere in hac arte exercenda, ad hujusmodi quoque laudem adſpiraſſe videtur Cittadinius, cum Hippocratis mi-

---

rim. Verum ut animi mei consilium plane teneatis, animorum vestrorum elementiae fretus id ipsum in medium adducam. Ego enim ab ineunte aetate Florentinos cives mira benevolentia, nec non observantia prosecutus, relicta patria, parentibus ac civibus univereis, propter meorum sententiam, ac civium consuetudinem Florentiam concessi. Quo quidem loco grammaticae artis peritiam consecutus in Pisanum hoc veetrum me contuli Gymnasium. Quod quidem hactenus floruisse videtur praestantia videlicet Perleoni ac Antonii Faventini, qui medicos omnee ac philosophoe procul dubio longe exſuperant. Verum Perleoni laudes non ipse minimus dicere tentabo, de Antonio dicam, quo quidem hie existente, exultabat omnino dialectica, philosophia gloriabatur, medicinae vero facultas & crebra disputatione, nec non assidua epeculatione vigebat. At nunc ad id devenit Gymnasium hoc vestrum, ut mihi non amplius illud idem, sed alterum judicetur, fere enim extincta est nostrae facultatie peritia, quod et ipse disputationie locus testatur, in quo quidem non medicinae amplius, philosophiaeve, aut dialecticae (ut fieri solebat) difficultates ac dubia disceptantur, sed jurgia potius inter Doctores, et ea quidem non philosophie, sed omnino digna plebeis jaciuntur. Nec jam Oliverius verbum facit ullum. Is enim Io. Rosatum concurrentem dedignatur, ut ipse dicit, vel metuens ne eum acumine ingenii & doctrina, ut verius est, aequaret, nunquam ei voluit contendere, quod nullibi consuetum andivi, praeter quam Pisis, ubi Doctores quidam adsunt, qui non utilitati, verum potius imperitiae studentium consulere videntur. Quare, ne qui locus medicinae vacuus existit, deseratur, optimum huic vestro Gymnasio remedium facturos vos censeo, si eum, quem diximus, Antonium accereieritis, qui ei ornamentum & decus singulare futurus est. Quod fiat fere omnes bonis litteris ac moribus affecti studentes expostulant. Valete.

Pisis III. non. Decemb 1488.

Digitized by Google

rifice ſtudioſus fuiſſet, cujus praeſtantiores verioreſque ſententias non ſolum explicavit, ſed etiam verſibus comprehendit, quo facilius memoria retinerentur. Id ex Marſilii Ficinii litteris intelligi poteſt, qui dedit operam, ſi modo id conſequi potuit, ut homo, qui ſcriptis ſuis Ariſtotelica illuſtraverat (1) Platonicis quoque lumen afferret. Ceterum non admodum amans Platonicorum fuiſſe videtur, cum reprehendendum ſuſcepiſſet, quanquam id fecit modeſte & amice, opus Joannis Pici Mirandulae *de Uno & Ente*. Mors impedivit Joannem, ne omnibus adverſus ſe a Cittadinio allatis reſponderet; verum Joannes Franciſcus Mirandula partes ſuſcepit patrui, idque in primis ſtuduit, ut ex illius ſcriptis defenſionem arriperet (2). Non potuit res agi moderatius,

(1) *Commemorat illa Jo. Baptiſta Caſalius Faventinus, ſummiſque laudibus effert, quaſi* nihil doctius, nihil ſcitius, nihil elimatius, *ut ipſe ait, fieri potuerit. Cum Camillus Cittadinius Faventinis typis vulgaſſet Antonii Patris libros in parvam Artem Galeni, & in aphoriſmos Hippocratis, & in libros Ariſtotelis de anima, ac in phyſica ejusdem Auſcultationes an.* 1523. *quo tempore e vivis jam exceſſerat Antonius, facile obtinuit ab Adriano VI. ut interdiceretur Typographis illos iterum imprimere per X. annorum ſpatium. Vide etiam quae de ſcriptis tum medicis, tum philoſophicis Cittadinii narrat Jo. Benedictus Mittarellius eo in opere, quod de* Litteratura Faventinorum *exaravit. Ceterum minime ſilentio praetereundum eſt, Graecos auctores, quos explicandos illuſtrandoſque ſuſcepit, non noviſſe Antonium niſi per interpretes propter ignorationem Graecae linguae, quam ipſi exprobravit ejus* Compater *Mirandula*.

(2) *Haec narrat Jo. Franciſcus in patrui vita*. Opuſculum *de Ente & Uno* decem capitibus diſtinctum abſolvit, breve quidem corpore, ſed amplum viribus, ſed altiſſimis & Philoſophorum dogmatis, et Theologicis ſenſibus undequaque reſperſum, quo ſuperius Ente non eſſe unum, ſed ſibi invicem reſpondere, aequalique eſſe ambitu oſtendit, controverſiamque ſuper ea re a Platonis Ariſtoteliſque ſectatoribus habitam recenſuit, aſſeverans, Academicos illos, qui contrarium contenderunt, verum Platonis dogma non

Digitized by Google

& illa insolentia, ac ſuperbia, quibus plerumque Peripateticorum caelebant diſputationes, tam aberat a Cittadinii moribus, ut nihil ſupra. Praeter Gymnaſium noſtrum plauſere ingenio Cittadinii Ferrarienſe, Patavinum & Bononienſe, fecitque, ut vere de illo dictum videatur a Nicolao Leoniceno, fuisse virum ſingulari doctrina, hancque omnium famam celebrasse (1).

Cum duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur; una inveniendi, altera disserendi, utramque vix attigisse videntur illius aetatis philosophi, qui quidem iisdem de rebus quasi semper dictata decantabant, neque a commentariolis suis vel latum unguem discedebant, nec suspicabantur esse artes physicae comites et adjutrices, sic ut earum subsidio ad occultissimarum rerum cognitionem perveniri possit. Pungebant quasi aculeis, interrogationibus angustis, quibus etiam qui assentiebantur, nihil commutabantur animo, et iidem discedebant, qui venerant, nec sensuum fidem cum ratione, nec rationes cum sensibus exquirebant, ut eorum alterum ab altero adju-

---

aſſequutos, ſenſumque prorſus communem inter Ariſtotelem & Platonem de Uno & Ente, ſicut de reliquis in univerſum, & ſi verba diſſiderent, demonſtraturus erat non defuiſſe: ultimo quoque operis capite totam diſputationem ad inſtitutionem vitae & morum emendationem non minus ingenioſe convertit. Adverſum quod opus Antonius Faventinus, egregius alioquin Philoſophus nonnulla quatuor epiſtolis objectamenta protulit, quarum tribus ipſe reſpondit, quartae vero, vel quia fideliter delata non fuit, vel quia ex praeſcriptis reſponderi posse putavit, vel alia quapiam de cauſa, quae juſta tamen credenda eſt, mentionem, quod ſciverim, non habuit, cui nos, poſtquam deceſſit e vita, ne falſa vel latrantibus malevolis, vel ſiniſtri aliquid credendi rudibus praeberetur occaſio, reſpondendi munus obivimus. Illudque potiſſimum curavimus, ut ex praecedentibus ipſius ſententiis, fuiſſe magna ex parte reſponſum monſtraremus.

(1) Antiſophiſta *in extremo libro*.

varetur, nihil in explicatione naturae ab antiquis, et praesertim Peripateticis relictum arbitrabantur, quasi ii, quo propius aberant ab ortu, et divina progenie, hoc melius ea, quae erant vera, vidissent; tantum vero illis tribuebatur, ut qui de eorum opinionibus aliquid detrahere, et verba, quamvis barbara, & omnis prorsus sensu carentia mutare auderet, tamquam philosophiae hostis traduceretur. Hujus gregis magistri concursabant Academias, nec dubitaverim in illorum numero ponere, ut et alios bene multos, Laurentium Coſanum, et Joannem Victorium e Prato Minoritam, quorum alter an. 1483. alter anno post extra ordinem physicam explicare coepit. Hoc intererat inter Ordinarios et Extraordinarios magistros, ut illi munus interpretandi haberent libros Aristotelis, qui inscribuntur phyſicorum, de coelo, & de anima, hi autem libros de generatione, meteorologorum, parvorum naturalium, initio ducto a libro de ſenſu, cum ad haec omnia docenda triennii ſpatium circumſcriptum eſſet. Saepe vero accidebat, ut qui operam probaſſent ſuam in exercendo Extraordinarii munere, ad honorificentius Ordinarii aſcenderent, qua re fiebat non dignitatis modo, ſed etiam mercedis acceſſio. Id cum obtinere minime potuiſſet Minorita ille, quem ſecundo loco ſupra nominavimus, Academiam reliquit, & Romae ſedem fortunarum ſuarum collocavit. Ibi qua obſequio, qua doctrinae et virtutis opinione aucupatus eſt gratiam Rothomagenſis Cardinalis, cui a confeſſionibus, & a ſacello fuit. Factum eſt etiam hujus commendatione, ut a Julio II. Apoſtolicus, ut vocant, Poenitentiarius, neque multo poſt an. ſcilicet 1504. Aquiſanus Epiſcopus crearetur. Extant Pratenſium ad eum litterae (1) officii et benevolentiae plenae, quibus illi de dignitate gratulantur, omnia pollicentur, ac monita dant, ut ſibi, ſuis, patriae & Eccleſiae adjumento eſ-

(1) *Retulit eas Fabbruccius in opusculum IX. p. 53.*

ſet atque ornamento. His monitis si aures illius patuiſſent, minime fortaſſe in illa mala incidiſſet, ob quae cedere Epiſcopatu coactus fuit. Quanquam id magis Aulicorum Neapolitani Pro-regis culpa, quam illius accidiſſe videtur, cuius rei indicium dant litterae ipſorum Pratenſium ad Soderinium Cardinalem, quibus eum vehementiſſime rogant, ut pro ſua auctoritate & aequitate ſuccurrat homini, cui per ſummam injuriam, & potentiorum libidinem omnia inimica & infeſta erant. Suſcepit quidem illius patrocinium ſummus Pontifex Leo X. a quo Thebanus Archiepiſcopus creatus eſt, aliiſque honoribus ac beneficiis auctus. His tamen diu frui illi minime licuit, cum exeunte anno 1515. vitam amiſiſſet. Monumentum Prati extat in S. Franciſci Aede, quod quia complectitur memoriam et munerum, quibus functus eſt, & benevolentiae, qua ipſum proſequebantur Prateuſes, a quibus res ſuas ſecundas ornatas, adverſas vero ſublevatas fuiſſe dicebat, hoc loco exscribere minime, pigebit.

Reverendiss. D. Fr. Joannes de Prato Ord. Minorum Convent. Doctor eximius, illustriss. D. Card. Rothomagensis Confessarius Iuliique II. Primum Aquilanus Episcopus, deinde summo cum honore, Archiepiscopus Thebanus efficitur. Anno vero Domini MDVII. die XXXI. Decemb. Pratum veniens honoribus et muneribus a suis civibus receptus est. Interim annuente Dioecesano Antistite, magna Pratensium laetitia Ecclesiam hanc MDVIII. die XV. Ianuarii Dominica secunda post Epiphaniam consecravit, et solita indulgentia ditavit.

Anno 1485. Minoritae huic collega datus eſt in Extraordinarii philoſophi munere Franciſcus Bonſantius Piſtorienſis, qui nullam aliam mercedem laboris deſideraſſe videtur praeter illam laudis et gloriae. Studiis diſcipulorum comprobatum quidem illius ingenium et opera fuit, omninoque in eius voce recinere quiddam et reſonare elegantius, quam quod ſolerent illius aetatis philoſophi, videbatur.

Excepit hunc ad medicinae cathedram an. 1487. translatum Joannes Roſatus nobili genere, claroque medico ac philoſopho Antonio Roſato Florentiae natus, qui per quadriennium ferme antea ſe exercuerat in logicae

ſchola (1). Multum is ingenio valebat, et diſputator ſubtilis, et cum aliquo etiam aculeo ſacetus erat; adeo vero Graecis doctrinis eruditus, ut facile Marſilii Ficinii diſcipulum potuiſſes agnoſcere. Cum coepiſſet an. 1497. quatuordecim poſt annos quam in philoſophiae caſtris verſatus fuerat, medicinam docere, dixiſſes hominem, qui ſecundus, aut tertius ex carceribus exierat, palmam accepiſſe. Cujus rei, etſi deeſſent teſtes, conjecturam facere liceret ex ampliſſimo, quod illi pendebatur, ſtipendio. Iſtud enim ad ML. uſque Florenos pervenit, quod in homine Florentino non modo rarum, ſed etiam ſingulare fuit. Adde quod id accidit quando ob civiles diſcordias magna rerum facta erat commutatio, ac ſe fortuna inclinaverat Academiae, cuius jam jam ſpirantis dignitatem ſuſtinere videbatur Roſatus. Non vidit hujus interitum, quanquam quadraginta quatuor continuos annos egregiam illi operam navaverit. Nemo fuit, qui in medicina facienda plurimum non tribuerit illius doctrinae et prudentiae, et licet, quod ſciam, nullam reliquerit litteram, magnum tamen fuiſſe virum facile exiſtimare debemus.

Sexennium apud nos fuit Boninſegnus Bartholomaei Boninſegnii

(1) *Dum hoc fungebatur munere Rosatus, subiit illorum temporum tristitiam, ut ex illius ad Academiae Praefectos litteris intelligi potest.*

Magnifici Domini. Credo che abbiate inteso come maestro Giovanni di Biagio di Pietra Santa hora fa un anno ferì un mio fratello di dua ferite acerbamente. Hora costui è stato quà circa otto dì, et oggi questo dì di S. Ambrogio nella scuola di S. Niccola corse armata manu per amazzarmi, la qual cosa certamente gli riusciva, se non fuggivo in campanile, perchè me ne andavo libero senz' arme, et maestro Luchino, et maestro Maschiani vi erano presenti, et certi altri scuolari. Onde per questo non leggerò la mia lectione di logica extraordinaria per infino che voi non fate qualche determinatione di questo caso. Et per certo mi pare una cosa estranea, che non l'avendo io offeso nè in fatti, nè in parole mi abbi voluto uccidere. Valete. Pisis 7. Dec. 1484.

Digitized by Google

nobilis Senenſis filius, qui binos annos in phyſica, quatuor autem in medicina docenda conſumpſit. Docuerat et antea illam priorem facultatem in patria, ad quam cum rediiſſet aeſtate an. 1493. facile obtinuit, ut tum ad tradendam, tum ad exercendam ſalutarem artem adhiberetur. Multae enim induſtriae & magni laboris illum fuiſſe accepimus.

Nullo ſane non tempore potuit Sanenſium civitas cum ceteris nobiliſſimis Etruſcorum ſe clarorum virorum copia aequare, et tum florebat adeo illorum Academia, ut nulli de gloria concederet. Multi ab illa ad nos venerunt, et quod an. 1490. ad phyſicam tradendam impetraverint Gymnaſiarchae Minoritam Garganum in illa ipſa urbe natum merito ſibi laudi ducebant. Tam praeclarum illi dederunt ſuorum judicii teſtimonium, cum eumdem Joanni Mediceo Cardinali commendaſſent, ut in probis, bene moratis et multarum litterarum, multaeque induſtriae magiſtris adnumerare debeamus (1). Petebat tum Garganus neſcio quae familiae ſuae munera, & quamvis nemo illo dignior erat, quia tamen non didicerat ſuis paullo diligentius ſupplicare, & blandiri, merito verebatur ne ſibi homines praeferrentur ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contempta ac ſordida. Obtinuit tandem Commiſſarii Gene-

(1) Cum magister Garganus Ordinis, ut scis, Minorum, & vitae probitate, & omni virtutum doctrinarumque genere ornatiſſimus in nostro ait Florentino hoc, atque etiam Pisano Gymnasio plures annos summa cum laude versatus tum sacrusanctae Theologiae mysteria publice interpretando, tum universam philosophiam nostris civibus enarrando, non possumus talem & religionis pariter, & sapientiae Professorem tanquam de nobis benemeritum tuae Reverendissimae Dominationi non commendare. Rogamus te itaque etiam atque etiam, ut probum hunc virum, tam Graecis, quam Latinis litteris excultum tuo excipias sinu, eiusque honestissimam sane causam, in qua de sua agitur dignitate, toto, ut aiunt, pectore suscipias, atque ut is re ipsa intelligat nostras apud te commendationes non fuisse vulgares. Vale. Florentiae XII. Kal. Jan. 1499.

Generalis, ut vocant, dignitatem, in qua ſuſtinenda omnibus ſe probavit. Quandoquidem a Florentinis maximis fuerat affectus beneficiis, nullam iis non retulit gratiam, & quo tempore Academia Florentiae conſederat, non recuſavit tum philoſophiae, tum theologiae ſtudioſis ſatisfacere. De illo quaedam jam tetigimus eo in capite, quo de theologiae magiſtris egimus, ac ſatis docuiſſe videmur ſejungendum Garganum ab illa turba theologorum, quos ſicut clamatores odioſos ac barbaros contemnimus. Quae reliquit doctrinae ſuae in phyſicis rebus monumenta (phyſicum enim hoc loco quaerimus) redolent omnino antiquitatem, vel ſi mavis Scholaſticorum ſordes (1).

Si quisquam fuit qui acute videre ſoleret in iis, quae tum in ſcholis agitabantur, quaeſtionibus, is profecto fuit Laurentius Petri Laurentiani Florentini filius. Venit hic ad Academiam an. 1479. logices Doctor, cum tum eſſet in flore juventae, ex quo loco quadriennio poſt aſcendit ad phyſicae cathedram, ac demum an. 1487. ad illam medicinae, quam XV. continuos annos tum Piſis, tum Florentiae docuit. Magnum ſane illi opinionem doctrinae conciliarunt *interpretatio Commentariorum Galeni in Hippocratis Praedictiones*, *Commentaria in Prognostica Hippocratis*, *& in artem parvam Galeni*, *& libri duo de differentiis febrium*, quae opera commemorantur etiam ab iis, qui de claris Medicis ſcripſerunt. Attigit & Ariſtotelica cum inchoaſſet opus *in Aristotelem de Generatione & Anima*, atque *Commentaria in libros tres de elocutione* perfeciſſet, quae declarant minime illum contempſiſſe, ut plerique philoſophorum, qui omnem ſcribendi licentiam ſibi permitti volunt, differendi elegantiam. Haud enim ignorabat Ariſtotelem ipſum motum Iſocratis rhetoris gloria ſolitum docere adoleſcentes

(1) *Extare Florentiae dicitur apud Salviatos codex cum hoc titulo*. Gargani (vel Galgani) Senenſis Ord. Minor. de ratione ſubjecti generis ſubjiciendique cauſae ad Jacobum Salviatum virum clar.

ut prudentiam cum eloquentia jungerent, illam perfectam philoſophiam judicans, quae de maximis quaeſtionibus copioſe poſſet ornateque dicere. Adjunxit Laurentius ad Peripateticam Platonicam diſciplinam, cujus amore incenſus fuit a Marſilio Ficinio, ceteriſque Platonicis, qui conveniebant in domum Laurentii Medicei, in quam veniebat et ipſe. Sed in eo ipſo peccavit, cujus profeſſus eſt ſcientiam. Nam cum tota Platonicae philoſophiae vis in eo ſita ſit, ut diſciplinam ſuam non oſtentationem ſcientiae, ſed legem vitae quis putet, ut ſit moratus, ſicque animo & vita conſtitutus, ut a cupiditatibus, ſollicitudinibus, iris reliquiſque motibus rationi non obtemperantibus abſit, cum beate vivere in una virtute ſit poſitum, ab his praeceptis turpiter adeo declinavit Laurentius, ut illi fuerit non didiciſſe melius (1). Tantum ineſſe

(1) *Quae de illo scripsit Joannes Card. Mediceus commendans ipsum Petro fratri, non tam illius doctrinam, quam bonitatem quamdam naturae laudare videntur. Sunt enim hujusmodi.*

Magnifico viro fratri nostro cerissimo.

Maestro Lorenzo Lorenzi è tutto mio. Fammi intendere essere levato dalla lectura di medicina et messo a phisica. Il che gli pare non sia senza suo carico, avendo a esser notato nell' honore, come li pare in questo caso: vorrebbe almanco gli fosse accresciuto tanto di mercede e salario, che potesse con qualche honore substentarsi et tollerare questa mutetione. Et perchè io lo conosco per huomo de bene et docto, te lo raccomando li presti ogni favore, acciò conseguisca parte del suo desiderio, lochè mi sarà gratissimo. Bene vale. Ex Casina die V. Octob. 1492. *Inter Michaelis Verinii epistolas, de quibus supra mentionem fecimus, plures extant ad Laurentium physicum et mathematicum, ex quibus intelligi potest illum tanto studio, cum jam adultus esset, Graecas litteras arripuisse, ut optime Graece loqueretur, nec minorem laborem tulisse, ut se segregaret a turba medicorum in disserendi elegantia.*

Digitized by Google

mali in amiſſione pecuniae putavit ob non redditam arrham, ſolutumque condicto tempore domus pretium, ut in puteum ſe ſe praecipitaverit. Id accidit menſe Iunii an. 1502. cujus rei certiſſimum teſtimonium habemus in Academiae monumentis, quae convincunt erroris Fabbruccium, qui Laurentii vitam ad annum uſque 1515. produxit. De miſera et infelici morte illius commemorarunt quoque Petrus Valerianus, & Petrus Crinitus, quem diſcipulum habuerat, multiſque artibus erudierat.

Neſcio equidem quid dicam de Antonio Turriano Forojulienſi, de Caeſare Titiato Neapolitano, de Raphaele Babucchio Piſano, cui cognomentum erat *del Fachino*, & de Laurentio Tuccio Florentino, qui etſi graviſſimas perſonas ſuſtinuerint philoſophiae doctorum, ineptiarum tamen, vel ut verius dicam, fabularum magis, quam rerum auctores mihi ſuiſſe videntur. Turrianus biennio poſt quam phyſica interpretatus fuerat juſſus eſt docere medicinam, ſed cum propter defectionem Piſarum ſcholae vacationem habuiſſent, & ipſe paullo poſt mortem obiiſſet, novo & grato munere fungi minime potuit. Huic ſucceſſit Titiatus, ceterique, quos nominavi, phyſicae magiſtri eumdem induſtriae curſum habuere. Haud praetereundum minime videtur tum phyſica, tum medica ſtudia excoluiſſe Tuccium, ut patri morem gereret, eaque minime fuiſſe ſui ingenii. Nam ab ineunte aetate adamavit artes illas, quae ad oblectandos animos ſunt inventae; & ſi fidem habemus Michaeli Verinio, tam bonus erat Poeta, ut ad eam laudem, quam quaerebat, jamque obtinuerat, pauci aſpirare potuiſſent (1). Eodem quoque tem-

(1) Michael Verinus Laurentio Tuccio S. D. Pacificus Poeta, quantum laudarit ingenium tuum, Ugolinus pater teſtis eſt, qui me ſaepe excitabat, dum tuas laudes praedicaret, jamque poetae nomen acceperas; at tu, Muſis relictis, Medicinam amplexus, quod ego numquam te ſponte feciſſe crediderim, ſed parentis avaritia compulſus, egregias dotes naturae deſeruiſti,

pore exercuit phyſicae Doctoris munus Jo. Franciſcus Gennarius e Burgo S. Sepulcri, de quo honorificam mentionem fecit Antonius Maria Gratianus, eo in loco *de Scriptis invita Minerva*, quo illuſtriores Burgenſes ſuos & nominat & laudat. Miror equidem hominem, qui prout illa ferebant tempora, tantum tribuebat infinitis illis concertationumque plenis diſputationibus, ut ſine iis nullam eſſe philoſophiam existimaret, quemadmodum ex ejusdem litteris, quas ſupra attulimus, intelligi poteſt, contendere recuſaſſe, cum Joanne Martellinio, tum cum primum an. 1489. logices docendae munus ambo ſuſceperunt; quod ni feciſſet mulcta illi a Praefectis indicta fuit. In illa varia Academiae fortuna, ut ſaepe domicilium commutare coacta fuerit, nunquam illam deſeruit, cum ſapientia & conſtantia ejus vitam regeret. De cujus meritis tanta quoque & tam praeclara eius cives judicia fecerunt, ut graviſſima illi munera commiſerint, ob quae interdum, comprobantibus

---

quod mihi moleſtum eſt; ſperabam enim, te ſocio vel duce, Aonios montes perluſtrare, ut nos, civitatemque noſtram illuſtraremus. Si quid ego poſſim, vires ingenii tentabo. Quid enim Pegaſeo latice dulcius, quo ſemel epoto, cetera amara videntur? Tu venalem ſectaris mercedem, ego laudem amplector aeternam. Vale.

Eidem

Si perges, ut coepiſti, non dubito, quin brevi te egregium vatem habeamus, nam ſive felicitas ſideris, ſive ingenii dexteritas, vel praeceptoris prudentia poetae tibi nomen jam vendicavit. Parentum perſaepe ignorantia, aut avaritia obſtat virtutibus filiorum, quominus ſtudia bonarum artium adſequantur; quam enim neſciunt, amare non poſſunt veritatem. Roncilion Grammaticus, Pacificus Poeta, uterque praeceptor tuus laudavit facilitatem carminis tui, & inventionem, quae duo potiſſimum in poeta requiruntur: quare perge, ut coepiſti, neque te vincat cupiditas, aut auctoritas cognatorum; domeſtici enim homines ſunt inimici. Vale.

Digitized by Google

Praefectis, ab Academia abeſſe coactus fuit. Quantum vero poſſet in arte, quam profitebatur, judicato atque perpendito non noſtro, ſed illorum temporum ſenſu, quo non videbuntur tibi prorſus contemnendi fuiſſe philoſophi Auguſtinianus homo Jacobus e Monte Falcone, cujus alibi mentionem fecimus, quique a theologia quoque, a ſacris concionibus, & a bene geſtis in ſamilia ſua poteſtatibus ſamam ſibi comparavit, Ludovicus Volaterranus, Bandinus Bandinius, & Andreas Cattanus Forocornelienſis, qui ſpirantis Academiae voces extremas exceperunt.

In horum quoque numero fuit Franciſcus Verinius veteri & illuſtri ſamilia Florentiae natus, quae non tam de patria, quam de litteris optime merita eſt. Pater illi fuit Petrus, ſeu Petroctius, qui & Verinus Primus appellabatur, quique filium, in quo magna apparebat docilitas ingenii, & ſumma ad philoſophiam addiſcendam propenſio Oliviero Arduinio inſtituendum dedit. Hic apud nos logicam an. 1497. docere coepit, & per quadriennium & amplius docuit, cum an. 1501. ad phyſicae cathedram aſcendiſſet. Theatrum illius ingenii Florentia urbs fuit, quamvis non recuſaverit Piſas concedere, cum eo an. 1515. redire juſſa eſt Academia. Ut ex multis monumentis colligi poteſt, non tam philoſophia, quam humanioribus litteris valebat, & cum virtutibus quoque excellens esset, maximeque bonitate & beneficentia, quibus nihil eſt melius, aut praeſtantius, magno is erat apud omnes amore. Cum ipſe vidiſſet omnes illos temporum, ſane calamitoſorum, motus, converſioneſque rerum, ac perturbationes, in quibus verſata eſt Florentinorum civitas, ut vix alicui facultas daretur, diſſociatis animis civium, pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet, ipſe tamen ſic ſe geſſit, ut cunctis eſſet cariſſimus, & nonnullorum etiam inopiam calamitatemque aut gratia, aut opibus ſublevaret. Ita praeclaro inſtituto vitae effugit pericula, ſtudiis obſecutus eſt ſuis, & non ſolum dignitati, ſed etiam tranquillitati ſervivit. Obſervantia illius gratiſſima fuit ſero illi Etruſcorum Duci Coſmo I. cum eam officio, neque ſpei, neque timori tribui videret. Nullum ſane habeo quem cum T.

Digitized by Google

Pomponio Attico verius aſſimilem, quam Verinium noſtrum, quem cum ſupremo die (obiit hunc an. 1541. aetate decrepitus) juſſu ipſius Coſmi laudaſſet Joannes Baptiſta Stroctius illius diſcipulus (1) ſic expreſſit, ut in eo effigiem & humanitatis & probitatis & ipſius philoſophiae dixiſſes intueri. Plura reliquit ſcripta, ex quibus dijudicari poteſt eumdem Ariſtoteli fuiſſe addictum & quaſi conſecratum. Nam praeter commentaria *in VIII. libros de phyſico auditu*, *in IV. libros de caelo*, *in X. libros Ethicorum*, *in XII. libros metaphyſicorum*, *in III. libros de anima*, politica ipſum Ariſtotelem maxime ſequens optimo in lumine collocavit, etſi dolebat ſe in vitam paullo ſerius ingreſſum eſſe, cum bellorum civilium cauſſas in potentiorum cupiditatibus incluſas, & pacis ſpem a publico conſilio eſſe excluſam videret. His adde ſcriptis, quae *de mercatura*, nec non *de pulchritudine & amore* confecit, & quas Florentiae habuit in eruditorum virorum coetu praelectiones ad interpretanda bina Dantis ternaria, in quibus non philoſophi modo, ſed etiam theologi perſonam ſuſtinuit (2).

---

(1) *Ut hunc ſolaretur de cariſſimi Praeceptoris morte Antonius Franciſcus Gratinius, quem Laſcam vocitare ſolemus, ad eum miſit Italicum carmen, in quo inter cetera haec de Verinio ſcripſit.*

D' anni e di ſenno e di gloria e d' honore
Il noſtro gran Verin carico e pieno
Laſciato queſto fral viver terreno
Vita vive hor nel ciel, che mai non more.

Ejus mortem quoque Benedictus Varchius carminibus Italicis deflevit.

(2) *Alterius ternarii initium eſt.*

Nè creator, nè creatura, Purg. XVII.

Alterius. Parad. I.

La gloria di colui, che tutto move.

Quemadmodum Graeci permagnum exiſtimabant binos, vel tres Olympionicas una ex domo prodire, ſic nos laudi dabimus Veriniorum familiae, quod eodem tempore unum alterumque virum Academiae ſuppeditaverit, qui laudabiliter adeo philoſophiae curſum confecere, ut ſe victores fuiſſe licuerit iis vera cum gloria praedicare. Thomas Verinius Paulli filius coepit logicam docere an. 1500. quinquennio vero poſt phyſicam, nec diſciplinam modo, ſed & mores imitatus eſt Franciſci gentilis ſui, ut judicari haud facile poſſet utrum doctior eſſet, an melior. Extat in epiſtolis (1) Petri Delphinii ampliſſimum de illius virtutibus teſtimonium, ex quo conjici poteſt philoſophiam praeparaſſe mature illius animum ad ſatus illarum accipiendos, uberrimosque fructus ferendos. Quod videamus magni nominis philoſophos, gloriae nonnullos, multos libidinum ſervos turpiter vivere, artemque vitae profeſſos, delinquere in vita, & labi in ratione non modo officiorum, ſed etiam praeceptionum, ſanctiora religionis dogmata in dubium incertumque revocantes, commoveri ſane debemus, & dum eorum facta mores, ac nomen a Chriſtiana Republica deteſtamur, patrocinium ſuſcipiemus philoſophiae, quae cum inventa ſit ad excolendos animos, quamvis, ut agri, non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur,

Fruges tamen ipsae ſuapte natura enitent.

Extant in Libro I. delle Lezioni d' Accademici Fiorentini ſopra Dante *edit.* Florent. an. 1547. *Nihil illi jucundius erat quam frequentare Academiam Florentinam, ac teſtis eſt Coſmus Bartolius* (Ragionamenti ſopra Dante p. 7.) che quando ei s' accorgeva e vedeva, che gli uomini vi ſi voltavano ſpontaneamente, anzi per dir meglio con tanto ardore, che alcuna volta o alle ſue lezioni, o a quelle degli altri comparivano 2. mila perſone ad aſcoltare, lo vedevi tanto lieto ch'ei non capiva in ſe ſteſſo per allegrezza.

(1) Lib. IX. epiſt. LXII.

Digitized by Google

Sed hos linquamus, & Veriniorum noſtrorum virtutes grata memoria proſequamur, quod per eos non mediocriter Academia noſtra fuerit ornata, & ſaluberrimis philoſophiae praeceptis abundaverit.

Quando haec an. 1515. veluti poſtliminio revocata fuit Pisas, ad ſe ſe invitavit Petrum Pomponatium, ut Franciſco Verinio collega eſſet in tradenda ordinaria philoſophia. Quanta hominum diſſimilitudo! Ille temerarius & audax, hic modeſtus cautus ac prudens, ut ſi in alterutro eſſet peccandum, maluiſſet videri nimis timidus, quam parum prudens; ille inconſtans adeo, ut eumdem & laederet & laudaret, hic gravitatem ſuam perpetua conſtantia roboravit ſemperque in propoſito ſuſceptoque conſilio permanſit; ille dignitatem philoſophiae novitate opinionum & erroribus (non dubitavit enim vel animorum immortalitatem in dubium revocare) & ſaepe in ratione vitae peccans imminuit, hic auxit & dictis & factis. Nihilo tamen minus Pomponatius non ſolum Verinium, ſed & omnes fere ſuae aetatis philoſophos ſama ſuperavit, & cum an. 1524. ſexagenario major mortem Bononiae obiisset, hoc dignus elogio, quod illius aeneae ſtatuae in celeberrimo templo poſitae Mantuani inſcripſerunt, judicatus fuit.

Mantua clara mihi genitrix fuit, & breve corpus,
Quod dederat natura mihi me turba Perettum
Dixit, naturae ſcrutatus ſum intima cuncta.

Peream cum tota legeris hujus Peripatetici opera, ſi quidquam ex iis diſces, & ſi aequo animo tuleris incomptum & horridum dicendi & ſpinoſum diſputandi genus. Magni clamores, quos Patavii & Bononiae docens excitavit, inflammarunt Praefectos Academiae noſtrae deſiderio habendi hominem, quem multi ſequebantur diſcipuli, eique liberaliſſimum ſtipendium obtulere (1). Quanquam condi-

(1) *His conceptum verbis fuit illius conductionis decretum*. Die XII. mensis Aprilis 1515. Officiales Studii conduxerunt D. Petrum de Mantua, alias il

tionem acceperit, & in albo Doctorum anni 1515. ejus nomen ſit inſcriptum, dubitari tamen poſſe videtur num Piſas venerit, & ſi venit, ad breviſſimum quidem tempus ea in urbe commoratus eſt. Noverunt fortaſſe Florentini Patres os hominis, noverunt audaciam, & ne tenerae adoleſcentium mentes pravis inficerentur opinionibus, ſibi cavendum eſſe putarunt.

Eodem illo, quem ſupra diximus, anno phyſicam extra ordinem docuere Raphael Franciſchius, cui *il Celatone* cognomen erat, & Lucas Antonius Vaivaldus, cui anno poſt ſucceſſit Nicolaus Cerretanius, Senis nobiliſſimo genere natus. Si tenue ſtipendium, quod ipsis pendebatur, ſpectes, non admodum floruisse videntur opinione doctrinae. Liberalius actum eſt cum Gratia Aretino, cujus, ut hominis doctrina clari mentionem fecit Attilius Aleſſius in ſcripto quodam de viris Aretinis illuſtribus, quod Jo. Lamius publica luce donavit in *Catalogo Riccardianae MSS. Bibliothecae*. Is biennium apud nos fuit, ejuſque locum an. 1520. occupavit Jo. Franciſcus Furnius Mutinenſis, qui logicam antea Bononiae docuerat, ſed non ita magna mercede, cum illi Floreni tantummodo XXV. penderentur. Majoribus praemiis an. 1519 evocata opera fuit Petri Nicolai Caſtellanii Faventini, cujus is erat gradus, ut tertius eſſet de tribus ordinariis phyſicae magiſtris, cum ſecundum locum teneret Verinius, primum vero Auguſtinus Niphus, eodem illo anno conductus. Hujus admirabilis quaedam ſcientia & copia minime Nicolai ſtudia reſtinxit, ut omnes intellexerint parem illum eſſe poſſe optimis philoſophis. Quid multa?

Peretto ad legendum in Studio Pisano lecturam ordinariam phyſicae pro tempore & termino trium annorum inchoandorum die 1. menſis Novembris praeſentis anni cum ſalario Flerenorum D. auri lati & in auro pro quolibet anno. *Idibus menſis Julii ejusdem anni decreverunt Patres, quod, si aliqua de cauſſa non maneret Piſis Academia*, ipſe legeret Florentiae, vel alibi, *prout ipſis Patribus libuiſſet*.

Tenebat omnem philoſophiam Peripateticam, qua unice capiebantur illius aetatis homines (1), ceteros vero omnes vincebat Niphus, cujus gloria cum ad noſtram uſque memoriam remanſerit, de illo paullo uberius dicendum eſſe videtur.

Tantus vir Trophea in Calabriis oriundus, natus eſt an. 1466. Sueſſae in parva Neapolitani Regni urbe, unde Sueſſani cognomen ac-

(1) *Hoc loco exscribere juvat quae de Caſtellanio memoriae tradidit illius fratris filius Julius in epiſtola, qua ſuum opus* de homano intellectu *Coſmo I. Mediceo nuncupavit*. Soeſſani *(ait)* deinde collega Petrus Nicolans, Patruos meus, vir ſumma pietate praeclaraque eruditione atque doctrina, nec non inter Philoſophos soi temporis valde clarus, & nobilis, admodum elegans, & doctum opus de eadem re (puta de immortalitate animorum) ad Clementem VII. Pont. Max. ſcripſit, in eoque ſingulorum hominum immortales eſſe aoimos, iſtoſque aliqoando in honc mundum reverti, rurſuſque jungi corporibus, ex Ariſtotelis ſententia demooſtravit. Quam opinionem miram profecto, & cujusvis Peripatetici auribus inauditam praeſertim excepit e quodam libro, qoi Theologia, ſive Myſtica Ariſtotelis Philoſophia, inſcriptus eſt, & ab eo latinitate donatus, cum prius a quodam Mose Roua in barbarum potius, quam latinum ſermonem ex Arabica lingua traductus fuiſſet. Ego vero (ſi ob veritatis amorem & cultum liceat mihi a praeſtantiſſimi Patrui mei opinione discedere) eum librum aut falſo Ariſtoteli adscriptum fuiſſe arbitror, aut ſi illum ſcripſerit Ariſtoteles, omnia fere in eo ſecundum Aegyptiorum & Pythagoricorum opinionem, non antem ex propria mente Philoſophum cenſeo pronunciaſſe. Atque in hanc adducor ſeotentiam, quod nullam prorſus Diogenes Laertius de hoc libro mentionem facit, ac tot in eo reperiuntur Ariſtotelis principiis contraria, quae ipſe non ſemel animadverti, ut vix excogitari poſſit, ab ullo Peripatetico, nedum ab ipſomet Ariſtotele, fuiſſe conſcriptum. Patruus autem meus, qui ſemper, ut mirum, ac praestantiſſimum Ariſtotelis ingenium io coelum extolleret, ejus doctrinam ſanctiſſimis religionis noſtrae decretis valde ſimilem reddere conabatur, fortaſſe finxit ſe

cepit (1). Pater illi Jacobus fuit, cujus, ut & novercae Franciſcae Galeoniae duritia coegerunt ipſum Neapolim aufugere. Ibi ad vitam ſuſtentandam ingrato paedagogi munere functus eſt, cujus triſtitiam ut ſublevaret, confugit in philoſophiae ſinum, a qua ſibi omnes abſtergi moleſtias dicebat. Dedit & operam medicinae, & utramque facultatem vel hoc tempore, vel poſtea in eadem urbe docuit. Docuit et Salerni, quando Rupertus II. Sanſeverinas illius civitatis Princeps Salernitanum gymnaſium vetuſtate & fortuna collapſum reſtituere cogitavit. Hic enim mirum in modum amabat litteras, atque, Nipho ipſo teſte, laude & honoribus ad ſe ſe allicere Aldum Manutium ſtuduit. Quam ſuavis vero & quanta conjunctio eſſet inter illum & Niphum, hic non uno in loco operum ſuorum teſtatus eſt, ab eoque compertum habemus ſe tanti Principis vel ſuaſu, vel juſſu ſuas in Ariſtotelem interpretationes inchoaſſe, quas reliquo vitae curſu maximo cum plauſu proſecutus eſt. Eos irridens philoſophos, qui ita ſe litteris abdebant, ut nihil poſſent ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adſpectum lucemque proferre, id ſibi propoſuit, ut multa & varia ſcriberet, quae nomen illuſtrarent

---

aſſentiri illis, qui eum librum, Myſtica Philoſophia inſcriptum, Ariſtoteli attribuerunt, cum hoc ejus propoſito vehementer conduceret. *Opus, de quo dictum eſt, ſex in libros dividitur, & impreſſum fuit Faventiae anno 1525. a Joanne Maria ex Simonettis Cremonenſi. Bene notus erat Caſtellanius Clementi VII. ad quem patriae nomine legatus miſſus fuerat.*

(1) *Ita ille de ſe ipso.*

Nyphus ab Auguſti clarus cognomine dicor
Euthycus; eſt patrius nota Sueſſa locus.

In epiſtola ad Joannem Franciſcum Areneum Arenae Comitem innuere videtur ſe natum fuiſſe in Calabriae oppido, cui nomen Joppulum.

ſuum. Plura hujuſmodi vulgaverat tum in patria, tum Patavii degens, ad cujus urbis Lyceum venit an. 1492. mortuo Sanſeverinate, quando Piſas accitus eſt Ordinarius & Matutinus phyſicae Doctor cum annuo ſtipendio Florenorum uſque MCCXXV. Neque ſedulitatem, neque ingenium, neque doctrinam in ipſo deſideraſſe Gymnaſiarchas ex eo coujici poteſt, quod majoribus etiam praemiis illius operam dignam judicarunt, quotieſcumque ille paſſus fuiſſet ſibi prorogari tempus conductionis, quae ad triennium facta fuerat. Sed homo, in quo acer erat amor gloriae, cum ſe expeti videret a celebrioribus Academiis, & a ſummis Principibus, majoribus quaſi theatris ſpectari ingenium ſuum concupivit. Carus fuit Leoni X. a quo periculoſo morbo laborante conſultus, Archigymnaſio Romano tum primum per ipſum Summum Pontificem inſtituto addictus, ſingularibusque honoribus ac praemiis (vel Mediceorum cognomine atque ſtemmate cohoneſtatum Niphum voluit) affectus fuit. Ita vixit in urbe tum eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudiis affluenti, ut omnes, qui aliquid de ingeniis poterant judicare, illum amicitia dignum judicarent. Florebat quoque gratia atque hoſpitiis nobiliſſimorum hominum, & cum Columnenſibus erat ei non modo hoſpitium, ſed etiam domeſticus uſus & conſuetudo, quapropter ſi Romae ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum collocaſſet, ad ſummam potuiſſet amplitudinem pervenire. Roma diſcendens retulit ſe in otium patrium, & quamvis negotiis familiaribus diſtineretur, multum tamen temporis contrivit in philoſophicis ſcriptionibus. Querebatur ſaepe, ſuae aetatis philoſophos, qui venditabant ingenium, & oſtentabant acumen, verſari in controverſiis & quaeſtionibus, quae nullius utilitatis eſſent, ſic ut iis ſophiſtis aſſimilaret, quos ludebat Socrates, propterea quia aut oſtentationis, aut quaeſtus gratia philoſophabantur; & dum recordabatur Platonem, Ariſtotelem, Aphrodiſium, Themiſtium, qui conſilia & praecepta dederunt ſummis Regibus ad bene gubernandam Rempublicam, eorum ſe aemulatorem fore palam ferebat. Scripſit itaque librum *de regnandi peritia* ad Carolum V. Caeſarem, cui paullo ante dedicaverat libellum alium *de falſa diluvii*

prognoſticatione, quod an. 1524. futurum eſſe denuntiabatur, in eoque explicavit quid cum fide & juſtitia, quid cum prudentia, arte & calliditate factum fuerit tum in adquirendis, tum in conſervandis regnis, & quae ſint munia & officia eorum, quos Deus ad regendos populos vocavit, ne cum ſe & ſuos regere nequeant, regali nomine indigni videantur. Nonnulla hujuſcemodi tetigerat antea, agens *de Tyranno & optimo Rege*, & *de his que ab optimo Principe agenda ſunt*, quod nuncupavit opus Ludovico & Elveriae Ferdinandis a Corduba Principibus Sueſſanis. Haec & alia hujuſmodi Niphi opera ſi ſpectes, totam illius philoſophiam frugiferam & fructuoſam fuiſſe facile dixeris. Porro homo verae vitae, veraeque felicitatis auctor, quemadmodum illum appellavit Pompejus Columna Cardinalis, cum lectionem ejus libri *de vera libertate vivendi* commendaret Victoriae Columnae Peſcariae Marchioniſſae, non potuit non magnopere commoveri cum audivit ab Ambroſio Parthenopaeo doctiſſimo Antiſtite, qui eum Sueſſae convenerat, in dubium a Pomponatio revocari animorum immortalitatem. Confutandam itaque illius audaciam ſuſcepit, quanquam ſatis multa hac de re expoſuerat in libro *de Intellectu* (1), & opus, quod *de immortalitae animae* inſcripſit, cum ad Leonem X. S. P. mitteret, queritur de philoſophorum impudentia, quod libidine quadam garriendi ſanctiora Chriſtianae religionis dogmata infirmare conarentur, ad quos refellendos ſe opus magnum & laborioſum & prorſus theologicum in manibus habere dixit, quod ipſi Summo Pontifici deſtinaverat. Nemo ſane induſtria illi par erat, & ſi praeclarum ingenium & eximiam eruditionem cum arte aliqua conjunxiſſet,

(1) *Probaverat hoc in libro & phyſice & peripatetice intellectivam animam eſſe immortalem, contra quam ſententiam inſurrexiſſe viſus eſt Pomponatius.*

qualem nunc exigere ſolemus ab iis, qui vel alienas ſententias interpretantur, vel ſuas exponunt, neque adeo multa ſcripſiſſet (1), neque obruiſſet ſemina ſapientiae commentitiis fabellis, quibus in philoſophia minime locus eſſe deberet, ſomniis, minutis ſubtilitatibus, & loquacitate faſtidioſa, minime laterent ejus ſcripta, ut nunc quidem latent, in Bibliothecarum angulis, quanquam *Magni Niphi* titulo decorentur. Teſtis eſt Jovius ejus loquacitatem habuiſſe aliquid argutiarum, quanquam cum vultu ſubagreſti et penitus inſaceto conjungeretur; & ſi Benedicto Varchio, qui eum docentem Piſis audivit, credimus, nimium pertinax erat ſententiarum ſuarum defenſor, in quibus, ut cognoſci maxime poteſt ex illius phyſicis ſcriptis *de certiſſimis temporum ſignis*, *de ſubſtantia orbis*, *de generatione & corruptione* aliisque hujuſmodi multa erant abſurda, aut aliena, aut non acuta, aut ſubinſulſa. Nullam philoſophiae partem intactam reliquit, gloriabaturque, ſe dum phyſica et medica tractaret, non ſolum quid ante pedes eſſet vidiſſe, ſed in aethereas quoque ſedes penetraviſſe, et inde, ut Prometheus alter, ad homines detuliſſe quaſi diviuum ignem, quo ſaluti felicitatique conſulerent. Id ex illius libris *de cauſſis dierum decreteriorum*, & *de medicamentorum electione* intelligere facile poteris, quibus addam alium, qui inſcribitur *ad apoteleſmata Ptolemei eruditiones*, quo magnam utilitatem tum medicis, tum phyſicis ſe attuliſſe dicebat. Ne quaeras aliud praeter librorum titulos: nam is ineptus eſſet, qui levitates in iis contentas exponere vellet. Nunc aliquo in pretio eſſe videntur quae *de pulchro & amore* duobus libris complexus eſt ad Joannam Aragoniam Tagliacoccii Principem.

(1) *Multus eſt in illius operibus recenſendis Bartholomaeus Chioccarellius* in Tom. I. de illuſtribus Scriptoribus, qui in Civitate & Regno Neapolis floruerunt, *ad quem delegamus Lectores.*

quae pulchritudine ceteras omnes feminas ſuperabat, cujuſque cauſſa fortaſſe opus ipſum compoſuit. Nimius eſt in recenſendis aliorum opinionibus, interdum nimis licenter loquitur, nec quae ipſe praecipit, abhorrent a Scholaſticorum ſubtilitatibus. Hominem, qui ſe Sapientiae amatorem profitebatur, et quem multi dixere *divinae religionis & dictis & factis ſtudioſiſſimum vindicem, ac defenſorem acerrimum* (1) non alienum fuiſſe ab amatoriis levitatibus, vel dum ſenex erat, et pater plurium liberorum ex Angelellia conjuge ſuſceptorum, tradidit ſuſpectae fidei auctor Paullus Jovius. Torquatus quidem Taſſus, cum honeſtam voluptatem commendare voluiſſet, Niphum colloquentem induxit, et Galeatius Florimontius, qui fuit ex illius diſcipulis unus, cum ipſum funebri oratione laudaſſet, non vulgaria illius caſtimoniae praeconia tribuit: ſed ſummam Niphi laudem effecit doctrina, quae ſi apta fuit temporibus, quibus vixit, noſtris quidem neque rerum pondere, neque verborum elegantia, quanquam non prorſus barbare ſcribebat, minime accommodata eſſe videtur. Vixit ad ſummam ſenectutem, et cum e Bononienſi Gymnaſio in patrium ſeceſſiſſet, ibi extremum diem morte confecit an. 1538. XV. Kal. Februarii, ejuſque cadaver balſamo et aromatibus illitum in S. Dominici ſacrario conditum fuit (2).

Joannes Montes Docca Hiſpanus in bonis et theologis et philoſophis illius aetatis numeratus eſt. Is Bononiae in Hiſpanorum collegio inſtitutus fuerat, atque in illius urbis Academia, cum eſſet

(1) *Verba ſunt Cardinalis Columnae commendantis lectionem illius operis* de pulchro & amore.

(2) *Jovius, qui raro vera ſcripſit, ait eum* ab humanis deceſſiſſe eadem nocte, qua Alexander Medices Florentiae in lecto vulneribus confoſſus interiit, *quod accidit poſt. non. Januarii.*

Digitized by Google

in prima adoleſcentia logicam docuerat. Inde ad Patavinam primum, mox ad Piſanam tranſiit, philoſophiam explicaturus cum lauta mercede DCCC. Florenorum. Vehementer laetatus eſt ſe non adverſarium et obtrectatorem laudum ſuarum, ut plerumque erant (ſic enim vocitabantur) *concurrentes*, ſed ſocium potius et conſortem glorioſi laboris inveniſſe in Franciſco Verinio, cum quo certare eſſe glorioſius dicebat, quam omnino non competitorem habere. Verum cum poſtea ea conſecuta ſint tempora, quibus inter armorum ſtrepitus, et rerum civilium viciſſitudines, neceſſe fuit ſilere Muſas omnes, et plurimum minui Academiae dignitatem, Docca ſibi ipſi conſulendum putavit. Itaque Peruſiam conceſſit, ubi quantam conſecutus ſit famam, quantamque vim doctrinae ſcholas habendo exprompſerit, neque propoſitum nobis eſt hoc loco dicere, neque neceſſarium. Anno 1533. e vita ceſſit, cum quaedam Theologica antea edidiſſet juſſu Albertii Pii Carpenſium Principis in ipſa Carpi urbe an. 1506. typis impreſſa. Fuere his temporibus pauci alii phyſicae magiſtri, tum Ordinarii, tum Extraordinarii, qui cum pollicebantur fontes maximos ac penitus abſconditos ſe ſe aperturos ad irriganda ingenia, areſcebant ipſi ſiccitate. Eo quidem minus iſti auſi fuiſſent, ſi quis extitiſſet, qui aeſtimare potuiſſet quanti eſſet illorum merces. Diffidere ipſi ſibi ſaltem debebant, cum id, quod aliis pollicebantur, ab uno quaerebant Ariſtotele. Bene enim Cicero (1): *Si Triptolemus, cum hominibus ſemen largiretur, ipſe ab aliis hominibus id mutuaretur, aut ſi Prometheus, cum mortalibus ignem dividere vellet, ipſe a vicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur?* Ipſe Ariſtoteles cum hiſtoriam animalium ſcribendam ſuſcepiſſet, eorum notitiam ob-

(1) Lib. IV. ad Heren.

Google

ſervatione quaeſivit, viamque monſtrans, qua inveſtiganda eſſet rerum natura, ſe ipſum correxiſſe viſus eſt, quod cetera tractans phyſica per inaniſſimae metaphyſicae ſpatia, more ceterorum philoſophorum Graecorum, licenter erraverit. Sed maluerunt ejus ſectatores vitia, quam virtutes Ducis imitari, et illa aliis multis cumulare atque adaugere, ut nihil odioſius evaſerit veritatis amatoribus Peripatetica philoſophia.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De Ethices, Metaphyſicae, & Matheſis Magiſtris:

ETsi in phyſicis rebus ea probaretur philoſophia, quae lucem eriperet, & quaſi noctem quamdam rebus ipſis offunderet, ea tamen pars, in qua de bonis rebus ac malis, deque hominum vita & moribus diſputatur, quamque Socrates primus devocaviſſe e caelo, & in urbibus collocaſſe dicitur, ~~ſatis~~ bene expoliebatur, neque parum ad id conduxiſſe videtur ſtudium Platonicorum, quorum omnis fere oratio in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis amorem cohortandis conſumebatur. In domo ipſa Mediceorum, quae ſemper floruit ſummorum virorum familiaritatibus, quotidie ferme diſputabatur de inſtitutis rerum publicarum, de optimis legibus, omniſque juris fontibus, quaerebaturque quid ſit homini natura tributum, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cujus muneris colendi efficiendique cauſſa nati & in lucem editi ſumus, quae ſit conjunctio, quae naturalis ſocietas inter ipſos, & cetera hujuſmodi, in quibus doctrina omnis de legibus & moribus continetur. Nihilo tamen minus ſerius omnino conſultum eſt, ut eſſent, qui talia in Academia noſtra docerent, quamvis nullo non tempore magnae curae fuerit Gymnaſiarchis, ut adoleſcentes, quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſent, eas in aetate maturiſſima vellent comparare. Primus omnium huic muneri praefuit an. 1498. Olivierus Michaelis Senenſis filius, qui anno ante, cum ſucceſſiſſet in locum Olivieri Arduinii, phyſicam docuerat. Duplicata illi merces fuit ob novum impoſitum onus, cui &

additum & illud fuit, ut feſtis diebus libros Ariſtotelis *de coelo & mundo* interpretaretur. Non vulgaris enim doctrinae eſſe putabatur, & nonnulla litteris mandaverat, quae comprobabant praeclara de illo judicia (1). Haec acciderunt eo tempore, quo Academia erat Florentiae, quae urbs abundaverat praeceptis moralis philoſophiae, illam prae ceteris docente Marſilio Ficinio. Hoc autem mortuo an. 1499. occupatoque tum in aliis rebus Oliviero, in eorum locum ſuccedere juſſus eſt Franciſcus Cataneus, ab oppido ſuburbano, unde originem nobiliſſima familia duxit, quodque Ghibellini everterunt, de Diacetto appellatus. Anno ante tum ipſe, tum Demetrius Chalcondylas, Graecus homo, ad hoc ſuſcipiendum munus invitati fuerunt, ſed qua de cauſa neſcio, recuſarunt. Franciſcus Florentiae natus XVI. Kal. Decembris an. 1466. parentes habuit Zenobium, qui primos in libera civitate geſſerat magiſtratus, & Leonardam Venturiam, praeceptores vero in philoſophia, quos ſicut alteros parentes colebat, Piſis Olivierum Arduinium, Florentiae vero Marſilium Ficinium, cui quidquid erat se acceptum referre grate profeſſus eſt (2). Non adhuc confecerat ſtudiorum curriculum, cum uxorem duxit Lucretiam Capponiam primariam & honeſtiſſimam feminam, ex qua tredecim uſque liberos, ſeptem maſculini, ſex autem feminini generis ſuſcepit. Quanquam illi non ampla admodum eſſet res familiaris, quam magna ex parte aſotus & negligens pater diſſipaverat, neque pro docendi munere ipſi penderentur niſi Floreni CC. qui ad CCC. uſque poſtea aucti ſunt, contentus tamen erat iis bonis, quae ſibi ad vivendum & ſuſtentandam familiam fortuna et patria dederunt, neque adduci unquam potuit, ut hanc de-

(1) *Extat in Laurentiana Bibliothecha Tractatus illius* de Deo, & rerum naturalium principiis, & ſumma beatitudine,

(2) In proaemio libri de pulchro.

ferret lenocinio praemiorum ampliſſimorum, quae ſibi proponebantur a Patavinae Academiae Praefectis. Homo enim erat frugi & modeſtus, & moderatio ac temperantia, ceteraeque leniores virtutes apparebant in eo cum ſpecie quadam liberali. Facetus etiam, et dulcis feſtivique ſermonis; ita tamen ut ſemper parceret aliorum dignitati (in quo ipſe ſervabat ſuam) et haberet hominum rationem ac temporum. Quare minime eſt mirandum ſi ejus aequales et diſcipuli non allicerentur modo, ſed etiam cogerentur ad ipſum amandum atque obſervandum. Nullius unquam ſchola magis floruit nobilitate diſcipulorum, e quibus honoris cauſſa nominare lubet Aloyſium Alamannium, Alexandrum Paſtium, Andream Rinuccinium, Alexandrum Riperam, et quem adjutorem habuit in docendi munere, Antonium Albertium. Nihil ſanctius quoque erat ejus domo, ad quam concurrebant omnes, qui in rectis ſtudiis atque humanitate verſabantur. Tantus vir, quo nullus doctior, integrior et ſapientior, obiit Florentiae an. 1522. IV. Id. April. cum aetatis annum compleſſet LV. ſepultuſque eſt in majorum tumulo; quod eſt in S. Crucis. Publice illum laudavit Benedictus Varchius, et Euphroſynus Lapinius, ut et Varchius ipſe ejus vitam alter latine, italice alter expoſuere. Multa reliquit ſcripta, quae praeſertim Platonicorum philoſophiam illuſtrant, quorumque maxima pars edita Baſileae (1) fuit an. 1564.

(1) *His conſtat libris Baſileenſis editio.*

De Pulcro libri III. ad Joannem & Pallam de Strozziis.
De Amore Platonico libri III. ad Bindaccium Ricaſolum.
Panegyricus in Amorem ad Jo Corſium & Pallantem Rucellai.
Paraphraſis & animadverſiones in Politicam Ariſtotelis.
Enarratio in Platonis Sympoſium ad Clementem VII.
Paraphraſis in IV. lib. Ariſtot. de coelo ad Leonem X.

Etſi ſapienter fecerint Gymnaſiarchae, ut Academia haberet bene vivendi et moderandi Reſpublicas praeceptores, et ii, qui haec docuere, plurimum eidem attulerint utilitatis atque ornamenti, nihilo tamen minus haud providerunt, ut eſſet qui Cataneo ſuccederet. Negligentius id tulere, qui prehenderant Reipublicae Florentinae gubernacula. Nam cum nil ſpectarent aliud, niſi ut ſanctiſſimae patriae jugum imponerent, nefarioque dominatu illam obruerent, non indigebant praeceptorum, quae declararent quanti ſceleris eſſet patrias leges convellere atque conculcare, optimates aut trucidare, aut in exilium pellere, alios abripere in ſervitutem, matres familias et ingenuas puellas ſub hoſtilem ſubjicere libidinem, urbem denique acerbiſſimo incendio conflagrare, unoque conſilio univerſis civibus atrociſſimas calamitates machinari.

Iisdem temporibus obmutuit metaphyſica, quae ſerius omnino apud nos coeperat eſſe in honore, quamquam antea non defuerint theologi, qui eam cum divinarum ſcientia conjungerent. Primus, qui metaphyſicae Profeſſoris nomen obtinuit, fuit Joannes Leonardi Landii Florentini F., qui ab an. 1498. ad totum uſque an. 1502. diligenter et conſtanter in ſuſcepto onere permanſit, cum eodem tempore extraordinariae philoſophiae cathedrae ſatisfaceret. Anno 1503. cum prorſus ſiluiſſet Academia ob aerarii anguſtias, ipſe ſibi conſuluit, et liberalitate licet eorum, qui bona Eccleſiae poſſidebant, duobus conſequentibus annis, ipſa expergiſci viſa fuerit, recuſavit tamen Landius ad eamdem redire. Reddita autem Piſis an. 1515. ipſa

---

Paraphraſis in meteora Ariſtotelis.
Epiſtolarum liber.
Paraphraſis in amatores Platonis ſive de philoſophia.

His plura alia addi potuiſſent Catanei ſcripta, de quibus Lapinius, aliique mentionem fecere.

Academia, per triennium Joannes Siculus Minorita ſolus metaphyſicae cathedram rexit, totidemque annos una cum Jacobo de Monte Falcone, de quo ſupra mentionem fecimus. Ille prior in docendo diſputandoque ſubtilis eſſe putabatur, et erat. Verum nunc nihil tam irridere ſolemus, quam quaeſtiones, quae ab illius aetatis metaphyſicis agitari ſolebant. Fuit tamen in tanta barbarie aliquis veritati locus, et ſane in Thomae Aquinatis libris, quos multi conſulebant et ſequebantur, plura inveniuntur de ſpiritualibus, ut dicitur, ſubſtantiis, deque illorum proprietatibus ſcite et acute diſputata. Perpaucos ſane habebis, quos cum Aquinate doctrina, et ingenii acumine comparaveris. Hoc illi defuiſſe unum videtur, quod felicioribus minime vixerit temporibus.

Difficile eſt reperire quid de illius aetatis mathematicis dicas. Prorſus illi ignorabant quid Graeci omnis praeclarae artis inventores, ac praesertim Archimedes vir prope divinus contuliſſent ad amplificandos geometriae fines, adjungendumque illius uſum ad phyſicas res; et qui hanc profitebantur ſcientiam, nullum aliud praeceptum artis eſſe putabant, quam quod in Euclide continetur. Si qui vero majus aliquid pollicebantur, id ſpectabat unice ad fallendos homines, non ſecus ac ſi artem tenerent cognoſcentem, videntem, et praevidentem futura. Siquidem una vi, vel ſi mavis, unica malitia, et unica ſtultitia mathematicorum, et aſtrologorum munera conſtricta eſſe putabantur. Cum primum reſtaurata fuit Academia per Laurentium Mediceum, minime proviſum fuit, ut haberent diſcipuli unde haec diſcerent. Id vehementer ipſi ſemel iterumque petierunt (1), at-

(1) *Ut quod petebant facile obtinerent, ajebant non decere Academiam Piſanam inferiorem eſſe ceteris Italicis, apud quas ita florebat Aſtrologia, ut nulla ſive ars, ſive doctrina curioſius coleretur, quod vulgo perſuaſum eſſet ex aſtrorum obſervatione futura praenoſci, non naturalia modo, ac neceſſaria, ſed*

que propterea an. 1484. Dominico Pagagnotto, de quo ſatis ſuperque diximus, theologiae Doctori ſuperadditum munus fuit docendae aſtrologiae. Non ſecus actum eſt an. 1490. cum Luchino Gerla Ticinenſi, qui practicam medicinam tradebat, conſequentibuſque temporibus huic quoque ſatisfecit muneri Marſilius Roſatus, qui Joanni, de quo ſupra diximus, frater erat, et qui, non ſecus ac ille, rexerat phyſicae cathedram. Anno autem 1515. Florentini Patres commiſerunt Franciſco de Sinigattis, ut aſtrologiam doceret Florentiae quidem, Piſis non item, quamvis illo ipſo tempore huic urbi ſua reddita Academia fuiſſet. Fortaſſe, qui in Republica dominabantur, ſe egere aſtronomis putabant, quorum interdum conſilia in adminiſtrandis rebus civilibus ſequebantur. Etſi autem hominibus ſacra profanis ſaepe miſcentibus, et ad fallendum ſemper paratiſſimis jure meritoque ſuccenſeamus, gratiam tamen aliquam habere debemus, quod per eos non plane deſerta fuerit aſtronomia, quae poſtquam diu rauca reclamavit jura ſua, tandem, ut matrona meretrici diſpar, priſtinam dignitatem recuperavit.

Decorum ſane fuit Academiae, quod non omni tempore deſuerunt, qui eruditum Geometrarum pulverem diſcipulos tractare docuere. Id primum oneris commiſſum fuit an. 1500. Mineritae Lucae Pacciolio in S. Sepulcri Burgo nato, qui multum ingenii habebat ad mathematicas diſciplinas, quique ſi noſtris temporibus vixiſſet, in principibus mathematicorum facile numerari potuiſſet. Suam praeſtantem facultatem per quinquennium Florentiae exercuit, et ex iis, quae reliquit, ſcriptis, quorum nonnulla ad noſtram uſque aetatem pervenerunt, intelligi poteſt, quanta vis in eo acerrimi ingenii, quam potens, et quanta mens eſſet. Ex his autem omnibus ſcriptis, de quibus praeſer-

libera quoque, & in hominum poteſtate atque arbitrio poſita. Hinc in libro Statutorum Academiae Patavinae de Aſtrologo dicebatur, quem tanquam neceſſariſſimum habere omnino volumus.

tim mentionem fecit Bernardinus Baldius (1) quorumque nonnulla ad architecturam, quam Mediolani fortaſſe exercuit una cum Leonardo e Vincio, Romae autem didicit a Leone Baptiſta Albertio, nonnulla vero ad geometriam, et algebram numeralem pertinent, effertur maxime illud, quod inſcribitur *Summa de Aritmetica, Geometria, Proporzioni e Proporzionalità*, quodque elaboraſſe divinitatis cujusdam fuisse tum judicatum eſt. Quanquam Leonardi Piſani propria laus fuerit illum omnium primum annos ante prope ducentos monſtraſſe Italis ſuis praecepta et uſum algebrae, ejuſque ſcripta, ut et aliorum tum veterum, tum recentiorum expilaverit Lucas, hic tamen princeps genus hoc in publicum propoſuit, edito Venetiis an. 1494. ſuaſu Marci Sannuti viri ampliſſimi et doctiſſimi opere, quod ſupra commemoravimus. Appellat ipſum varium, copioſum, jucundum, undequaque mathematicis theorematibus ſcatens, et utiliſſimum iis, qui geometriae, aſtrologiae et praeſertim mercaturae dabant operam. Nova certe multa in re arithmetica protulit. Quod ad algebram vero ſpectat, non pro-

(1) Cronica dei matematici p. 62. *Sic enim ait*. Luca Pacciolo dal Borgo S. Sepolcro Frate Mincritano di S. Franceſco attese fin da fanciullo alle matematiche, nelle quali per l'acutezza del ſuo ingegno divenne eccellente. Fu pubblico lettore nelle dette profeſſioni in Perugia, ove ſcriſſe alcuni libri d'algebra, e dedicolli alla gioventù Perugina. Fu dopo chiamato col detto carico in Roma, ed inde a Napoli. Scriſſe molte opere geometriche ed aritmetiche . . . . Traduſſe in volgare gli elementi di Euclide. Scriſſe il libro della divina proporzione, e compilò quel ſuo gran volume intitolato Somma delle aritmetiche, e geometriche proporzioni, la quale egli dedicò al Duca Guidobaldo figliuolo di Federigo Feltrio di Urbino. Fu egli barbaro nella lingua, perchè ſenza alcuna ſcelta meſcolava le parole volgari e le latine, e le une e le altre corrompeva, il che diede occaſione ad Anibal Caro di chiamare le opere di Fra Luca *Cineracci*, poiche era in loro ſepolto l'oro delle coſe, come fra le ceneri degli orefici ſogliono eſſere naſcoſte le minuzzaglie dell'oro.

greditur ultra aequationes, ut loquuntur, ſecundi gradus, cum tertii haud reperiri poſſe putaret, & quae ad eas ſolvendas dat praecepta, eadem habent principia, quibus nos uti ſolemus, quamvis non eodem modo exprimantur (1). Quod a vulgo intelligi voluit, barbare omnino loquitur, miſcens Italica verba Latinis. Ex aliis vero ſcriptis ejusdem conjici poteſt non fuiſſe plane rudem in Latii lingua, & quod ſummam ingenii vim habebat & memoriam ſingularem, et rerum divinarum ſcientia pollebat, admiratione audientium tum intra tum extra Italiam ſacram illum exercuiſſe eloquentiam teſtis eſt Daniel Caitanus Cremonenſis in epiſtola ad Danielem Rainerium, qua ad ipsum miſit

T t

(1) *His verſibus expreſſit Lucas praecepta ſua.*

1. Si res & cenſus numero coequantur, a rebus
Dimidio ſumpto cenſum producere debes
Addereque numero, cujus a radice totiens
Tolle ſemis rerum, cenſus latuſque redibit.
2. Etſi cum rebus drachmae quadrato pares ſint,
Adde ſicut primo numerum producto quadrato,
Et rebus mediis, hujuſque radice recepta
Si rebus mediis addes, cenſuſque patefiet.
3. At ſi cum numero radices cenſus equabit
Drachmas a quadrato deme rei medietatis
Hujus, quod ſuperit radicem adde trahere,
A rebus mediis ſic cenſus, coſta noteſcet.

Si quis recentiorum analyſtarum lingua explicare haec vellet, his uteretur verbis ac ſignis.

1. Si ſit aequatio $xx + mx = aa$ addatur *numero*, ſeu *absoluto* aa quadratum dimidii coefficientis m ſecundi termini, ſeu *rerum*, ſummaeque hu-

Digitized by Google

interpretationem & commentaria Paccioli in Euclidem. *Acceſſit nunc ad eam curam*, inquit Pacciolius ipse ad Petrum Soderinium ſcribens, cum illi nuncuparet opus *de divina proportione* (1), *ut confluente ſtudioſorum copia Megarenſis Euclidis elementa linguā patria donare coactus ſim*; *ceſſit id, Diis bene juvantibus, feliciſſime:* quam epiſtolae particulam idcirco attulimus, ut ex eadem cognosci poſſit non ſemper barbare illum locutum fuiſſe. Quid vero dicam de Georgio Vaſario, qui in ingreſſu vitae celeberrimi architecti & pictoris Petri Burgenſis, cui cognomentum erat *della Franceſca*, confidentiſſime affirmat, diſcipulum illi fuiſſe Lucam in mathematicis rebus, & hunc in magiſtri morte ſurripuiſſe illius libros, ac pro ſuis venditaſſe, & ementiti ingenii infamiam apud poſteros tuliſſe? Non ſemper vera narrat Vaſarius, nec ejus auctoritatem tanti faciendam eſſe arbitramur,

jus radix extrahatur; detracto deinde coefficientis m dimidio, reſiduum quaeſitum valorem exprimet.

2. Si ſit $xx - mx = aa$, addito quadrato dimidii coefficientis m numero aa, extractaque radice, addendum eſt radici dimidium coefficientis m. Summa valorem x determinabit.

3. Si ſit $axx - mx = aa$, ſubtrahatur aa ex quadrato dimidii coefficientis m, extractaque radice, ſi fieri poterit, addatur ſeu ſubtrahatur coefficientis dimidium; ſumma vel differentia incognitae valorem indicabit.

Ex his autem facile intelligitur, radicum negativarum uſum Lucam ignoraſſe. Non alia enim de cauſſa in primo & ſecundo caſu neglexit radices $x = - m - \frac{1}{2} m \sqrt{(\frac{1}{4} m^2 + a^2)}$, $x = \frac{1}{2} m - \sqrt{(\frac{1}{4} m^2 + a^2)}$, nullo autem pacto conſideravit caſum $xx + mx = - aa$, in quo utraeque radices negativae ſunt.

(1) *Sic opus inſcribitur*. Divina Proporzione delle matematiche e trattato di cinque corpi Regolari e dipendenti da eſſi. Venezia Paganino 1509. in fol. *Ait in nuncupatoria epiſtola antea deſtinaſſe iſtud opus Ludovico Sfortiae, cujus in famulatu fuit ab anno 1496. ad an. uſque 1499. antequam ſcilicet ad nos veniret, & Leonardum e Vincio, quem & Mediolani & Florentiae convictorem habuerat, caelaſſe figuras ad illud pertinentes*.

ut anteponenda ſit multorum clarorum virorum teſtimoniis, qui prorſus ſumma de Paccioli ingenio atque doctrina praedicarunt (1). Satiſfecit is quidem Academiae noſtrae Praefectis, magnumque Etruſcis ſuis Venetias concedens deſiderium ſui reliquiſſe videtur. Quo loco, & quo tempore vitam finierit, ignoro. Peregrinatione enim gaudebat, & nunquam non curavit, ut ſuarum pregrinationum fructus aliqui extarent. Nunquam tamen majores tuliſſe videtur, quam dum juvenis Orientales inviſit populos, a quibus Itali, ab his autem ceterae Europae nationes didicere, quomodo inveteratam quamdam in omni arte baibariem delere potuiſſent.

(1) *Cetera inter vide qu ae de eo narrat Montucla Tom. I. pag. 367. 441; 455. 457.*

CAPUT IX.

De Logices Magiſtris

EXpoſui, ut potui, qui eſſet philoſophiae & matheſis ſtatus, & quae ſpectaverint, & quibus in rebus verſati fuerint magiſtri, qui illas facultates apud nos docuere. Quoniam vero non philoſophiae ſolum pars, sed hujus omniumque diſciplinarum quaſi initium & fundamentum eſſe putatur illa ars, quae eſt quaerendi & diſſerendi, quaeque logice vocitatur, de hac quoque ſeparatim dicendum eſſe arbitror. Porro in hac, non minus quam in ceteris philoſophiae partibus, ita dominabatur Ariſtoteles, ut ille plane inermis & nudus eſſe videretur, qui ab ipſo non didiciſſet quomodo efficiatur concludaturque ratio, & qua via captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, pugnantia conferantur, & obſcura explanentur. Itaque Logicorum munus erat ejus *Poſteriorum* (ſic enim inſcribuntur) libros explicare, ſed id plerumque barbare et inepte fiebat, & laus, merces, gratia, gratulatio Dialecticorum poſita omnis eſſe videbatur in impudenti loquacitate. Vinci, refelli, coargui putabant eſſe turpiſſimum: ad id ſe parabant, nil aliud curabant. Si qui vero erant, qui Paulli Veneti *Logica*, Strodii *Quaeſtionibus*, Pergulenſis *Dubiis*, & Entisberi *Sophismatibus* uterentur, gramina, quae ittiuſmodi bonis frugibus innaſcebantur, cito tabeſcebant. Innumeri prope ſunt hujus artis apud nos magiſtri, de quibus quidem dubito quemadmodum exponam. Putide ſane facerem ſi de ſingulis aliquid dicere vellem; nec minus moleſtum eſſet eorum

Digitized by Google

omnium annumerare nomina. Perpauci enim ſunt, qui poſteritatis memoriam merentur, quamvis in arte, quam profitebantur, plurimorum laudata fuerit doctrina atque induſtria. Adde quod illuſtriores perquam raro in ſola logices cathedra conſiſtebant, cum ad honorificentiores alias eveherentur; quapropter de iis aut jam diximus, aut opportunior erit dicendi locus.

Ut primum renovata fuit Academia tres ad exponenda logices praecepta vocati fuere, Joannes a Venetiis Carmelita, Angelus ab Aquapendente et Baptiſta quidam e Camaldulenſium familia. Non hoc noſtro, ſed antiquo illo more nihil perfectius fieri poſſe judicabatur in hac tradenda arte Joanne Carmelita, qui Senis antea ſuam praeſtantem facultatem declaraverat. Habitus eſt etiam in numero diſertorum, & ſacrarum concionum cauſſa celebriores Italiae urbes obivit. Audivit eum aliquando in Vaticana Baſilica dicentem Sixtus IV. & pleniore ore laudavit. Ejus auctoritas aliquid etiam apud animum Pontificis momenti habuiſſe videtur, cum hic in decernendis Sanctorum honoribus Alberto Carmelitae, motum quoque ſe fuiſſe ait precibus Joannis & Chriſtophori Martignonii, qui tum univerſam Carmelitarum familiam gubernabat. Ita quidem omnes judicabant neminem extare, qui illi ingenio et prudentia ſuperior eſſet, tantumque eidem ſui tribuebant, ut functo jam ceteris familiae dignitatibus ſummam uſque detulerint. Theologus etiam (nam et in divinarum rerum ſcientia excellere putabatur) adfuit Riario Cardinali Piſanorum Antiſtiti, et quamvis non ſolum ſperare, ſed etiam confidere poſſet ſe majora ab aliis obtenturum, cum non admodum magna merces illi ab Academia Piſana penderetur, nunquam tamen hanc deſeruit, quamvis cum ipſa vagari coactus fuerit. Nullius quidem opera utilior extitit, et quod ad vitandam invidiam valebat, omnium induſtriae gloriaeque favebat. Multa ſcripſit, e quibus Romae nunc etiam extare dicuntur *Commentaria in Logicam*, *in VIII. Phyſicorum libros Ariſtotelis in XII. Metaphyſicorum*, & *in Regul. Entisberi*. Ipſum an. 1498. aegrotum cum jam vires defeciſſent cum tenui ſpe recuperandae valetudinis, Academiae Praefecti ſo-

Aveva letto in Siena 3 anni con provvisione di 100 fiorini d'oro in oro.

Digitized by Google

landum putarunt, dato eidem adjutore & ſocio Orlando Dominici Florentini filio, qui ex eadem Carmelitarum Familia erat. Neque multo poſt poſtrid. Kal. April. conſequentis anni vitam amiſit, magnum deſiderium ſui omnibus relinquens. Tantae enim in illo erant virtutes, ut etiam ſine ingenio famam conſequi potuiſſet. In monumento, quod illi Florentini Carmelitae poſuerunt, extare memoriam voluerunt, incredibilem in eo fuiſſe vim in interpretando, in definiendo, in explicando, in quaerendo ac differendo. Hoc enim epigramma in ipſo inſcripſerunt.

Soritem celeber Chryſippi evolvere, pugnas
Solvere Zenonis quodque doloſus habet.
Frigidulo en Albus moriens ſub marmore clauſus,
Quanta eſt heu logicis facta ruina viris!

Non ſatis mihi conſtat qua de cauſſa *Albus* appellaretur, quo cognomine tantummodo notus erat.

Angelus ab Aquapendente, quem ſecundo loco ſupra nominavimus, quique Albo competitor datus fuerat, antequam ad nos veniret, famam ingenii ac doctrinae non mediocrem collegerat Peruſiae docens. Et grata adeo illius opera fuit Piſanis diſcipulis, ut hi vehementer etiam atque etiam petierint a Gymnaſiarchis, ne paterentur doctiſſimum hominem, qui ſui magiſterii tempus jam emeritum habebat, ab Academia diſcedere. Teſtificati sunt ipſi, etiam ſi multi cum illo contenderent, omnes facile eumdem doctrina, diſputandi arte, orationis facundia ſuperaturum, tantaque praeterea praeditum eſſe humanitate, facilitate, morumque integritate, ut nullius ſchola majori frequentia majorique alacritate celebraretur (1). Nihilo tamen minus non ultra an-

---

(1) *En litterarum exemplum*. Magnifici Domini. Cum recolamus quanta juſtitia atque prudentia praediti eſtis, cupientes in aliquibus judicio noſtro a-

num apud nos fuit, ejuſque in locum ſucceſſit Luchinus Gerla Ticinenſis, de quo eo loci dicemus, quo de illuſtrioribus medicis dicendum erit. His, quos nominavi logices Praeceptoribus haud ſane comparandus erat Baptiſta ille Camaldulenſis, cui nec minam, quae olim, ut ait Cicero, merces erat Dialecticorum, pendendam eſſe cenſuerunt Praefecti. Majori ſane ſtipendio dignus fuit Dominicus Benivienius, eo genere Florentiae ortus, quod ex ipſius Sapientiae ſtirpe

---

ti, haerentes veſtris virtutibus ad ſilentium compellimur. Illis enim nos refraganda omnia confici debere videntur. Sed cum videamus tot ac tanta veſtram eximiam humanitatem ſcholaſticorum utilitate fore aggreſſus, eadem freti, tanquam liberi ad ſuos parentes non alia ſpe confugimus. Credimus enim egregium Doctorem magiſtrum Angelum de Aquapendente doctiſſimum dialecticae & philoſophiae doctorem nobis ſupplicantibus a vobis eſſe reddendum, tum quia meretur, & non juſte aliter fieri poſſet, tum & quia noſtra utilitate, quam uti patres facile curare poteritis. Hic etenim litteratiſſimus Doctor (experti loquimur) Dialecticorum in hoc ſtudio princeps ſua doctrina; & frequentibus circularibus diſputationibus Doctores omnes licet ante incognitos ſibi reddidit amiciſſimos, & ſcholaſticos ad circulos adeundos omnes effecit alacriores. Egregia vero facundia, ac moribus integerrimis & in repetendis lectionibus facilitate auditorium ſibi comparavit frequentiſſimum. Quarum rerum nullam penitus ſuam concurrentem conſecutum fuiſſe neminem praeterire remur. Sed quid de hac re, & hujus integritate ac ſufficientia loquimur, et ſi aliqui injuſte obloquantur, cum videamus prudentiam veſtram tantam eſſe, ut apud vos cuncta ſint exploratiſſima? . . . . Itaque veſtram humanitatem ſupplices precamur, ut veſtro paternali amore nos noſtramque utilitatem reſpicere dignemini, quam nos uberrimam ex iſto praeceptore in dialectica, & in philoſophia videmus eſſe ſuſcepturos, ut & fidem datam integerrime ſervetis, & ſtudentes potius facilitate veſtra allecti huc undique confluant, quam ſeveritate laeſi merita praeconia veſtra reticentes, hinc recedant.

Piſis die 19. Junii 1474.

Digitized by Google

generatum videtur, & de quo ſumma prorſus praedicavit Angelus Politianus, cum elegiam ſcripſiſſet de laudibus familiae Benivieniae. Dominico pater fuit Paullus, homo frugi & modeſtus, mater non minori virtute femina, quae ex nobili Brunionorum familia prodierat, fratres vero Antonius, & Hieronymus, quorum, praeſertim vero Antonii, plura extant monumenta, quae declarant ingenii excellentiam magnitudinemque. Dominicus Ariſtotelicae Platonicaeque philoſophiae, ac divinis rebus in primis operam navavit, et quod propter acumen occultiſſima perſpiciebat, Scotini & Magiſtri nomen obtinuit. Marſilius Ficinius ipſum Complatonicum ſuum nominat: ſaepe enim intererat illis Platonicorum coetibus, qui in domo Laurentii Medicei, cui erat cariſſimus, habebantur; & quod erat acer & acutus in cogitando, & ad dicendum expeditus, neque hoſpes erat in exemplis, in inſtitutis, atque in moribus veterum Rerumpublicarum, ut litterae ad ſcribendum ſic illi ad enodandas, quae proponebantur, quaeſtiones, ſtatim argumenta occurrebant. Tantus vir non citius ad Academiam venit an. 1779. nec diutius an. 1481. in ea manſit. Quanta diligentia munus ſuum expleverit facile eſt conjicere, & quae magiſtrorum vulgus ſolebat pueris tradere impolito orationis genere, ipſe eruditione, & aliqua etiam elegantia ornabat. Non ſane meliorem quaeſiiſſes. Poſt haec praefuit Xenodochio Piſcienſi, et Aprili an. 1491. per Laurentium Mediceum, cujus in voluntate acquieſcebat, in Canonicorum Laurentianae Baſilicae collegium cooptatus eſt. Vir humanitate, ſapientia, integritate antecellens florebat doctiſſimorum hominum amicitiis, tantumque illi tribuebant Joannes Picus Mirandula (1) et Hieronymus Savonarola, ut nihil ſupra. Vel illo tempore, quo opinionum vanitas, et inconſiderata ac prope demens temeritas torſit Savonarolae animum, hunc mini-

(1) Extat in operibus illius epiſtola ad Benivienium plena ſuaviſſimi ſtudii.

Digitized by Google

me deſeruit, & in omnibus rebus ſe acerrimum illius defenſorem praeſtitit. In quo magis illius credulitas, quae in optimi cujuſque mentem facillime quidem irrepit, quam culpa arguenda eſt. Vitam Florentiae finivit III. non. Decemb. an. 1507. ejuſque mortem eleganti Italico carmine deflevit ejus frater Hieronymus, qui ſane plurimum poeſi valebat. Quae reliquit ſcripta tota fere ſunt in virtute laudanda, & in hominibus ad virtutis ſtudium inflammandis (1).

Multos ſilentio praetereo, qui logicen circa haec tempora docuere, quorum nomina ſi noſcere cupis, in extremo volumine numerata

V v

(1) *En eorum index.*

Tractato di maeſtro Domenico Benivieni Prete Fiorentino in difenſione e probatione della dottrina e prophetie predicate da Frate Jeronimo da Ferrara nella ciptà di Firenze. In Firenze per Ser Franceſco Buonaccorſi a dì 28. Maggio 1486. in 4.

Dialogo di Maeſtro Domenico Benivieni Can. di S. Lorenzo della verità della doctrina predicata da Frate Jeronimo da Ferrara nella ciptà di Firenze. In Firenze *ſine nota anni & typographi. Extat alia Benivienii defenſio pro Savonarola in Praefatione, qua incipit liber ipſius Savonarolae inſcriptus:* Della verità della Fede Criſtiana ſopra il glorioſo trionfo della Croce di Criſto; Firenze 1497. & 1516. in 4.

Scala Spirituale ſopra il nome della B. Vergine.

Epiſtolae v. morales. *Extare dicebantur apud Samminiatos Florentinos.*

Lucerna Religioſorum, & Commentarii in ſacros omnes Eccleſiae Hymnos. *Hujus operis mentionem fecit Benedictus Riccardinius in epiſtola, qua Benivienio ipſi nuncupavit Senecae tragoedias editas a Philippo Juncta an.* 1506.

Sonetto. *Extat inter opera Hieronymi Benivienii edita a Philippo Juncta Florentiae 1519. p. 120.*

Joannes Neſſius (Orac. nov. Saec.) *ait Benivienium confeciſſe librum ſane aureolum* de Fide, & *affirmat Ferdinandus Meliorius* (Firenze illuſtr. p. 182.) *ipſum ſubtiliter ſcripſiſſe de rebus philoſophicis, quas arripuit, non diſputandi, ut magna pars, ſed vivendi cauſſa.*

invenies. Tum, non ſecus ac Zenonis ſchola quaedam, celebrabatur Carmelitarum familia, quia ex ea plures acuti Dialectici prodierant. Quod ad nos ſpectat praeter Joannem, de quo paullo ſupra diximus, quique Dialecticorum coriphaeus appellabatur, ejuſque collegam Orlandum, qui e vita ceſſit an. 1508. obtinuimus ab illa Florentinum hominem nomine Angelum, cognomine autem de Cataſtinis. Cum illum an. 1483. quo primum tempore ad Academiam venit, diſputantem audiviſſet magnus ille ingeniorum aeſtimator Laurentius Mediceus, gratulatus ipsi eſt, quod non imitabatur Scholaſticos illos, qui pervulgata praecepta, & barbara quaedam verba tenebant mordicus, quae dum ſibi avelli ex ore nolebant, horridiores evadebant, asperiores, duriores oratione & moribus. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem ſugiens Angelus, non probaſſe videtur differendi ſpinas, habebatque ſaepe in ore Platonem, Ariſtotelem, alioſque Graecos philoſophos, quos diſcipulis ſuis ſtudioſe & diligenter tractandos magnopere cenſebat. Ad vitandam Scholaſticorum barbariem plurimum quidem conduxit Graecarum litterarum & geometriae ſtudium, quod Angelus tantum excoluit, quantum licuit per religioſum hominem, cui minae proponebantur, ſi a majorum inſtitutione atque diſciplina diſceſſiſſet. Tanta cum eſſent in inſtrumento ac ſupellectili Carmelitae noſtri, miror equidem minime curaſſe Florentinos Patres, ut ipſe diutius (non enim ultra annum fuit) in Academia maneret. Diu quidem Florentiae fuit, & in Florentinorum Theologorum collegio, quod in divinarum quoque rerum ſcientia excellere judicabatur, principem locum obtinuit. Non contentus iis exercitationibus, quae umbratiles dici poſſunt, quaeque ludus erant homini magni ingenii, neque communium litterarum, quaeſivit armatos adverſarios, qui eſſent & feriendi & repellendi. Scripſit enim polemica quaedam ad coarguendos errores recentiorum quorumdam haereticorum, eaque tum Romae, tum Venetiis edita fuiſſe dicuntur.

Ipſum ab Academia diſcedentem excepit Angelus a Spoleto, qui ex diſciplina Petri Leonii medici & philoſophi clariſſimi prodierat, & quocum patriam communem habebat. Cum hunc Leonius ipſe com-

mendaret Florentinis Patribus, confidentiſſime ait, magno ingenio praeditum eſſe, neminique, praeter quam Coenobitae Albo, cui omnes libentiſſime faſces ſubmittebant, in ſuo exercendo munere ipſum conceſſurum (1). Quo ille majora ac mirabiliora praedicavit, eo major Gymnaſiarchas expectatio tenuit, cui ſic ſatisfecit Spoletinus ille, ut ſcientia aetatem praecucurriſſe judicata fuerit. Pro eo ab aliis Academiis invitatus fuit, ejuſque nomen magna fuit apud multas in gloria.

Quis erat illius aetatis hominum, qui quemquam eorum, qui paullum ingenii acumine valebat, non ſummis efferret laudibus? Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt, ut eos non perpetiar ac perferam; quin immo quaſi in illorum lance ſaepe ponere ſoleo praeconia, quae magiſtris noſtris tribuo. Si ſecus facerem, nulla ferme hujus hiſtoriae dignitas eſſet, ſed ſumma deformitas. Quare non dubitabo mea jungere ſuffragia summis, quas tribuunt, laudibus Dominicanarum rerum ſcriptores Martino e Janua, qui ex illorum familia erat, quique anno 1495. ad nos venit logices Magiſter, hancque facultatem per bien-

(1) Magnificis Dominis Officialibus almi Studii Florentini & Piſani. Voſtre magnificentie per loro gratia ſe ſono degniate condurre maeſtro Agnolo da Spuleto mio allevato ad Logica ordinaria; manderà el mandato ad acceptare: & oltre ad ciò io ringratio V. M. & cognoſcerò queſto benefitio eſſere conferito in me: & oltre a ciò non dubito che ſatisferà al biſogno, & che non abbi lecto per altro tempo, ſolo gli manca l'autorità, ma non doctrina al pari di qualunque altro abbia lecta ſimile lectione del Frate Bianco in fuora. Benchè non dubito doververe eſſer date ſinixtre informationi per le emulationi e concorrentie, che ſono nello Studio: prego niente di meno V. M. quando alcuna ſimile informatione veniſſe, gli piaccia obſervare chi ſono coloro che parlino, & vedere. El ſucceſſo ſuo, ſe io non m'inganno, ſarà tale, che V. M. col tempo ſe ne averanno a contentare. Non alia ec.

Pier Leonus Spoletinus.

nium docuit. Auctor eſt Silvanus Razzius haud pauca illum reliquiſſe ſcripta ipſam logicen reliquaſque philoſophiae partes mirum in modum illuſtrantia. Plures alii fuerunt, qui ſcriptis ſuis ſcientiam & perſpiciendi quid in quaque re ſit, & judicandi quale quidque ſit, ac ratione & via disputandi provehiſſe putabantur, ſed in tanta multitudine Dialecticorum (ſeptem enim ſexve interdum fuerunt, qui uno eodemque tempore ſive Ordinarii, ſive Extraordinarii magiſtri hanc facultatem docerent) cum perpauci exſtiterint, qui ea, quae explicare volebant, ulla arte diſtinguerent, atque exornarent, fortaſſe non improbabis omnino Epicuri ſententiam, qui Dialecticos philoſophorum nomine indignos arbitrabatur. Sed quae fuerunt hominum & temporum vitia, non ipſius facultatis fuiſſe judicabis; & cum nunc non unus ſit Dialecticus, qui

..... *praeclare, & recte ſophos, illeque vere* (1)

praecepta tradat, non parvi duces artem, in qua ſunt maxima ad reliquas artes addiſcendas atque exercendas momenta.

---

(1) *Apud Cic.* lib. 2. de Fin.

CAPUT X.

De Medicinae Magiſtris

NAturalis philoſophiae quaſi alumna Medicina nunc putatur, quamvis illi ortum dederit. Coeperunt enim homines primum in illa inquirere, quae iis utilia, deinde in ea, quae ſcitu jucunda eſſent. Theophilus Graecus auctor nobiliſſimam hanc artem in theoricen practicenque dividit, theoricenque rurſus in cauſſarum ſignorumque rationes, hoc eſt, phyſiologicon, aetiologicon, ſimioticon; item phyſiologicon in elementa, humores, complexus, particulas, poteſtates, officia. Sic aetiologicon in cauſſas praevertentes, praevias, continentes, quae procatarctica, proegumena, ſynectica vocat. Simioticon rurſus in praeſentium diſcerniculum, futurorum praeſagium, praeteritorum memoriam. Practicen denuo ſalubrium eſſe dicit, & eorum, quae curam deſiderent, alterumque hygie non, alterum therapeuticon appellat. Quod quoniam in victu, medicamentis manuque fit, nunc diaeteticon, nunc pharmaceuticon, nunc chirurgicon. Quod autem victu curat, aut ſenectutem gubernat, & gerocomicon, aut defectus reficit, & analepticon, aut noxam praecavet, & prophylacticon appellatur. His Graecis nominibus variae medicinae partes, in quas ipſa diſcerpebatur, variaque illius munera diſtinguebantur. Quanquam autem huic ſcientiae omnibus temporibus hominum ſalus propoſita fuerit, medicorum tamen variae diſcrepanteſque ſententiae multum inter ſe diſtantia effecerunt genera medendi, ut quae paucis ante annis in honore fuerunt, ſubito viluerint, & quae ſalutaria paullo ante

Digitized by Google

putabantur, paullo poſt inania, & vel etiam ridicula exiſtimata fuerint. Credibile quidem eſt, cum primum homines intellexerunt corporum ſaluti conſulendum eſſe vel propriis, vel alienis obſervationibus, minime in otioſis verſatos eſſe meditationibus, ſed quaeſiiſſe in ipſa natura, duce experientia, quae ſalutifera, & noxia eſſent. Hujus rei plura exempla ſunt in Homero, omnium fere antiquiſſimo ſcriptore, ex quo, ut & innumera alia, quis etiam diſcere poteſt veram medendi rationem, cum medicinae pars nulla ferme ſit, cujus ille non meminerit. Quidquid vero arte fieri potuit, quidquid elaborari ad medicinam optime conſtituendam, id ſummo ſtudio conſecutus eſt Hippocrates ille Cous, qui ob artis peritiam Aeſculapii filius dictus eſt, cujuſque placita etiam nunc tanquam ex oraculo Apollinis Pythii edita putamus. Neſcio autem quo fato utiliſſima ars, quae ab ejus ortu, conſequentibusque temporibus non ſolum inſtructa, ſed etiam ornata dexteram tendebat aegrotis, cum iis nil praeſcriberet aliud, niſi quod notatum erat obſervatione diuturna, confirmatumque experientia, ad leves res, ad fictas etiam & commentitias paullatim deflectere coepit, & brevi ita deformata & inquinata ab illis fuit, qui ſuis inventis ſuiſque hypotheſibus illius dignitatem ſe aucturos pollicebantur, vix ut ullam ipſius imaginem, & veſtigium ullum veteris conſuetudinis, inſtitutorumque majorum reliquerint. Omnia tribuebant humido, ſicco, calido ac frigido, qui diu nimium in ſcholis dominati ſunt Arabes[1], omnia fermentationibus, atque acrimoniis, qui illos conſecuti ſunt Chemici; erant qui in ſtricto laxoque cognoſcendo, atque curando omnem ponerent artem; fuere demum, ut de innumeris aliis medicorum ſectis ſileam, qui univerſam medicinam ex mechanices principiis pendere adeo arbitrati ſunt[2], ut cognitis motus legibus, facile eſſet morborum noſcere cauſſam atque naturam. Omnibus quidem artibus volumus attributam eſſe, quae communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio praeſunt, debent habere; verum ipſa niſi dominabitur in Medicina, actum erit de hujus dignitate, & ineptam, & garrulam, & odioſam, & ho-

minium vitae periculoſam ſcientiam eſſe minime affirmare dubitabimus. Nam cum non bene provisa, & diligenter explorata, & diuturno conſtantique confirmata uſu principia poſita fuerint, univerſa, quae ſuperſtruxeris, corruere neceſſe erit.

Jam ſi quaeras quod medicinae genus maxime probaretur hominibus illorum temporum, de quibus ſcribimus, non facile ſtatuemus. Perpauci ſane erant, qui Hippocraticam medicinam excolerent, plerique vero ajentes

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt,
Videre, ſed etiam illa, quae futura ſunt,
Proſpicere (1),

vel caeli ſcrutabantur plagas, ut morborum cauſſas & remediorum vim invenirent. Multa praeſcribebant inepta, ne dicam dolo, atque abſurda, & praeceptorum pleni, quae nec ratio, nec experientia confirmaverat, cogebant ſaepe credulos aegrotos argentum & vitam perdere. Quoniam igitur magna nobis penuria eſt ſapientum medicorum, neminem fore arbitror, qui a nobis exigat, ut diu in eorum vitiis declarandis immoremur, et quae ſcriptis mandarunt, diligenter inquiramus. Deus nobis mentem meliorem dedit, ut nil rectum ducamus, niſi quod cum aliqua utilitate ſit conjunctum.

Profecto minime remiſſus fuit Laurentius Mediceus in inquirendis medicinae Magiſtris, qui suae Academiae decus & dignitatem afferrent. Principio ex alienigenis terris quatuor advocavit magnis mercedibus, quorum tres Alexander Sermoneta, Albertinus a Cremona, & Joannes ab Aquila theoricam, Stephanus vero a Mediolano practicam medici-

(1) Terent. Adelph. A. III, S. III.

nam docerent. Ille prior patre medico, domo Senenſi natus erat, & antequam ad nos e Peruſino Gymnaſio veniret, probaverat medicinae ſtudioſis ſuam doctrinam, exarato commentariolo in *Conſequentias* (ſic opus inſcribitur) Rodulphi Strodi, quod commentariolum poſtea anno 1488. Venetis typis impreſſum fuit (1). Quatuor continuos annos Piſis suum munus exercuit diligenter, inde Patavium tranſiit, nec defuit cura Academiae Praefectis illum revocandi, cum pridie Kal. Sext. an. 1481. decretum feciſſent: *Conducatur M. Alexander de Sermoneta ad practicam & theoricam medicinam pro duobus annis cum ſalario Florenorum DC. & ultra, quantum videbitur Laurentio de Medicis uſque ad Florenos DCC.* Reſpondit ipſe, ſua in poteſtate non eſse relinquere Patavinum Gymnaſium, eſſeque jucundum, quod ſui nominis celebraretur memoria, nihilque tam cupere, quam ut Laurentius Mediceus ſuam conſuetudinem in patrociniis tuendis eorum, qui philoſophiae ſe conſecraverant, ſervaret. Dum Patavii erat, ſcripſit *Conſilia medica* quaedam, quae extare cum Georgii Hieronymi Velſchi *Conſil. Medicinal.* teſtatur Jo. Jacobus Mangetus (2). Laboribus praeteritis gaudens, & praemiis, quae ab iis accepit, e vita ceſſit anno 1486.

Albertinus Cremonenſis non uberes adeo laborum ſuorum fructus colligere potuit, quod impedivit mors. Hanc enim obivit Piſis anno poſt quam ad illas venerat. Hujus rei monumentum extat in S. Catharinae Aede, in quo haec legitur inſcriptio.

Albertino Cremonenſi Phyſico, Medicina, Theologia, & ceteris liberalibus artibus exculto Albericus ejus nepos bonorum & virtutis he-

(1) Extat illius manu ſcriptus Codex Florentiae in Riccardiana bibliotheca.
(2) Bibliothec. Script. Med. Tom. II. P. 2. lib. XVIII.

heres, hoc ſepulcrum faciendum curavit. Obiit anno Sal. MCCCCLXXIV. *die X. Sept.* Vir ſane erat non modo doctus, sed & antiqua fide & moribus, illam prae ceteris laudem eximiam putans de omnibus gentibus benemereri, & opem indigentibus ſalutemque ferre. Itaque cum eum ſalvere juſſiſſet Marſilius Ficinius, appellavit *Doctrinae & honeſtatis exemplar* (1). Arriſius & Borſettius, ille alter in ſua *Cremona Literata*, alter vero in sua Ferrarienſis Gymnaſii hiſtoria dubitationem movent, num Albertino noſtro ſint tribuenda opera quaedam medica *de hydrope*, *de doloribus colicis*, *de peſtilentia*, *de mulierum pulchritudine*, ſed lubet nobis quod eſt dubium, id relinquere incertum (2). Illa quidem plurimae commentationis, & exercitationis indiguere, & ad utramque rem aptiſſimus erat Albertinus.

In medicorum principibus numerabatur quoque Joannes Aegidii Aquilani filius. Sexennium apud nos ſalutarem artem docuerat, cum in morbum incidit, cujus cauſſam cum tribueret naturae loci, ac caeli Piſani, quod craſſum ſane tum erat, inde abeundi veniam obtinuit. Aliae & fuerunt cauſſae illius diſceſſus. Majoribus praemiis, quamquam illi penderentur D. Floreni, invitabatur a Patavinis, nec pati poterat competitorem Luchinum Gerlam Ticinenſem, cum neſcio quid invidiolae inter eos exortum fuiſſet. Erat enim illius ſaeculi labes quaedam & macula aequalibus invidere. Contemnebat Joannes differendi elegantiam, confuſe loquebatur, honos tamen ei habendus erat, cum recta ſentiret, idque intelligi poteſt ex ejus opere *de ſanguinis miſſione in pleuritide*, cujus ceteros inter meminit Joannes Jacobus Mangetus (3). Porro Academiae Praefecti ni-

X 2

(1) Lib. I. epiſt. 108.

(2) *Vide Mazzuchellium* Tom. I. p. 323.

(3) Tom. I. p. 2. Lib. I. p. 565. *Editum illud opus fuit Venetiis apud Haeredes Octaviani Scoti* 1520. *Diu vero nimium iis temporibus diſputatum eſt*,

hil non egerunt, ut illum Piſas revocarent, & ad nos uſque pervenerunt plura ad hanc rem ab ipſis obſignata decreta, ſane honorificentiſſima & liberaliſſima, quae tamen, ut & amicorum ſtudia minime Joannis animum moverunt. Illa quidem declarant quantum illius tribueretur doctrinae, neque alia deſunt teſtimonia, quae ita celebrant Joannem tanquam alterum Aeſculapium & quaſi medicinae Deum (1). Cum ſuis ſe laudibus conſolari poſſet, vixit ad ſeptuageſimum uſque aetatis annum, & praeclare acta vita perfecit, ut fatis ſuperque vixisſe ad immortalitatem nominis conſequendam videretur.

Quem poſtremo loco ſupra nominavimus Stephanus de Mediolano claro Turianorum genere natus erat, & Antonium patrem habuerat. Bononiae praeſertim inſtitutus fuerat, qua in urbe & logicen &

---

num in pleuritide ceteriſque morbis inflammatoriis vena ſecanda ſit, nec defuerunt graves auctores, qui utrique ſuffragarentur ſententiae.

(1) *Vid. ea apud Toppium* Biblioth. Neap. p. 114. *& apud Bartholomaeum Chioccarellium* de illuſtribus Scriptoribus Neapolitanis. *Inter ea commemorandum videtur epithaphium, quod ſcripſit Bernardinus Cyrillus.* Hunc quem vides titulum, bone hoſpes, erexit Cyrillus docto viro cognomento de Aquila. qui diſciplinarum omnium inſtructus praeſidiis, doctrina, gravitate, & ingenii praeſtantia clariſſimus, in Italia ſuggeſtis philoſophorum, medicorumque dogmata erudita facundia interpres, uſque adeo ſe ſumma nominis auctoritate celebrem reddidit, ut apud maximos Italiae proceres inter ſui temporis medicos primarios ſit relatus. Prodiere ex ejus Gymnaſio Auguſtinus Niphus, Marcus Antonius Zimara, Hieronymus Accorambonus, Ju. Laurentius Sentinas, & alii quamplurimi ea aetate florentes viri, nunquam celebritate nominis interituri. Extant exactae ejus doctrinae monumenta, quae in ſui admirationem doctos viros convertunt. Obiit fere ſeptuagenarius, dum publice Patavii profiteretur. Ejus praeclaro nomini debent plurimum cives & patria: *Salvator Maſſonius* de rebus Aquilanis. *In ejus ſepulcro, quod Patavii extat in S. Juſtinae Templo, haec poſita fuit inſcriptio.* Ioanni Aquilae Patri pientiss. dolentes Filii pos. hic cineres; adiit melior pars aſtra Joannis: mirum qui potuit! Sed Jovis ales erat.

phyſicam docuit, ante quam ad nos veniret. Rediit & ad ipſam ab Academia noſtra exeunte anno 1479. diſcedens, quae peregrinatio non ſine illius emolumento fuit. Porro vir praeſtans virtutis & ſapientiae gloria putabatur, eique maximam gratiam Florentini Patres habuere, quod medicinam & docens & exercens multis ejus opera ſalutaris fuerit (1). Venit aliquando medicus ad Chriſtophorum Landinium, & cum eo de humanis rebus ſic locutus dicitur, ut ſi quid tale acciderit, ut a Deo denunciatum videatur, ut exeamus e vita, laeti & agentes gratias pareamus, emittique nos e cuſtodia & levari vinculis arbitremur. Quae ipſe aliis praecipiebat, executus eſt, & cum Bononiae VI. Id. Aprilis an. 1494. mortem obiiſſet, eo fuit animo, ut horribilem illum diem aliis, ſibi fauſtum putaverit. Nemo enim erat illo integrior, & religioſior, habebatque in Antonio Turiano gentili ſuo magnum ſanctitatis exemplar, cum hic dignus judicatus fuerit, cui Beatorum honores decernerentur.

Inter hos medicos interjectus fuit Luchinus Joannis de Gerlis Ticinenſis filius, qui cum ad nos veniſſet anno 1474. eodem illo anno & logicen & medicinam docuiſſe videtur. Satis in eo fuiſſe animi & conſtantiae ex hoc conjicere poſſumus, quod erat ad dicendi licentiam liber, & quod per viginti uſque continuos annos operam ſuam tribuit Academiae, cum extremo tempore ipſi pro mercede penderentur Floreni DCC. Niſi magna in eo doctrinae vis fuiſſet, fortaſſe minime tuliſſent Praefecti ejus ad rixas concitum animum, quem nec minae, nec mulctae pacare potuerunt. Erat vero diligentiſſimus in exequendis iis

(1) *De eo hoc Italicum ſcriptum epigramma fuit*:

Altro Eſculapio, Ippocrate e Avicena
Fu l'almo maeſtro Stefan della Torre,
Natura alle ſue cure mai potè opporre,
Conobbe il polso, l'orina, e la vena.

rebus, quae ſui muneris erant, & saepe ad nobiliſſimos aegrotos curandos vocabatur. Extant Florentiae in Magliabechiana Bibliotheca ejus *Remedia varia ſcripta an.* 1506. *a Junctinio* quodam, ex quibus cognoſcere poſſumus omnium tum morborum genera vel a frigido, vel a calido, vel a ſicco, vel ab humido repeti, & quam facile temeritas, vel nimia credulitas cum ſapientia commiſcerentur, & quam ſaepe caſus ad conſilium admitteretur. Filium habuit nomine Joannem, qui an. 1502. patris ipſius commendatione, ad extraordinariam medicinae cathedram evectus fuit; ſed hic patris gloriam minime aequavit, quia fortaſſe minus audebat, ac minora pollicebatur.

Quidquid in aliis medicis laudaveris, id omne dicebat ſuum Petrus Leonius, ſic ut gloriae, quam adeptus erat, ſocium aut neminem, aut perpaucos haberet. Natus ille Spoleti patre Leonardo ad Academiam Roma (1) accitus eſt an. 1475. medicinae magiſter cum ſtipendio Florenorum CD. Minime adduci potuit, ut ſineret ultra annum iſtud munus ſibi prorogari, quod aegre ſane tulerunt tum Gymnaſiarchae, tum medicinae ſtudioſi. Illo enim docente, nulla illuſtrior ſchola eſſe

(1) *Illius litterae ad Praefectos Academiae id declarant.* Magnifici viri. Ex Domino Franciſco de Vaſconibus, nec non ex Magiſtro Andrea intellexi quemadmodum M. V. placuit me conducere in Piſano Studio ad medicinam legendam, quod ut mihi pergratum accidit, ita iisdem immortales gratias ago pro tanto in me beneficio. Proinde quidquid illi veſtro numine promiſerunt, ego ratum habeo, atque in me recipio: venturus in tempore, hoc eſt in principio anni novi Scholaſtici, ut & officio meo, & veſtrae de me expectationi pro viribus ſatisfaciam. Bene valete. Datam Romae die VIII. Julii 1475.

Veſter quantus eſt
Petrus Leo de Spoleto Artium
& Medicinae Doctor.

putabatur. Quare vehementer actum eſt de illo recuperando, idque mandatum fuit Soderinio Volaterranorum Epiſcopo, dum an. 1480. Romae Florentinorum legati munere fungebatur (1). Quod tum obtineri minime potuit, obtinuit biennio poſt Laurentius Mediceus, cujus officiis, & amplitudine etiam ſtipendii, quod ad M. Florenos pervenit, factum eſt, ut homo, in quo ſumma erat inconſtantia & ambitio, per totum quadriennium operam ſuam Academiae tribuerit. Poſt id tempus Romae fuit, quam in urbem tanquam in portum non inertiae, neque deſidiae, ſed otii moderati atque honeſti, ſe confugiſſe dicebat.

---

(1) Mandatum Epiſcopo Volaterrano. Gionta che ſia V. Reverenda S. a Roma, ſtimiamo verrà a viſitar quella Maeſtro Pier Leone da Spoleto medico ex officio, & non venendo gnene darete per voſtra ſingolare humanità occaſione; & venuto ſarà, V. S. quid alind ageos dextramente faccia mentione d'adoperarſi, cha ſia da noi condotto per lo Studio di Piſa, ſe aveſſi l'animo diſpoſto; & coſì nel parlare lo verrete dextramente examinando di ſua intentione. La ſua buona doctrina è notiſſima per experientia, & il mancamento che abbiamo di Doctori in pratica di medicina c'impone neceſſità & deſiderio d'averlo etiam nel preſente anno per ſuſtentare l'honere & la reputatione dello Studio di Piſa. Ma noi vorremmo lo intendeſſi lui, acciò non ci coſtaſſi più che il dovere. Altra volta ebbe da noi Fiorini 400. di Studio l'anno, & Maeſtro Andrea d'Alexandria ſuo Procuratore ca l'offeriſce per 600. pur di Studio; ma noi ne vorremmo dare 550. perchè è male il modo a potere più oltre ſpendere. Pare non ſi potendo fare altro, facciaſi il salario a fiorini 600. di Studio, & fermatelo per due anni certi, & un altro a noſtro piacimento, o almeno per uno fermo & uno a beneplacito. Conchiudete che quanto più preſto ſi può venga, e ſi rappreſenti a Firenze per andare a Piſa, e prometteteli ſopra di noi, che ſubito alla ſua giunta gli faremo la condotta ſecondo ne avviſerete per voſtre lettere: Facendo di patto che cominci a guadagnare il dì che comincerà pubblicamente a leggere nello Studio di Piſa; & ſia pagato per tante lectioni quante leggerà a ragione di 550. l'anno, quante ſi uſano leggere in detto Studio; & non ſendo lui contento a queſto patto,

Rediit tamen aliquot poſt annos ad ſcholaſticas occupationes, lenocinante liberaliſſimo ſtipendio, quod illi Academiae Patavinae Praefecti obtulere. Ac fore tempus iſtud arbitrabatur, quo poſſet animum ad praeclara ſtudia referre, & eas artes, quibus a puero deditus fuerat, cum ſui nominis fama celebrare (1). Verum qui locus quietis & tran-

conchiudete con minor danno ſi può, benchè giuſto pare, che ſi paghi ſolo per quello che leggeſſe. Et ſe nella promeſſa di V. S. a parole non gli pareſſi eſſer tanto cauto, perchè ſono ſoſpettoſi ſimili Doctori, abbiamo facto ſapere a Giovanni Tornabuoni, che ogni volta gliene darete notizia, ne facci fare a detto M. Pietro Leone ſicurtà dal Banco a Roma. Queſte ſono le parti ſubſtantiali: le altre conditioni della condotta saranno con quei privilegj, favori, obblighi, pene e prejudicj, honoribus, & oneribus, che ſono ordinati per li altri Doctori, & consueti in detto Studio. Tutte queſte coſe con quella preſtezza vi permetterà l'obbligo della voſtra Legatione, & per quella comoda via & migliore modo, che la voſtra ſpectata prudentia & ſingolare affectione alle coſe dello Studio & alla propria patria exequirete, che di tutto vi faremo honore, rimettendoci alla ſapientia & fede di V. R. S. Florentiae die XIII. Novembris 1480.

(1) *Petrus Pandulphinus Florentinorum ad Summum Pontificem Legatus haec Roma de Leonio ad Laurentium Mediceum scripſit*. Maeſtro Piero Leoni ſtamani è ſtato meco, & m'ha detto eſſere conducto a Padova per due anni, & non a beneplacito con promiſſione di due mila d'oro l'anno, & ha accettato il partito con intentione, ſe non gli ſia dato moleſtia, di medicare a Venegia . . . . Queſto partito ha preſo volentieri, & dice che ſi partì di Piſa con animo di fare queſto, ma poi per juſtificatione ſua ha voluto ſtare otioſo queſto tempo. A Piſa gli parve, mentre vi ſtette, eſſere male trattato dagli Officiali, & narra molte coſe in particolari, e che di lui non ſi teneva quel conto, che gli pareva meritare. Lodaſi di voi aſſai, e dice che gli pareva d'eſſer riducto a terminare, che ciò che gli era facto di bene, ſolo ſi poteva dire che foſſe per opera voſtra, & non che le conditioni ſua lo meritaſſino. Intende di moſtrare ſe in lui è virtù o ſufficientia, & laſciar qualche nome di ſe. E queſto eſſere ſtato

quillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximae moleſtiae & turbulentiſſimae tempeſtates exſtiterunt, quemadmodum ex Angeli Politiani litteris ad Laurentium Mediceum intelligi poteſt (1). Quare ille veterem amicum hortari non deſtitit, ut in Etruriam rediret, quod ſe facturum negavit. Recuſare tamen non potuit Leonius Laurentio ſuo, ut illum aeſtate an. 1492. aegrotum inviſeret, qua ex aegritudine cum ille obiiſſet, hic casus morti Leonii cauſſam dedit. Submersus eſt enim putei aquis, qui erat proximus villae, in qua Laurentius vitam finivit. Cum hoc veriſſimum ſit, facile concedo, ut qui inter ſe diſſentiunt, num Petri Laurentii filii juſſu, num famulorum morte domini nimium dolentium vi, num ſua ſponte id acciderit, exiſtiment quid velint. De hac quoque re plura tetigimus in Laurentii Medicei vita, quare ad illud volumen Leonii rerum ſtudioſos inquiſitores delegamus. Porro non facile invenies hominem, de cujus vita opinionum diſſenſione adeo inter ſe certent ſcriptores. Nec facile illud conceſſerim inter Archiatros Pontificios ipſum numerandum, cui ſententiae fortaſſe cauſſam dedit, quod Innocentius VIII. qui ſaepe aegra valetudine erat, quique plurimum tribuebat Laurentii Medicei conſiliis, Leonium Romae commorantem, & ſalutarem artem exercentem conſu-

---

in ſegreto più tempo far la volontà ſua, & ſe non l'ha paleſata, ha fatto a buon fine: eſſi ſcuſato meco, affermando che dove ſarà, ſarà ſempre voſtro. Poſt. id. Quint. 1491.

(1) *His verbis Politianus ad Laurentium Mediceum ſcripſit*. Meſſer Piero Leoni è ſtato in Padova molto perſeguitato, & non è chiamato nè quivi, nè in Vinegia a cura neſſuna. Pure ſia buona ſcuola, & ha la ſua parte favorevole; hollo facto tentare dal Co. del ridurſi in Toſcana. Credo ſarà in ogni modo difficile. In Padova ſta mal volentieri, & la converſatione non li può diſpiacere, ut ipſe ait. Negat tamen ſe velle in Thuſcia agere.

lueſit, quid ſibi faciendum eſſe cenſeret. Minime quoque conſtare videtur, quae ipſe ingenii monumenta reliquerit. Sunt qui illi tribuunt *Tractatum* quemdam *de Urinis*, *Commentaria in Galenum*, *Commentariolum de rebus mathematicis*, *opuſculum de annulis*, *aliſque ſignis magicis*, *ſynopſin de hominis natura*, *& varia opuſcula*, quae omnia extare perhibentur in Vaticana Bibliotheca. Affirmat quidem vir amiciſſimus et plane litteratus Cajetanus Marinius (1) aſſervari in Vaticano Tabulario catalogum operum Leonii tum editorum, tum ineditorum, ſed huic minime fidendum eſſe, quod confectus fuerit ab Alphonſo Ceccarellio homine mendaciis tantummodo noto. Ambigi quidem minime poſſe videtur fuiſſe Leonium, prout illa ferebant tempora, medicum ſummum. Nam, ut ait Jovius in illius elogio, *multo acumine perſpicacis ingenii*, *eruditaque facundia inter medicos primus fere prolato Galeno*, *verum medicinae limen aperuit*, *cum in clariſſimis Italiae Gymnaſiis profitendo*, *exercendoque artem ſumma nominis auctoritate*, *non ex foeculentis Arabum lacunis*, *ſed ex puriſſimis Graecorum fontibus haurienda praecepta artis*, *atque remedia docuisset*. Neque Galenicae ſolum, ſed etiam Hippocraticae medicinae, quod majus eſt, ipſum ſtudiosum fuiſſe illud declarat, quod a Marſilio Ficinio vehementiſſime petiit, ut quosdam divini ſenis libros e Graeca in Latinam linguam converteret, quod ne tum faceret, ſe ab iis impediri reſpondit Marſilius, quae de Platonicis habebat in manibus. Conjunxerat cum medicina philoſophiae ſcientiam, quapropter a Ficinio ipſo laudatur, quod teneret omnem Platonicam & Ariſtotelicam diſciplinam (2), a Raphaele Volaterrano, *quod doctrinarum omnium cu-*

(1) Degli Archiatri Pontificii Vol. I. p. 198.
(2) Lib. VI. c. I. de animorum immortalitate.

Digitized by Google

curioſus & ſobrius judex eſſet, (1) atque a Sannazario (2)

Che del mondo ſapeſſi ogni cagione.

Ad id eloquentia non parum valebat, quare minime eſt mirandum, ſi Laurentius Mediceus, magnus ingeniorum aeſtimator, illum cariſſimum haberet, eoque non ſolum medico, ſed etiam amico uteretur. Videri quidem poteſt haec ingenii ornamenta turpaſſe ſtudiis, quae impendit in aſtrologiam, & magiam, ſed haec illa aetate non parum valebant ad famam colligendam, tanta erat hominum credulitas. Dum gloriabatur ſe tenere inaniſſimam divinationis artem, amicis ſaepe affirmabat, ſibi ſubitae mortis periculum in aqua portendi, quod ut vitaret, nec mari, nec fluminibus, niſi cogeret neceſſitas, ſe committebat. Sed fata, ut leviſſimorum hominum more loquar, ubique viam inveniunt, & ejus vitae exitus divinationem confirmavit.

Si quiſquam fuit, qui placere ſe ſtuduerit medicinae ſtudioſis, & minime aequales laedere, in his porro Bernardus Tornius nomen profeſſus eſt ſuum, de quo, quod ſatis ſupra diximus, nunc tacendum putamus (3). Ejus exemplum minime imitatus videtur Mazingus Paradiſius, qui propterea ab Academia vere an 1479. motus fuit. In il-

(1) Comment. Urb. lib. XXI.

(2) Rime pag. 412. edit. *Cominianae*.

(3) *Illud addemus unum extare Florentiae in Riccardiana Bibliotheca ejus opuſcula medica, & vulgata fuiſſe quae hos prae ſe ferunt titulos*. De natura ſuccus abſynthii, & an proſit in febribus quartanis. Concluſiones circa materiam de febribus. Propoſitiones quaedam de mala complexione diverſa & aequali. Arbor de qualitatibus, ac deinde de calido. Relatio anatomica ad Praetorem. Epiſtola ſupra quibusdam dubiis circa motum. Epiſtola ad Magiſtrum Franciſcum Ninum ſuper quadam quaeſtione de phlebotomia & pharmacia. Quaeſtio de reduplicatione corporum. Diſſertatio

jus locum ſucceſſit Chriſtophorus, Petri Franceſcii nobilis Aretini filius, qui tum philoſophiam docebat, cujuſque nomen clarum fuit non in Etruria ſolum, ſed etiam Romae, qua in urbe medicinam & docuit, cum per Leonem X. Archigymnaſium Romanum inſtauratum eſt. Vir ingenio prudentiaque acutiſſimus, exercitatione & praeteritorum memoria praeditus, atque futurorum providentia callidus eſſe putabatur; dignus omnino, cujus memoriam exciperent omnes anni conſequentes, quamvis literam nullam relinqueret. Vincebat etiam omnes eloquentia, ob quae merita nunquam Gymnaſiarchis defuit ejus dignitatis & fortunae augendae voluntas. Manſit apud nos ad totum uſque annum 1500. quo tempore in patriam rediit, ut illi quoque conſuleret. Ea quae faciebat, quaeque dicebat multitudini grata eſſe volebat, & cum menſe Junio an. 1502. omnia in Italia miſcente Caeſare Borgia, civitas defeciſſet a Florentinorum imperio, Chriſtophorus in perduellionis criminis reos relatus eſt. Hujus rei monumentum extat in Academiae actis, & ſi id peccatum eſt, peccatum imprudentia eſt eorum, quibus intollerandum videbatur Florentinorum jugum. Si quidem excutere potuiſſent, nihil fortius; ſed talis rei exitus fuit, ut ii impudentiam magis, quam potentiam ſuam profeſſi fuerint. Et poenituit quidem Chriſtophorum talia molitum eſſe adverſus Florentinos, a quibus ſingularibus beneficiis affectus fuerat. Poſt haec pacatiora ſtudia coluit, nec Romano ſolum, ſed etiam aliis Gymnaſiis lumen ingenii ſui oſtendit. Obliti Florentini praeteritarum injuriarum, menſe Novembri an. 1516. illum iterum Piſas vocarunt ad docendam theoricam medicinam cum ſtipendio Florenorum D. auri lati, ut loquebantur, & in auro, & an-

---

ſuper hac concluſione: Nulla ſanitas ſemper eſt ſanitas ſimpliciter, ad Magiſtrum Franciſcum Senenſem. Reſponſiones ad argumenta ejusdem Franciſci contra eamdem Diſſertationem. Definitiones corporum recollectae ex verbis plus quam Commentatoris an. 1485.

no poſt commiserantes ejus infirmam valetudinem poteſtatem ipſi fecerunt domi ſcholas habendi. Exacto vero ſuae conductionis biennio, permiſerunt eidem abeundi Patavium, cujus in urbis Academia primum practicae medicinae locum occupavit. Tenuit autem, cum eſſet aetate decrepitus, ad Septembrem uſque an. 1521. neque multo poſt diem ſupremum obiit.

Bononia ad nos venit Neſtor Morandius Benedicti filius, qui per alterum annum theoricam, per alterum autem medicinam practicam docuit, cum illi pro mercede CCL. Floreni ſolverentur. Qui quamuſque vir fuerit, ignoro. Honorificentiſſimis ſane verbis conceptum ejus conductionis decretum fuit, quod fecere III. Kal. Novembris 1480. Paullus Antonius Soderinius, Alamannus Rinuccinius, Bernardus Oricellarius, & Antonius Dinius, qui rei litterariae praeerant una cum Laurentio Mediceo, qui tum ab urbe rerum civilium cauſſa aberat. His quidem temporibus is erat Academiae ſtatus, ut omnes intelligerent illam non modo parem, ſed etiam ſuperiorem fore ceteris nobilioribus Italicis, quoties habuiſſet homines in medicina principes. Ea propter Praefecti magnopere curabant, ut illos ſpe & praemiis allicerent, quare vehementer condoluerunt violaſſe fidem Petrum Certaldium Patavii commorantem, de cujus doctrina praeclara fama erat. Decreverunt itaque Patres de ſcribendis illi litteris, *quae felle maderent, & eum vehementiſſime pungerent, ac morderent*, quarumque exemplum ad nos uſque pervenit. Haec ſaepe ferre debebant ab alicujus nominis Doctoribus, quamvis minime ſegnes erant in hujuſmodi vindicandis injuriis. Ediderunt hoc ipſo tempore ſeveritatis exemplum, cum juſſiſſent publice venum ire libros & omnem ſupellectilem, quam Piſas miſerat Nicolaus Vernias Theatinus, idcirco quia fidem fregerat; nec valuerunt Ducis ac Senatus Veneti preces, quorum cauſſa, merens illorum ſtipendia, ipſe peccavit, ad amiſſa recuperanda.

Magnum profecto lucrum fecit Academia, cum an. 1484. a Senenſibus tandem obtinuiſſet Franciſcum Ninium, cujus operam quadriennio antea vehementiſſime requiſierat. Liberaliter cum illo egit, at-

Digitized by Google

ſignato eidem ſtipendio Florenorum uſque DCL., quod brevi ad DCC. excrevit, & primo theoricae medicinae loco. Floruerat illius familia aliis illuſtribus medicis, quorum gloriam ſic aemulari ſtuduit Franciſcus, ut non modo Etruſcis ſuis, ſed etiam abſentibus notus eſſet. In Laurentii Medicei vitam retulimus Senenſium litteras ad Venetorum Ducem (1) ex quibus cognoſci poteſt quantum ipſi tribuerent Ninii in rebus phyſicis doctrinae, & quanto deſiderio tenerentur, ut ipſe patriae Academiae decus augeret, ad quam e noſtra rediiſſe videtur an. 1489. Amabat ipſe patriam, neque avare pretium ſtatuebat arti ſuae, cum magnum quaeſtum eſſe putaret quam maxime ſervire ſuorum commodis. His aliiſque nominibus laudavit eum Fr. Iſidorus Ugurgierus Azzolinius in ſuis Faſtis Senenſibus, quos *Pompas* inſcripſit, ſed erravit, cum ad ipſum pertinere putaſſet elogium illud Nicolai Dati:

> *Franciſcum lachrymoſa tegunt haec marmora Ninum*
> *Senenſem patria, conſpicuum meritis.*

Is enim ſenioris Franciſci ſuis carminibus laudes celebravit, minime vero junioris, qui vita exceſſit an. 1503. quadriennio ſcilicet poſtquam Datus ipſam amiſerat. Sic mores illius fuerunt; facile omnes perferre ac pati, nemini adverſari, diſcipulorum ſtudiis mirum in modum obſequi, nunquam praeponere ſe aliis: ita facillime ſine invidia invenit laudem, & amicos paravit.

Hos mores minime imitati ſunt, quos collegas habuit, Philippus Cennius, qui ab an. 1485. ad annum uſque 1505. quo vitam finivit, magiſterii munus exercuit, & Laurentius Laurentianus (2), cujus

---

(1) Vol. II. p 181.

(2) *Hoc loco illud addendum putamus extare Laurentiani* in ſententias Hippocratis & in Galeni commentationes Praefationem ad Petrum Medicem vi-

ſupra mentionem fecimus, quique propter importunitatem animi aliquando vinculis damnatus fuit. Severitas animadverſionis neceſſaria videbatur non ſolum ad continendos in officio nonnullos, ſed etiam ad temeritatem & audaciam quorumdam frenandam. Ea enim erat triſtitia temporum, ut fuerint magiſtri & vulneribus percuſſi, et necati etiam; quod anno 1518. Jacobo Piſtorienſi culpa Gallorum diſcipulorum accidit. Nunquam ſcribendi finem facerem ſi odia, jurgia, rixas, quae ſaepe agitarunt Academiam, recenſere vellem, in quibus animadvertendis niſi ſeveritatem, et in amovendis vigilantiam adhibuiſſent Praefecti, actum fuiſſet de Academiae ipſius dignitate.

Eodem illo anno, qui Ninii magiſterii poſtremus fuit, Florentini Patres obſequendum medicinae Doctoribus diſcipuliſque putarunt, qui etiam atque etiam petiere (1) ut eſſet in ea, qui chirurgiam doceret, eo-

---

rum clariſsimum. *In fine libri haec leguntur*. Finiunt ſententiae Hippocratis, & item commentationes Galeni in eas ipſas ſententias editae, Laurentio Laurentiano Florentino interprete viro clariſſimo, quas Antonius Miſcominus ex archetypo Laurentii diligenter auſcultavit, & formulis imprimi curavit Florentiae anno ſalutis 1494. XVII. Kal. Novemb. in fol.

(1) Rendiamoci certi che le S. V. hanno deſiderio di far sì che queſto Studio del continuo moltiplichi & augmentiſi di ſcholari & di fama, & fare ogni rimedio opportuno, che tale effecto ne ſegua. La qual coſa intendendo noi, & conoſcendo eſſere ſtato ſempre da poi che fu creato e ordinato quivi queſto Studio uno mancamento d'uno Doctore che legga in chirurgia, la qual coſa invero è molto deſiderata da' noſtri ſcolari, di che eſsendo ſitibondi, da loro ſiamone molto ſtimolati & gravati, che ne ſcriviamo alle S. V. voglino fare qualche provvedimento, & maximamente avendo qui al propoſito & guſto di tutti uno degno huomo ſufficientiſſimo maeſtro Giovanni Lopes di Portogallo, el quale ogni dì fa in queſta terra tali belli experimenti, & tali prove di queſto exercitio, che ſono coſe aſſai mirabili: parci che ſia molto ſufficiente, & ſarebbe utilità grandiſſi-

tumque commendatione, vel potius teſtimonio moti elegerunt Joannem Lopeſium Luſitanum, qui tum forte Piſas venerat, multiſque probaverat ſuam in illa arte peritiam. Verum quo in ſtatu ipſa tum eſſet ex eo conjici poteſt, quod tum ferme paſſim negligebantur anatomica ſtudia, et perpauci adhibebant oculos advocatos ad inveſtigandum quid eſſet in natura, contenti ferire aures hominum rerum mirabilium narratione. Nihilo tamen minus admirabiliter atque magnifice efferebatur peritia Lopeſii, qui per biennium ſuum munus exercuit tenui mercede Florenorum XXV. Diſcedenti ab Academia nullus ſucceſſit, et quinquennio tantummodo poſt Joannes quidam Bacanius Pratenſis, cujus vulgare eſt nomen, partes huiuſce officii ſuſcepit, et per biennium egit. Ex illo tempore uſque ad Coſmi I. regnum multis conjecturis ducor ad ſuſpicandum chirurgiae cathedram vacuam doctore fuiſſe, quamvis plures Florentiae eſſent, qui medicinam manu exercerent. Sunt qui tribuunt Lopeſio noſtro librum *de materia medica ad Tyrones*, qui faepius typis impreſſus fuit, ſed alii probabilius contendunt ipſum prodiiſſe a Jo. Lopeſio de Tudela Hiſpano, qui aetate Luſitano Lopeſio poſterior fuit. Quoniam ſupra mentionem fecimus anatomes, dolentes jure meritoque aut praetermiſſam, aut negligentius cultam ipſam fuiſſe ab il-

---

ma a queſto Studio, ſe dalla S. V. foſſe conducto a tale lattura. E' perſona molto tractabila, & di qualità aha ſie contento d'ogni piccola proviſione, & con poco ſalario ſatisferebbero al deſiderio di queſti noſtri auditori. Della qual aoſa per ogni riſpetto vogliamo pregarna quella ſieno contente aggiungere queita lettura in queſto voſtro Studio tanto deſiderata & ancha neceſſaria, poichè non hanno a mandara per ahi la legga fuori, eſsendo quì chi ſatisferà beniſſimo. Raccomandiamai ſempia alla S. V. quas bena valere cupimus. Piſis VII. Februarii 1488.

Collegium Artiſtarum & Medicorum
Studii Piſani.

lius aetatis medicis, haud ſilentio praetereundum putamus ſemel iterumque actum, ipſis poſtulantibus diſcipulis (1) de illius cathedra Piſis inſtituenda, ſed quod caluerat, brevi refrixiſſe. Inter cetera enim obſtabat huic ſtudio vel ipſa religio, cum non liceret uti niſi laqueo ſuſpenſorum hominum cadaveribus, quaſi piaculum eſſet reliqua ſecare, & ex iis ipſis ſingulo quoque anno unum, vel duo utriuſque ſexus a capitalium criminum vindicibus aegre concedebantur. Ad haec adde quod ſolus Mundinus de Luciis inter anatomes ſcriptores aliquo in pretio erat. Sed meliora brevi conſecuta ſunt tempora, & Mundini ipſius memoria obſcurata eſt & evanuit inventis obſervationibuſque recentiorum.

Sed tempus jam eſt ut ad medicos revertar, cum opportunior alius erit de anatomicis ſtudiis dicendi locus. Illud utinam ne vere ſcriberem, iis abundaſſe medicis Academiam, in quorum ſcriptis res nulla exiſtit, quae nunc valeat prudentem hominem delectare atque inſtruere. Nihilo tamen minus floruiſſe videntur doctrinae laude Franciſcus Gallus Pontremulenſis, & Franciſcus Fulginas, quorum alter an. 1494 alter an. poſt medicinam docere coepit. Ille adeo fama crevit, ac diu adeo vixit, ut renovata per Coſmum Mediceum Academia ad practicam medicinam edocendam cum ſtipendio Florenorum CCCCL. iterum evocatus fuerit, hic vero, vix biennio exacto, ceſſit ab Academia ipſa, e qua cum diſceſſiſſet, celebrari defiiſſe videtur. Si aliena dictando ſua facere potuiſſet, non inferior iis fuiſſet Marcus Antonius a Caſtilione Florentino, qui ultra annum 1499. apud nos non fuit. Videndum eſt, ne quos commemoramus, eorum laudem & gloriam nimis efferre videamur. Eniten-

(1) *Cetera inter an.* 1501. *xv. Januarii decreverunt Patres*, quod de pecuniis, quae exigentur a Doctoribus artiſtis pro libris ablatis per ſcholares fieri debeat anatomia, prout per nunnullos deſignatum fuit; ſi vero id non ſatis eſſet, expenſae ſupplerentur per ſcholares & doctores.

dum quidem maxime ſibi putarunt Academiae Praefecti, ut cum haec Florentiae conſiſteret, medicos haberet, qui doctrinae commendatione dignitatem ipſius Academiae tuerentur; nec defuerunt homines vel claro genere nati, qui ſalutarem artem exercerent atque docerent. In eorum numero fuere Joannes Martellinius (1) & Bandinus Bandinius, quibus cum addideris Bartholomaeum Corſum vel Corſettum & Carolum a Vecchiano Piſanos, nec non Joannem Franciſcum Gennarium, qui hos vincebat doctrina, cujuſque ſupra mentionem fecimus, ſeriem contextam habebis eorum medicorum, qui ſpiranti Academiae adfuerunt. Nam, ut eſt in monumentis illius, exeunte anno 1505. *finiit aſsignamentum cum Studio*.

Clarior ipſa revixit Leonis X. beneficentia (& quid non ſperari poterat a Laurentii Medicei filio?) & quamvis non ultra annum 1515. cum Gennario theoricam medicinam docuerit Matthaeus Curtius Ticinenſis, (2) talis tamen is erat vir, qui doctrinae fama multos ad ſe

---

(1) *Illius opus* de Diebus decretoriis *extat in Laurentiana Bibliotheca Plut.* III. *Cod.* XXXV. *Ex Praefatione illius ad Petrum Soderinium Vexilliferum cognoſci poteſt anno ante emiſiſſe paraphraſim quamdam de anima eidem inſcriptam. Dum recenſet veterum & recentiorum medicorum ſententias de diebus decretoriis, ſuaſque exponit, tantum tribuit ſolis & lunae conjunctionibus, ut ab iis ſuas divinationes praeſertim repetat. Is natus erat Franciſco patre an.* 1464. *obiit autem Florentiae prid. Id. Aprilis* 1520., *& ſepultus fuit in Carmelitarum Aede. Quo anno rediit Piſas Academia is ſummam exercuit Reipublicae poteſtatem.*

(2) *Conductus ille quidem fuerat ad triennium, ut ex Praefectorum decreto liquet. His enim conceptum fuerat verbis.* Die vigeſima Julii approbaverunt in omnibus & per omnia conductam factam de eximio artium & medicinae doctore magiſtro Mattheo Curtio cive Papienſi ad legendum in Studio Piſano lecturam ordinariam theoricae medicinae de mane pro tempore & termino trium annorum inchoandorum die 1. menſis Novembris proximi futuri praeſentis anni 1515. & ut ſequuntur finiendorum cum ſalario quolibet anno Ducatorum CD. auri lati & in auro.

ſe allicere poterat diſcipulos. Is e Ticinenſi Gymnaſio una cum Fratre Franciſco clariſſimo Juriſconſulto, de quo alibi mentionem fecimus, ad Piſanum venit; qua vero de cauſſa, unde diſceſſerat, citius quam promiſſi fides exigebat, redierit, ignoro. Tum Patavini Lycei Praefecti de illo obtinendo magnopere laborarunt, ſed voti compotes minime facti fuerunt niſi ſeptem poſt annos. Septennium & amplius eorum ſtipendia meruit, nec medicinam ſolum docuit, ſed poſtremo tempore rem quoque anatomicam. Cauſſa illos deferendi fuit invitatio liberalis Clementis VII., qui illo medico uſus eſt: neque ego ullam in partem diſputabo, num fides habenda ſit Cardano, qui haec de Curtio narrat: *noſtra aetate nimis Galenicus Curtius, mutando conſuetudinem uberioris prandii jam antiquam in uberiorem coenam, Pontif. Max. Clementem VII. occidit*. Porro hoc ſua magis, quam Archiatri culpa e vivis erepto, Curtius Romam reliquit, & poſtquam per aliquot annos medicinam & docens & exercens Bononiae fuit, in Etruriam rediit liberaliſſime invitatus a Coſmo I. qui illi & valetudinem ſuam, & cathedram theoricae medicinae cum ſtipendio mille uſque *aureorum*, uti loquebantur, *in auro*, in renovata per illum Academia Piſana commiſit. Non diu hoc bono Curtio & Academiae ipſi, quae per illum facta fuit frequentior (1) frui licuit, cum paullo poſt

Z z

(1) *Joannes Cajus Britannus vir multis nominibus, ſed praeſertim interpretatione Galeni clarus, ait cum de propriis libris ſcriberet*: Eo anno 1545. menſe Julio, Patavio Florentiam atque Piſas audiendi cauſa cl. virum Matthaeum Curtium in medicina praeceptorem noſtrum conceſſeram. *Illud & addidit*. In Academia Piſana jam tamdiu deſerta, ſed beneficio optimi Ducis Coſmi Medices an. Sal. 1543. reſtituta, & novis ſcholis exornata, bibliotheca nulla fuit, quod ſciam; poterit tamen, cum libuerit doctiſſimo Principi, ſi interea non fuerit. Extra bibliothecas libros quosdam etiam Piſis vidimus apud Curtium & Pontremulum.

diem extremum morte confeciſſet. Princeps munificentiſſimus, qui vivo honores ſingulares tribuerat, mortuo & tribuit, cum ei faciendum curaſſet monumentum in Sepulcreto Piſano, in quo hoc poſitum eſt elogium.

Math. Curtio Ticin. qui Hipp. Galenique vindex ſalutis augurium egit, medicinamque exercendo & docendo ipſe valens ſemper excoluit, monumentum hoc amplius quam Filii

T. P. I.

Coſmus Med. Flor. Dux II. aere ſuo P. C. MDXLIV. vix. an. LXX.

Antonius Lorentius e Septiniano ſculpſit ſtatuam ac cetera, quae ornant ſepulcrum, & Tribolus totius operis formam ſane feliciſſime excogitavit. Inter Curtii opera commemorantur *de Prandii ac Coenae modo libellus*, *de venae ſectione liber*, *de Doſibus*, *ſeu de juſta quantitate ac proportione medicamentorum opuſculum*, *de aquae bonitate*, *de ſeptimestri partu opuſculum*, & *in Mundini anatomen explicatio* edita Ticini 1550. Lugduni autem 1551. Vere de hac *explicatione* mihi judicaſſe videtur Portallius, Curtium commaculaſſe potius, quam illuſtraſſe Mundinum ſuum, ac ſatis illa oſtendiſſe ſe rudem eſſe in Anatome, quam Galeni temporibus ſic notam & excultam fuiſſe falſo ajebat, ut nunquam fuerit melius.

Poſt hos memoratur in Albo Doctorum Minghus quidam, quem fuiſſe reor Minghum Blanchellum Faventinum, qui vel ab anno 1489. non mediocres fructus ceperat & judicii & officiorum Laurentii Medicei. Illo ipſo anno cum Laurentius ad coenam invitaſſet Picum Mirandulam, Marſilium Ficinium, Angelum Politianum, Paullum e Foſſeto Minoritam & Bernardum Tornium, ut ſententiam ferrent de variis theologicis quaeſtionibus, de quibus minime inter ſe conveniebant Nicolaus de Mirabilibus & Septem Caſtris Dominicanus homo, & Benignus Salviatus, convivio intereſſe quoque voluit Minghum & ejus

fratrem Carolum, quo nemo erat doctior tum in philoſophia, tum in theologia inter homines illos, qui Servorum B. M. V. dicuntur. Id cauſſam dedit Salviati opuſculo *de mirabilibus quaeſtionibus*, de quo alibi mentionem fecimus, quodque Florentiae menſe Julio ejusdem anni impreſſum fuit per Franciſcum Binum. Ceterum Minghus dignus eſſe putabatur, qui cum tantis viris aſſideret, & ex ipſo ſcimus ſe tantum elaboraſſe in philoſophiae ſtudiis, ut in hoc genere multa praeclara ſcripto mandaverit. Vel ab anno 1476. Tarviſianis typis emiſerat ſua in logicam Paulli Veneti *commentaria*; vulgavit & Ferrariae ſexdecim poſt annos *Tractatum de primo & ultimo inſtanti*, quem cum legeris, facile quidem judicabis licuiſſe iis temporibus audacia pro ſapientia uti. Sunt enim in eo plura inaniſſimae levitatis plena, quamvis Auctor glorietur ſe duodecim ſubtiliſſimas quaeſtiones adverſus Mantuanum ſic ſoluturum, ut nullus dubitationi ſupereſſet locus. Sed ſi ex more vetere & antiquo pendemus homines, non dubitabimus quin dignus Academia noſtra fuerit Minghus, & quin haec magnum detrimentum fecerit ex ejus ſubito diſceſſu. Collegam habuit in practica medicina docenda Bonifacium de S. Miniate, & is quoque ultra annum 1515. apud nos non manſit. Nullum quod ſciam extat ſcriptum, quod illius doctrinae memoriam poſteris prodiderit, quanquam illi curae fuerit, ut ſatisfaceret diſcipulis, & ſecundum ejus fidem & ſedulitatem aeſtimatio ſua conſervaretur. Sed ut ad Minghum revertar, ſane is magnopere ſtuduit, ut partam gloriam conſervaret, & quae vulgavit ſcripta *de febribus*, & *de balneis* magni aeſtimata fuere ab illius aetatis medicis. Diu is vixit in ſalute hominum procuranda praeſertim occupatus, ac Bononiae diem ſupremum obiit, qua in urbe ſepulcri monumentum habuit.

Temporibus rerum meliorum inſuetis tribui ſolent praeconia, quae dabantur doctrinae in rebus medicis Andreae Turinii Piſciae in Etruria an. 1473. nati. Is fratrem habebat Balthaſſarem, cujus dignitati mirabiliter favit Leo X. Pont. Max. qui eo & Secretario, & Datario, ut ajunt, uſus eſt. Andreas tum theoricam, tum practicam medicinam

apud nos docens ab an. 1515. ad totum uſque annun celebritatem ſermonis hominum conſecutus eſt, quae illi cedenti maxime profuit ad obtinendos honores atque fc enim cariſſimus Cardinalibus Cybo & Salviato, & multas mus familiaritate ſibi devinxit; adeo vero Clementi VII. inter illius Archiatros numeratus fuerit. Si Pontifex ſiliis aures praebuiſſet, diutius fortaſſe vixiſſet, cujus rei facere licet ex epiſtola quadam Jo. Baptiſtae Theodoſii ipſum, in qua haec ſunt. *Ceterum, mi Andrea, quoties c ram te alloqui, mutuasque audire, & reddere voces de l ram Clemente Pontifice omnium Maximo ego & Curt mus, evenit nobis, ſcilicet tibi & mihi ſicut Caſſandr caſus vaticinabatur, ſed nunquam credita Teucris: e monſtravit. Sed ſic erat in fatis decretum.* Ceterum tribuebat Turinio cum *ob eximiam doctrinam, & ſingulares virtutes, tum ob fidem & merita illius erga ſe cum praeterita, tum recentia ſibi aegrotanti praeſtita* (2) quare non dubitavit illum mittere in Galliam ad Catarinam Mediceam ſuam, ut illi praeſto eſſet in valetudine tuenda, & in conſiliis etiam dandis. Floruiſſe eum in Gallia, & in aula medicinam exercuiſſe multa ſunt teſtimonia, & ceteros inter Paullus Belmeſſerius de eo hoc ſcripſit elogium.

---

(1) *Docuerat quoque Logicam ab menſe Novemb. an. 1499. ad totum uſque an. 1501.*

(2) *His ferme verbis ſcribebat Clemens ad Lucenſes commendans iis negotium quoddam Turinii, quarum Pontificis litterarum mentionem fecit Cajetanus Marinius, quo amiciorem non habeo, in eruditiſſimo opere* degli Archiatri Pontific; Tom. I. p. 336.

Digitized by Google

Andreas Taurinus ſuperat ſic nomine cunctos
Lutetiae medicos ut Taurus cetera gregis.

Romam cum rediiſſet, Pontificatum maximum gerente Paullo III. ab eo & adſcitus in aulam fuit, & dum Archiatri munus magna cum nominis ſui gloria exercebat, Octobri an. 1543. vitam amiſit. Varia vulgavit, quae commemorantur a medicarum rerum ſcriptoribus, & quae in unum veluti corpus collecta anno 1545. Romae typis impreſſit Hieronymus de Cartulariis (1). Haec ſi emolumento metiare

(1) *En eorum index.*

Epiſtola ad Matthaeum Curtium de loco incidendae venae in pleuritide.
Liber de ſanguinis miſſione in pleuritide contra adverſarium & Briſſottum & Manardum.
Reſponſiones libello Matthaei Curtii de ſanguinis miſſione in pleuritide.
De Embrocha, ſive irrigatione contra medicos Florentinos.
De cauſis dierum criticorum contra excellentiſſimum virum Hieronymum Fracaſtorium.
De bonitate aquarum fontium & ciſternae.
An in fluxu muliebri, & ſanguinis ſuperflui menſtrualis competant vere provocantia urinam.
An in omni febre putrida competat phlebotomia.
Epiſtola ad Clementem VII. de coena & prandio.
Quaeſtio excellentiſſimi Dini Florentini de coena & prandio.

Separatim edita fuerunt.

Defenſio contra Marcum Antonium Montiſianum Geminianenſem, quod non in omni febre putrida conveniat miſſio ſanguinis, Romae apud Hieronymum de Cartulariis 1549. in fol.
De curatione pleuritidis per venae ſectionem; Lugduni.

non plurimi facies; a magno tamen homine et in primis erudito tractata fuiſſe judicabis.

Poſt hos neminem habeo medicum illuſtrem, quem nominem. Fortaſſe qui recenſentur in Academiae, ſicuti vocabantur, *Rotulis*, tum poterant venditare ingenium et oſtentare prudentiam, neque credibile videtur Florentinos Patres improvidos et negligentes fuiſſe in quaerendis, qui optimi judicarentur. Meliora ſane conſecuta ſunt tempora cum ad medicinam, tum ad ceteras diſciplinas excolendas. De quibus cum dicere incipiam, videbor mihi ex longa et moleſta navigatione in portum perveniſſe. Verum quis non jure mirabitur in maxima diſcentium multitudine, ſumma magiſtrorum copia, praeſtantiſſimis hominum ingeniis, ampliſſimis doctrinae propoſitis praemiis, phyſicas omnes facultates diſcutere minime potuiſſe caliginem illam, quam illis Arabes offuderunt, et clauſiſſe homines oculos, ne lucem adſpicerent, quam Graeci harum artium germani magiſtri iiſdem attulere! Neque ſane laborioſior eſt diligentia in invenienda veritate, quamvis gravis auctor Democritus ajebat hanc a natura in profundo abſtruſam fuiſſe, quam negligentia in errore gignendo.

CA-

Hippocratis & Galeni defenſio de cauſis dierum criticorum adverſus Hieronymum Fracaſtorium, Bononiae 1543. in 4.

De Embrocha nova, ſeu duccia artificiali, qua utuntur Florentini ad varios morbos, Lugduni apud Michaelem Parmanterium 1537. in 4.

Reſponſiones contra Matthaeum Curtium, de vena in pleuritide ſecanda, Bononiae 1543. in 4.

Medica Diſceptatiuncula adverſus opinionem Matthaei Curtii de coena & prandio; Pariſiis apud Aſcentium 1535. in 8.

CAPUT XI.

De humaniorum Litterarum Magiſtris.

QUo tempore cetera ſtudia recta atque honeſta concelebrata a doctis viris Piſis enituere, noli putare deſertam obſoleviſſe eloquentiam, a qua ad Rempublicam plurima commoda veniunt, & ad ipſos, qui eam adepti ſunt, laus, honor, dignitas confluit ſingularis. Ille ipſe Laurentius Mediceus, a quo renovata fuit Academia, quamvis in illo erat ſumma virtus, et ſumma virtute amplificata anctoritas, ornandas tamen has res putavit tum eloquentia, tum poeſi, quod his facultatibus honeſtam, illuſtrem et jucundam vitam fieri dicebat. Multi obverſati ſunt illi ante oculos, quibus committeret onus docendae Piſis oratoriae et poeticae facultatis, et cum illo egit ſane vehementer Frinciſcus Philelphus (1), ut ceteris praeferretur. Plurimum is tribuebat ingenio et doctrinae Philelphi, et quamvis hic minime culpam purgaſſet, quam contraxerat, cum factis et ſcriptis in Coſmum Mediceum debacchatus fuiſſet, nunquam tamen non ejus inopiam ſublevavit. Sed tum de illo nihil conſtitui poterat, quod non incurreret in magnam aliquam difficultatem, cum multi viverent, qui illi erant ini-

(1) *Hujus rei monumenta extant in II. Volumine Vitae ipſius Laurentii Medicei pag. 76.*

Digitized by Google

miciſſimi. Non multo poſt annos illi conſuluit, ſed mors impedivit Philelphum, ne hoc beneficio uteretur (1). Et quidem plures tum erant Florentiae, qua in urbe vel a Boccaccii temporibus publice humaniores litterae tradebantur (2) colebanturque ſtudioſiſſime, qui apti ad occupandum locum in Academia Piſana eſſe videbantur. Praetulit omnibus Laurentius Bartholomaeum Felicis Filium a loco illius natali a Prato Veteri dictum, qui in humanioribus litteris, quas per triennium publice Bononiae docuerat, exercitatiſſimus erat, eique annuum ſtipendium CL. florenorum aſſignavit (3). Scriptorum veterum litterate peritus,

(1) *Tum in Coſmi, tum in Laurentii Mediceorum vitis plurima attulimus ad Philelphum pertinentia. Hoc vero loco juvat exſcribere quae de illo notata inveni in Academiae monumentis.* Ex Diſſenteria ſeu fluxu ventris obiit (Philelphus) Florentiae prid. Kal. Auguſti 1481. octogeſimum & quintum annum agens. Nam die feſto Divi Jacobi exegerat 84. annum. Vixit igitur an. 84. diebus 6. Antiqua origine Florentinus erat. Dicebat enim ſuos (*cognomine Bucellos*) patria pulſos tempore Domini Donati de Barbadoris, deinde patrem revocatum ab exilio rediiſſe Florentiam. Denique inter eos, qui *del* 33. dicuntur (*plures enim illo tempore conjuravere in Coſmum*) Philelphus ejectus fuit, unde ſe Tollentum contulit, indeque ſe oriundum jactabat. Poſtremo diu vixit apud Illuſtriſſimum Franciſcum Sforzam Ducem Mediolani. Noviſſime juſſu Laurentii Medicis nondum exilii maculis expurgatus rediit Florentiam Rhetoricam & Philoſophiam publice traditurus, ubi vix XV. dies manſerat, cum obiit.

(2) *In libro quodam* Deliberationum *Reip. Florentinae, qui liber extat in Tabulario* delle Riformagioni, *ad annum 1373. VII. Id. Aprilis narratur,* che a prieghi di molti cittadini, che deſideravano acquiſtar virtù, particolarmente d'intender Dante, ſupplicarono di pigliare un lettor pubblico valentuomo con ſalario di ducati 100. o l'ottennero, & Domenica 23. Ottobre Giovanni Boccacci cominciò in Firenze a legger Dante.

(3) *Quamvis ſtipendium, quod Bartholomaeo aſſignaverunt Bononienſes, largius eſſet, quia tamen in ſolvendo moroſi erant, non poterat iis eſſe plane contem*

Digitized by Google

non ſolum Graecorum litteris, ſed etiam philoſophia eruditus, diſputator ſubtilis, & ſatis eloquens erat. Nihilo tamen minus non plane ſatisfeciſſe videtur expectationi, quam de ſe concitaverat. Exacto enim ſuae conductionis triennio, miſſionem illi dederunt Praefecti Academiae, qua de re queſtus ille eſt cum Laurentio Mediceo (1) cujus auctoritate factum eſt, ut retineretur. Sed, opinor, illi coarguere voluerunt ejus negligentiam in exequendis iis rebus, quae ſui muneris erant. Severe enim tum agebatur cum magiſtris, lexque erat: *illi, qui non aderit aut cauſſa, aut culpa eſto*. Tum profecto intellexit Bartholomaeus ita conſulendum eſſe diſcipulis, ut non ſolum liberationem culpae, ſed etiam praeteriti errati veniam obtineret: quod ſtudioſe adeo & diligenter curavit, ut cum aliquando juſſus fuiſſet Florentiae ſcholas habere, vehementer petierint ipſi Piſani diſcipuli, ut ille ſibi redderetur. Poſt id nunquam Academiam deſeruit, habuitque cum illa communes migrationes, locorumque commutationes. Quod anno 1490. Gymnaſiarchae cogitarunt de alio conducendo humaniorum litterarum magiſtro, qui tamen oblatum munus recuſavit, id vehementer Bartholomaeo diſplicuit, & quamvis illi minus dolendum fuit, re non perfecta, aegre tamen ſe rogari ſivit, ut publice doceret (2). Privatim in-

(1) *Vide hujus vitam* Vol. II. p. 55.

(2) *Id ex his litteris Rectoris Academiae datis Piſis prid. non. Decemb. an* 1490. *cognoſci poteſt*. Al preſente occorre queſto che avendo le S. V. condocto qoello Humaniſta che oon è venoto, ha dato alterazione a dimolti ſcolari maxime Franciuſi & oltramontani, che ſono qui venuti queſt'anno per udir legge, ma anche per udire humaoità, & non leggendoſi, ſecondo mi dicono, ſtanno molto ambigui di andare altrove. Mi è ſtato ſcripto che conforti Meſſ. Bartolomeo da Prato Vecchio, che voglia leggere anche per queſt'anno, quantuoqoe ſia ſtato condocto a beneplacito. Et così gli hò decto & confortatolo aſſai voglia legger poblice, perchè del continoo ha lecto in caſa a contemplatione di Giulio de' Medici & di altri. Ha

ſtituebat ad Latinas litteras diſcipulos ſuos, in quorum numero erat Julius ille Mediceus, qui poſtea ad Pontificatum Maximum Clementis VII. nomine pervenit. Quod hunc maxime commendaverit Bartholomaeo Laurentius illius patruus, non dubitamus id ponere in magiſtri noſtri laudibus, qui quidem non ſolum ingenio, & doctrina (1) ſed etiam otio abundabat. Nihilo tamen minus nullam, quod ſciam, reliquit litteram, quod deſidia quadam contigiſſe arbitror. Is vitam amiſit Sextili menſe an. 1497., quo tempore Prati conſidebat Academia. Si diutius conſediſſet relictum a Bartholomaeo locum occupaſſet Nal-

---

cominciato ſotto queſte mie parole: pertanto prego le S. V. lo conduchino firmiter per queſt' anno intero, & che ſe gli ha letto, il ſuo ſtipendio non lo perda: qoeſto ritorna in otile & honore del voſtro Studio.

(1) *Juvat ejus doctrinae exemplum aliquod dare, ſumptum ex illius epiſtola ad Jo. Guidium.*

Major honorande. Pochi giorni ſono hebbi la voſtra a me gratiſſima, perchè in me pigliate ſicuttà che mi potete comandare. El texto delle epiſtole, dove Cicerone ſcrive di Medea gypſatiſſimis manibus, eſſendo interpretato dal Creſcentino e da alcuni altri *nitidiſſimis vel rapaciſſimis* nè la ſententia, nè la ſcriptura mai mi piacque, perchè non è a propoſito, & forſe è più vera lectione *ciſſatiſſimis, id eſt hederaceis*, perchè in Greco ciſſos ſignifica hellera, & la ſententia ſarà, manibus impuriſſimis, & nocentiſſimis, avendo riſpecto Cicerone a Medea, che era peſſima & gran veneſica, perocchè l'ellera, come dimoſtra Plinio nel XVI. è inimica a tutte le coſe ſeminate, rompendo ſepolture & mora, gratiſſima al freddo de' ſerpenti, in modo che è maraviglia ſia ſtata mai in alchuno honore. Queſta expoſitione al luogo & alla perſona è più conveniente, & non trovando per anchora altro, non mi diſpiace. Raccomandomi a voi, & benchè niente vaglio, nondimeno neſſuna coſa mi può eſſer più grata che dimoſtrarvi quanto vi ſtimo. Salutate Giorgio uomo dotto, & a me amico, & Bartolomeo per mia parte. Altro non occorre, Chriſto vi guardi. In Piſa a dì 20. di Novembre 1481.

dus Naldius, in quo ſane multae erant litterae tum Latinae tum Graecae, ſed cum Florentiam conceſſiſſet, quae urbs abundabat hujuſmodi praeceptoribus, decretum, quod de illo fecerant Praefecti, minime ſervandum putarunt (1).

Eodem illo anno 1473. qui primus renovatae Academiae fuit, & quo primum electum oratoriae & poeticae magiſtrum fuiſſe diximus Bartholomaeum, collega illi datus fuit Laurentius Joannis Lippii F. origine Collenſis, domicilio & civium jure Florentinus (2). Adoleſcens cum in intimam familiaritatem perveniſſet Marſilii Ficinii ab eo inſtitutus fuit in univerſa Platonis philoſophia, & in ea praeſertim parte, qua mores informari putantur. *Conſule diſcipulis tuis* (ſic aliquando ad ipſum ſcribebat Ficinius) *in more Socratico: doctrinis humanis utantur ad expellendas ſenſuum nebulas & animum ſerenandum* . . . .

(1) Die 6. Octobris 1497. Officiales Studii elegerunt Naldum Jacobi de Naldis ad legendum publice in Studio Prati, ſi ibidem hoc anno remanſerit, & artem oratoriam & poeticam pro anno futuro, & altero ad beneplacitum Officialium incipiendo a die 1. Novemb. proximi furori cum ſalario Florenorum c. ad rationem lib. 4. pro Floreno loco Dom. Bartholomaei Ser Felicis de Prato Veteri defuncti cum obligationibus conſuetis. Quae conducta, cum eſſet poſtea Studium translatum ad civitatem Florentiam, non habuit effectum, quia alii erant in dicta facultate conducti, qui prius legebant Florentiae.

(2) *Tum has litteras ad Officiales, ut vocabantur, Studii dedit*. Magnifici Officiales. Quum munus a vobis mihi demandatum & accurate & diligenter obeam, ut nunquam ab officio declinem, ſupervacaneum admodum duxi quid de me ſtatuaris per litteras rarum habere. Ego enim ita me totum vobis devovi, ut nihil reliquum mei ſit apud me: totus in veſtra poteſtate ſum, & non ſolum hoc, quod honorificum mihi eſt, verum & quidquid a.dui, quidquid oneris mihi imponetis, prompto & parato animo exequar, & in omnibus rebus nihil antiquius exiſtimabo, quam vobis, ut par eſt, obtemperare,

Praebe te ipſum bonorum morum exemplum (1). Quanquam ipſe Ficinium haberet auctorem & praeceptorem omnium conſiliorum, totiusque vitae ſuae, non recuſavit tamen, quominus vir doctrina & auctoritate ſummus Donatus Acciajolius adlaboraret, ut ſaltem aequa cum ſuo collega conditione Piſis eſſet (2). Etenim vel ipſe Plato non tuliſſet eruditiſſimi hominis paupertatem, vel potius egeſtatem. Quae ipſe ſervabat bene vivendi praecepta, haec & dabat diſcipulis ſuis, eaque ut facillus memoria tenerent, Latinis epigrammatibus, ſeu diſtichis interdum comprehendebat. Hujuſmodi multa etiam confecit de quibusdam herbis & plantis, animalibus & gemmis, quae in vulgus emiſit. Adeo enim valebat Latina poeſi, ut Apollinari laurea donatus

Quamobrem & quid de me ſtatuiſtis, & quid ſtatuetis, ratum habeo & habebo. Hoc unum, Magnifici Officiales, oro, ut ſi aequo marte cum meo collega (Bartholomaeo a Prato Veteri) pugnavi, vos tanquam e ſpecula duellum intuentes, aequo jure belli praemia dividatis, ut in civitate poetarum & oratorum alumna muſae, ut air Heſiodus, magni Jovis filiae, decus & ornamentum ſuum retineant. Valete, Magnifici Officiales: ego totum me vobis trado, totus ex vobis pendeo.

Piſis XIX. Kal. Aprilis. Laurentius Lippius.

(1) Lib. I. epiſt. 108.

(2) *Haec Acciajolius, cum Piſis* Poteſtatis, *ut appellabant, munere fungeretur, de Lippio ſcripſit ad Laurentium Medicem.*

Spectabilis vir. Io eredo ehe vi ſia nota la virtù & la ſufficientia di M. Lorenzo da Cholle, el quale legge quì poeſia & arte oratoria. Non havevo prima notitia di lui, ma poi ehe l'ho praticato, l'ho trovato in greco e in latino sì ſufficiente, che al ſalario ehe egli ha, riceve torto. Et per queſta ragione havendo a trattare del nuovo rotolo & far qualche permutatione delle condocte, vi priego vogliate ricordarvi di lui, perchè dandogli ſalario minore che del ſuo concorrente, non pare ehe la coſa ſia ragguagliata ſecondo il dovere. Benchè lui è di natura, ehe ſi rimette alla deliberatione delli Ufficiali, & per queſto gliene dovrebbe eſſer facto di meglio &c. Piſis die XII. Martii 1485.

fuiſſe dicatur. Huic rei quoque indicio eſſe poterit interpretatio, quam Latinis verſibus fecit, poematum Oppiani *de venatione & piſcatione*, quam merito nobiliſſimam appellavit Antonius Maria Salvinius, qui illud ipſum opus e Graeco Italicum fecit. Miſit illam ad Mecoenatem ſuum Laurentium Mediceum, edíditque Colle an. 1478. (1). Ad ipſum quoque miſit Satyras V. exametris Latinis verſibus conſcriptas, quarum exemplar ſe vidiſſe teſtatur Salvinus Salvinius apud Corſum Riccium, cum epigrammate Jo. Victorii Soderinii de laudibus earumdem. Bonus & orator habebatur, extatque Romae in Corſiniorum Bibliotheca ejus Latina oratio dicta Piſis in inſtauratione ſtudiorum, qua laudes celebravit tum Piſanae Academiae, tum Mediceorum, qui in illam & in litteras immortalia contulerunt beneficia. Ut vero facilius diſcipulos ſuos ad Graecorum fontes traduceret, quaedam Iſocratea in Latinum convertit, & extat in Laurentiana bibliotheca interpretatio ſane elegans ab illo facta orationis, quae *Nicocles* inſcribitur (2). Porro magna ſemper cura & diligentia conſuluit diſcipulorum utilitati, quod non tam ſenſere, cum fruebantur, quam tunc cum caruerunt. Tertio enim & quadrageſimo anno mortem ex peſtilentia obivit menſe Octobri an. 1485. Qui tum Florentiae operam dabant Graecis Latinisque litteris facilius tanti viri deſiderium ferre potuiſſent, cum abunde haberent, ex quibus illas diſcerent. Docebat enim

Graeca Demetrius Athenienſis cum ſtipendio	f.	200.
Poeſin & oratoriam Chriſtophorus Landinius	"	300.
. . . . Angelus Politianus	"	250.
. . . . Bartholomaeus Fontius	"	60.

(1) *Typographus fuit Gallus cognomine Bonus, & liber praeter interpretationem Oppiani habet Diſticha centum uſque quatuor.*

(2) *Proaemium habet ad Coſmum Medicem. In codice, qui eam continet, extat quoque Latina interpretatio Homiliae S. Jo. Chryſoſthomi de proditione Judae cum proaemio ad Laurentium Medicem, ad quem & miſit diſticha ſua de quibusdam vegetabilibus, animalibus & gemmis.*

Digitized by Google

Fuerunt, ut ſupra diximus, Florentiae antea & poſtea alii Graecarum Latinarumque litterarum magiſtri, & hi quidem magni atque nobiles, quibus non minus, quam rerum geſtarum laude illa urbs gloriabatur. Nam quando is erat Reipublicae ſtatus, ut eam Coſmi & Laurentii Mediceorum conſilio atque cura gubernari neceſſe fuerit, hi magni ſemper intereſſe ad decus et laudem civitatis exiſtimarunt, ut non tam excitarentur homines non ſocordes ad veri iuveſtigandi cupiditatem, a quibus ad humanam vitam plurimae permanare poſſunt utilitates, quam ut complures Graecis Latiniſque inſtitutionibus eruditi ea, quae didicerant, eleganter ceteris communicare poſſent, qua quidem in re tantum profeciſſe videntur, ut Florentinorum civitas reliquas omnes Italicas doctrinae elegantia longe multumque ſuperaverit (t). Tantorum hominum interitu etſi politiores litterae minime occidere, multum tamen detrimenti acceperunt, noſtraque Piſana Academia praeter eos, quos laudavimus, Bartholomaeum a Prato Veteri, et Laurentium Lippium ante ſaeculum XV. et per totum illud tempus, quo obſcura ſpe pendebat, num priſtinam ſedem ſuam eſſet recuperatura, neminem habuit, qui politioris elegantiae tum in oratoria, tum in poetica facultate (utraque enim conjungebantur) praecepta daret. Sed, ut ſaepe diximus, hi Florentinae Academiae minime deerant. Demum an. 1515. quando eadem veluti poſtliminio Piſas rediit, oſtentare potuit hominem, qui ſuperiores eruditione & doctrina in Graecis Latiniſque litteris aut vinceret, aut certe aequaret.

Is fuit Andreas Dactius Joannis et Thaddeae F. qui nobili genere Florentiae natus erat VI. Id. Novembris an. 1475. Binos in Graecis litteris praeceptores habuit Marcellum Virgilium, et Varinum Camertem

(t) *Vel tranſmarini homines, qui Florentiam accedebant, ab ea elegantiores diſcedebant. Vide quae Freind de Linacro medico Anglo tradidit* pag. 197. Hiſt. med.

quorum pervulgata ſunt nomina. Ipſi Virgilio, cum eſſet annorum XXVII. ſucceſſor datus fuit in munere easdem litteras publice tradendi Florentiae, utque probaret omnibus ſe dignum eſſe loco, quem ſummi viri occupaverant, Homerum expoſuit, Diodorum Siculum, et Argonautica Apollonii Rhodii in Latinum vertenda ſuſcepit, et multa epigrammata Graeca vulgavit, quae paſſim a doctis viris tum concelebrabantur. Non adhuc compleverat XVII. aetatis annum, cum poema confecit, quod inſcribitur *Aeluromyomachia*, quodque primarii viri Nicolai Ridolfii ſui amantiſſimi ſuaſu aggreſſus eſt. Tantum operae et laboris in ſtudiis conſumebat, ut valetudini minime parceret, qua ex re factum eſt, ut an. 1513. diuturno & periculoſo morbo conflictatus fuerit, ex quo caecus evaſit. Minime propterea onus depoſuit privatim inſtituendi diſcipulos ſuos in Graecis litteris, et poterat facile, cum eſſet in illo incredibilis memoria rerum et verborum. Quare cum quidam ex illo quaeſiiſſet, quid ei caecitas attuliſſet, ſicuti Aſclepiadem reſpondiſſe ferunt, ut puero uno eſſet comitatior. Itaque minime eſt mirandum ſi Piſas venire minime recuſavit, ubi biennium ferme fuit, cum omnes diſcipuli grato et pio animo illius nomen proſequerentur, atque calamitatem miſerarentur. Eodem tempore, vel paullo poſt fuit et Piſis Latinarum litterarum praeceptor Marianus Tuccius Florentinus, quem cognitum habemus ex iis, quae praefatus eſt ad Lactantium Firmianum editum Florentiae a Philippo Juncta an. 1513. Nam cum hunc nuncupaſſet Innocentio Cybo Cardinali, ait totum triennium ſe elaboraſſe, ut elegantiſſimo Latinorum Patrum ſcriptori ſua dignitas atque integritas redderetur. Huic autem ſucceſſit Antonius de Trajecto, quem excepit Euphroſinus Boninius, de quo alibi mentionem fecimus. Vir ſane erat Graecis, Latinis Italicisque litteris eruditiſſimus, quas per plures annos docuerat Florentiae, et exornaverat etiam cum et ſua et aliena ſcripta (vertit enim e Graeca lingua Joannem Grammaticum aliosque auctores, quorum nonnullos etiam praeceptorem ſuum Ange-

lum Politianum imitans erroribus expurgavii (1)) in vulgus emiſiſſet Vidit Academiae occaſum, poſt quem ad Florentiuos ſuos remeavit, ut eos omni eruditionis genere erudiret.

Sed ad Dactium revertor, de quo maxime propoſitum nobis eſt hoc loco loqui. Is rediens Florentiam, rediit et ad ſuum priſtinum munus humaniorum litterarum magiſtri, quo tempore multa, vincta praeſertim numeris oratione compoſuit, quae publica luce digna habita fuerunt. Inter haec ſunt poemata, quae *Sylvae* inſcribuntur, quibuſque praeſertim complexus eſt laudes Mediceorum Heroum Leonis X. Julii Cardinalis, et Coſmi Florentinorum Ducis. Etſi in iis (ut eſt ipſius judicium) minime veterum et recentioium illius aetatis vatum magnificentia, et verborum elegantia appareat, haud tamen ſunt contemnenda, et poſteritatis memoriam merentur (2). His aliiſque hujuſmodi exercitationibus (nam et veniebat ſaepe ad Academiam Florentinam a Coſmo tum inſtitutam) ſolabatur miſeriam et ſenectutem ſuam, et cum

(1) *Hac in re ſecuti ſumus auctoritatem Julii Negrii de ſcriptoribus Florentinis, quamvis haud ignoremus illi non admodum fidendum eſſe. De Boninio pauca etiam tetigit Mazzuchellius. Extat Boninii carmen Italicum, illud quidem turpiculum, ea in collectione, quae inſcribitur* Canti Carneſcialeschi Part. 1. p. 163. *In Laurentiana vero bibliotheca aſſervatur illius interpretatio Definitionum Medicinalium Galeni Clementi VII. dicata. Erat enim* Doctor artium & medicinae, *quemadmodum appellatur in epiſtola, quae praepoſita eſt* Syntaxi Apollonii Alexandrini *editae a Junctis an.* 1515. *Tum quidem hi typographi multum Boninii opera utebantur, ut ex multis colligere potui monumentis.*

(2) *Dactii poemata edita fuerunt Florentiae a Laurentio Torrentinio* 1549. *opera & ſtudio ejus filii Joannis, qui ea Coſmo I. Florentinorum Duci nuncupavit. Praeter Mediceorum laudes continent elogia Coſmi Pactii Florentiui Antiſtitis, & Petri Soderinii, cujus amicitia Andreas gloriabutur. Severe nimis de his poematibus judicium tuliſſe videtur Lylius Giraldius Dialog II. de Poetis.*

ſcriberet ad Laelium Torellium anno 1548. eam prae ſe fert magnitudinem animi et fortitudinem, cujus eſt proprium nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihilque, quod homini accidere poſſit, intolerandum putare. Eodem illo anno XVII. Kal. Octob. ceſſit naturae, unico relicto filio nomine Joanne, quem ex Lucretia Vigna a ſe an. 1524. in matrimonium ducta ſuſceperat, laudatuſque publice ſuit a Michaele Angelo Seraphinio, cujus oratio extat in Magliabechiana bibliotheca. Magna quidem laudationis ſeges et materia erat, cum Dactius ad praeſtantiam doctrinae adjunxiſſet virtutum ornamenta. Nemo enim illo integrior, humanior, et in omni vitae officio obeundo diligentior fuit, ſic ut gloriari potuiſſet, quemadmodum de ipſo praedicavit illius diſcipulus Petrus Victorius (1) ſe non honeſte modo, ſed et ſancte vitam egiſſe. Saepe praeteritis temporibus invidere ſoleo, quibus debitae laudes tribuebantur virtuti et induſtriae clarorum virorum. Ii ipſi, qui Praefectorum munere perſuncti rem Academicam bene et praeclare geſſerant, memoriam ſuam immortalitati commendaſſe videbantur, decretoque publico permittebatur uti Academiae inſignibus ad eorum cohoneſtandas exequias. Inter multos, qui debitum illorum virtuti teſtimonium ceperunt, juvat hoc loco commemorare Alamannum Rinuccinium, qui cum de vere anni 1499. Florentiae obiiſſet, laudatus publice fuit ab humaniorum litterarum magiſtro Marcello Virgilio, conveneruntque omnes Academiae Doctores ad illius exequias concelebrandas, in quibus ſtemma, ceteraque Academiae ipſius ornamenta apparebant. In eo omnia ſumma fuere; generis nobilitas, praeclarum iugenium, multae litterae, officii religio, eloquen-

(1) *Vide hujus epiſtolas lib. 1. epiſt. 11. Vide etiam quae de Dactio praedicat idem Victorius in fine V. orationis, cum ſocium ipſum habuiſſet in munere docendi Florentiae humaniores litteras.*

Digitized by Google

tia, conſilium, gratia demum et auctoritas, nec unquam intermiſſum utriuſque retinendae ſtudium. Sui tamen conſilii vir, non id ſpectabat in rebus publicis gerendis, quod vulgo laudaretur, ſed quod e Republica eſſet, ingenti animo faciebat, et libera oratione defendebat. Itaque cum invidiam omnem exiſtimatione atque auctoritate ſuperaſſet, multorum annorum felicitate uſus eſt, et ſuo magis, quam Reipublicae tempore, quae jam jam ad occaſum inclinabat, naturae ceſſit. Si mihi propoſitum eſſet de iis omnibus dicere, qui V. viri litterarii fuere, poſſem quidem ex iis ſumere exempla ad omne genus vitae atque virtutis, ſed modus adhibendus fuit, et cum ſatis jam excreverit voluminis magnitudo, illud addemus unum, non defuiſſe iis temporibus Reipublicae Florentinae ſummos viros, qui ingenii laude ſic floruerunt, ut ipſi Reipublicae, et Academiae noſtrae, quam rexere, maximo fuerint ornamento.

FINIS.

RO.

Digitized by Google

ROTULI PROFESSORUM

QUI AB ANNO MCDLXXIII. AD ANNUM USQUE MDXXV. IN ACADEMIA PISANA FUERUNT.

THEOLOGIAE MAGISTRI.

BErnardinus Chiericchinus. *Quanquam dubitari merito poſſit, num ipſe ad Academiam venerit, cum haec renovata fuit an. 1473., in albo tamen Doctorum ejus nomen ſcriptum invenitur ab illo tempore uſque ad annum 1478.*

Joannes de Hibernia an. 1478.

Petrus Calaber 1482. 1483.

Benedictus Paganottus 1484.

Mariottus de Piſtorio 1485. 1486.

Oliverius Arduinius 1487.

Lucas de Subereto, *ab an. 1488. ad totum uſque annum* 1491. *Anno poſt nullus fuit Theologiae doctor.*

Georgius Benignus ab Urbino 1492. 1493. 1494. *Poſt id tempus per triennium vacavit Theologiae Schola.*

Galganus de Senis 1498. 1499.

Georgius Benignus ab Urbino 1500.

Galganus de Senis 1501. 1502. *Anno poſt ſiluerunt Doctores omnes, quia deerat unde ſolverentur mercedes.*

Jacobus de Monte Falco 1504. 1505. *Rediit hic ad Academiam, cum reddita ipſa Piſanis fuiſſet an.* 1515.

Jacobus de Monte Falco 1515 1516. 1517.

Joannes Siculus *ab an.* 1518. *ad totum uſque an.* 1525.

IURIS CANONICI MAGISTRI.

1473.

Ordinarii matutini	FLlorianus Dulfius Fl.	235.
	Albertus Bellius	302.
	Franciſcus Campoſacchius	100.
	Bartholomaeus Sozzinius	800.
Ord. veſp.	Hieronymus Zannettinius	495.
	Baptiſta Nellius	150.
Extr.	Antonius Cocchius	80.

1474

O.m.	Felinus Sandeus	500.
	Florianus Dulfius	235.
O. v.	Hieron. Zannettinius	495.
	Baptiſta Nellius	150.
Extr.	Antonius Cocchius	80.

1475.

O.m.	Felinus Sandeus	500.
	Baptiſta Nellius	175.
O. v.	Hieron. Zannettinius	495.
	Antonius Cocchius	125.
Extr.	Marianus a Vecchiano Piſ.	40.

1476.

O.m.	Felinus Sandeus	500.
	Baptiſta Nellius	175.
O. v.	Hieron. Zannettinius	495.
	Antonius Cocchius	125.
Extr.	Guitto ab Aretio	40

1477.

O.m.	Georgius Natta	400.
	Baptiſta Nellius	175.
O. v.	Hieron. Zannettinius	495.
	Antonius Cocchius	125.
Extr.	Guitto ab Aretio	40.

1478.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Georgius Natta	400.
O. v.	Baptiſta Nellius	200.
	Antonius Cocchius	200.
Extr.	Guitto ab Aretio	60.
	Rupertus Stroctius	25.

1479.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Baptiſta Nellius	200.
O. v.	Bartholomaeus Sozzinius	900.
	Antonius Cocchius	200.
Extr.	Guitto ab Aretio	60.
	Rupertus Stroctius	25.

1480.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Baptiſta Nellius	200.
	Guitto ab Aretio	80.
O. v.	Lancellottus Decius	500.
	Antonius Cocchius	200.
Extr.	Rupertus Stroctius	40.
	Laurentius Puccius	40.

1481.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Guitto ab Aretio	80.
	Laurentius Puccius	40.
O. v.	Antonius Cocchius	200.
	Rupertus Stroctius	40.
Extr.	Felix Dolſius	30.
	Antonius Stroctius	25.
	[Petrus Accoltus	35.

1482.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Guitto ab Aretio	100.
O. v.	Antonius Cocchius	250.
	Rupertus Stroctius	100.
Extr.	Felix Dolſius	40.
	Petrus Accoltus	35.
	Dominicus Bettinius	15.

Tum Bettinius coepit interpretari Decretum Gratiani, quo in munere perſeveravit uſque ad occaſum Academiae.

1483.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Philippus Decius	80.
O. v.	Antonius Cocchius	250.
	Rupertus Stroctius	100.
Extr.	Petrus Accoltus	35.
	Felix Dolſius	40.

1484.

Marianus a Vecchiano 30.

Hic explicavit Decretum Gratiani, abſente Bettinio.

O.m.	Felinus Sandeus	650.
	Petrus Accoltus	60.
O. v.	Antonius Cocchius	330.
	Rupertus Stroctius	130.
Extr.	Sebaſtianus a Ferraria	40.
	Joannes Cerretanius	40.

1485.

Marianus a Vecchiano, & loco ejus

	Dominicus Bettinius	35.
O.m.	Felinus Sandeus	700.
	Joannes Cerretanius	60.
	Petrus Accoltus (*habuit licentiam*)	25.

O. v.	Antonius Cocchius	350.
	Rupertus Stroctius	150.
Extr.	Sebaſtianus a Ferraria	40
	Balthaſſar Carduccius	25.

1486.

O.m.	Felinus Sandeus (*demiſſus*)	700.
	Antonius Cocchius (*loco ejus*)	375.
O. v.	Joannes Cerretanius	70.
	Rupertus Stroctius	150.
Extr.	Balthaſſar Carduccius	25.
	Vincentius Aretinus	30.

1487.

O.m.	Antonius Cocchius	400.
	Joannes Cerretanius	85.
O. v.	Philippus Decius	350.
	Rupertus Stroctius	200.
Extr.	Balthaſſar Carduccius	30.
	Vincentius Aretinus	30.

1488.

O.m.	Antonius Cocchius	400.
	Philippus Decius	350.
O. v.	Franciscus Vergellius	350.
	Rupertus Stroctius	200.
Extr.	Vincentius Aretinus	40.
	Balthaſſar Carduccius	30.
	Caſtellanus Caſtellanius	25.

1489.

O.m.	Antonius Cocchius	450.
	Philippus Decius	400.
O. v.	Rupertus Stroctius	230.
	Matthaeus Neruccius	70.
Extr.	Balthaſſar Carduccius	30.
	Vincentius Aretinus	40.
	Caſtellanus Caſtellanius	35.

1490.

O.m.	Antonius Cocchius	450.
	Bonus Bonius	100.
O. v.	Rupertus Stroctius	230.
	Matthaeus Neruccius	70.
Extr.	Balthaſſar Carduccius	40.
	Vincentius Aretinus	50.
	Caſtellanus Caſtellanius	30.

1491.

O.m.	Philippus Decius	470.
	Bonus Bonius	100.
	Franciscus Malchioſtrus	60.
O. v.	Rupertus Stroctius	300.
	Matthaeus Neruccius	100.
	Balthaſſar Carduccius	40.
Extr.	Vincentius Aretinus	50.
	Caſtellanus Caſtellanius	30.

1492.

O.m.	Philippus Decius	470.
	Bonus Bonius	150.
	Franciſcus Malchioſtrus	60.
O. v.	Matthaeus Neruccius	100.
	Balthaſſar Carduccius	80.
Extr.	Vincentius Aretinus	70.
	Caſtellanus Caſtellanius	50.
	Petrus Aldobrandinius	45.
	Franciſcus Remolinius	50.

1493.

O.m.	Philippus Decius	470.
	Bonus Bonius	150.
	Franciſcus a Puteo (*non venit*)	300.
O. v.	Matthaeus Neruccius	100.
	Balthaſſar Carduccius	80.
	Hormannoctius Detus	70.
Extr.	Vincentius Aretinus	70.
	Caſtellanus Caſtellanius	50.
	Petrus Aldobrandinius	45.
	Franciscus Remolinus	50.

1494. (*non legerunt*)

O.m.	Philippus Decius	550.
	Bonus Bonius	150.
	Hormannoctius Detus	70.

O. v.	Matthaeus Neruccius	150.
	Balthaſſar Carduccius	80.
Extr.	Vincentius Aretinus	100.
	Caſtellanus Caſtellanius	50.
	Petrus Aldobrandinius	45.

1495. (*Prati*)

O.m.	Philippus Decius	550.
	Hormannoctius Detus	110.
O. v.	Bonus Bonius	200.
	Balthaſſar Carduccius	140.
Extr.	Caſtellanus Caſtellanius	65.
	Petrus Aldobrandinius	65.
	Joannes Buſellus	35.
	Gorus Sacchius	25.
	Stephanus Mella	

1496. (*Prati*)

O.m.	Philippus Decius	600.
	Joan. Victor. Soderinius	290.
	Hormannoctius Detus	140.
O. v.	Bonus Bonius	200.
	Balthaſſar Carduccius	140.
	Caſtellanus Caſtellanius	65.
Extr.	Joannes Bonaccurſius	60.
	Joannes Buſellus	35.
	Gorus Sacchius	25.
	Stephanus Mella	20.
	Laurentius Cecchius	25.

1497. (*Florentiae*)

O.m.	Philippus Decius	650.
	Balthaſſar Carduccius	165.
	Franciſcus Malchiottus	90.
O. v.	Bonus Bonius	150.
	Caſtellanus Caſtellanius	85.
Extr.	Joannes Buſellus	40.
	Laurentius Cecchius	25.
	Joannes de Albizis	25.

1498.

O.m.	Philippus Decius	650.
	Balthaſſar Carduccius	180.
	Carolus Niccolinius	75.
O. v.	Bonus Bonius	190
	Caſtellanus Caſtellanius	70.
	Verius de Medicis	70.
Extr.	Joannes Buſellus	40.
	Laurentius Cecchius	45.
	Joannes de Albizis	25.

1499.

O.m.	Philippus Decius	650.
	Balthaſſar Carduccius	230.
	Carolus Niccolinius	75.
O. v.	Bonus Bonius	250.
	Caſtellanus Caſtellanius	110.
	Verius de Medicis	70.
Extr.	Joannes Buſellus	60.
	Laurentius Cecchius	45.
	Joannes de Albizis	40.
	Carolus de Antinoris	30.

1500.

O.m.	Antonius Malegonnellius	500.
	Balthaſſar Carduccius	230.
	Carolus Niccolinius	95.
O. v.	Bonus Bonius	250.
	Caſtellanus Caſtellanius	110.
	Verius de Medicis	90.
Extr.	Joannes Buſellus	60.
	Laurentius Cecchius	60.
	Joannes de Albizis	40.
	Carolus de Antinoris	30.

1501.

O.m.	Antonius Malegonnellius	500.
	Balthaſſar Carduccius	250.
	Carolus Niccolinius	95.
O. v.	Bonus Bonius	270.
	Caſtellanus Caſtellanius	110.
	Verius de Medicis	90.
Extr.	Joannes Buſellus	75.
	Laurentius Cecchius	70.
	Joannes de Albizis	50.
	Carolus de Antinoris	40

Digitized by Google

1502.

O.m.	Antonius Malegonnellius	500.
	Balthaſſar Carduccius	250.
	Carolus Niccolinius	95.
	Laurentius Cecchius	70.
O. v.	Bonus Bonius	270.
	Caſtellanus Caſtellanius	120.
	Verius de Medicis	90.
Extr.	Ioannes de Albizis	50.
	Carolus de Antinoria	55.

1503.

Non legerunt vacante aſſignamento Pontificis: ſuper novo autem aſſignamento voluntario Clericorum legerunt.

1504.

O.m.	Balthaſſar Carduccius	200.
	Hormaunoctius Detus	200.
O. v.	Antonius Malegonnellius *(non legit)*	400.
	Bonus Bonius	216.
	Caſtellanus Caſtellanius *(diebus feſtis)*	96.
Extr.	Joannes de Bongirolamis	96.
	Carolus Niccolinus	76.
	Franciſcus de Nellis, qui unacum Dominico Bettinio legit Decretum	60.

1505.

Ut ſupra

Finiit aſſignamentum cum Studio.

1515.

O. v.	Philippus Decius	1400.
O.m.	Bonus Bonius	700.
	Caſtellanus Caſtellanius	250.
Extr.	Franciſcus Lanthes	60.
	Nicolaus Soderinius	80.
	Fortanius Gratia	70.

1516.

O.m.	Joannes Crotus	875.
	Caſtellanus Caſtellanius	250.
O. v.	Matthaeus Neruccius	400.
	Joannoctius Capponius	80.
Extr.	Franciſcus Lanthes	60.
	Baptiſta Gallettus	25.
	Petrus a Filicaja	40.

1517.

O.m.	Bonus Bonius	700.
	Caſtellanus Caſtellanius	250.
O. v.	Matthaeus Neruccius	400.
	Nicolaus Soderinius	80.
	Franciſcus Lanthes	80.
Extr.	Alexander Malegonnellius	35.
	Baptiſta Gallettus	25.
	Hieron. Ferrerus Hiſpanus	. . .

1518.

O.m.	Bonus Bonius	700
	Caſtellanus Caſtellanius	300.
O. v.	Matthaeus Neruccius	550.
	Franciſcus Lanthes	110.
	Nicolaus Soderinius	110.
Extr.	Jacobus Compagnius	25.
	Jacobus de Montagnano Hiſpanus	50.

1519.

O.m.	Bonus Bonius	700.
	Nicolaus Soderinius	110.
	Alexander Malegonnellius	60.
O. v.	Matthaeus Neruccius	550.
	Franciſcus Lanthes	110.
	Cammillus Petruccius	110.
Extr.	Jacobus Compagnius	25.
	Cinus Piſanus	25.
	Bonus Capellius	25.
	Philippus Presbyter Fl.	25.

1520.

O.m.	Bonus Bonius	700.
	Nicolaus Soderinius	160.
	Alexander Malegonnellius	60.

Digitized by Google

O. v.	Matthaeus Neruccius	600.
	Franciſcus Lanthes	160.
	Cammillus Petruccius	160.
Extr.	Jacobus Compagnius	35.
	Bonus Cappellius	30.
	Fontes Hiſpanus	30.

1521.

O.m.	Bonus Bonius	700.
	Alexander Mallegonnellius	60.
O. v.	Matthaeus Neruccius	600.
	Franciscus Lanthes	160.
	Nicolaus Soderinius	160.
Extr.	Jacobus Compagnius	35.
	Bonus Cappellius	30.
	Fontes Hiſpanus	30.

Deſunt Rotuli trium conſequentium annorum.

1525.

O.m.	Bonus Bonius	700.
	Nicolaus Soderinius	160.
	Paradisus de Mazinghis	90.
	Bardus Altovitus	70.
O. v.	Franciſcus Lanthes	180.
	Franciſcus Maſtianus	80.
	Galeottus Giugnius	70.
	Raphael de Cremona	50.
Extr.	Jacobus Compagnius	60.
	Sebaſtianus Piſtorienſis	30.

IURIS CIVILIS MAGISTRI.

1473.

O.m.	PEtrus Phil Corneus	950.
	Lancellottus Decius	385.
O. v	Baldus Bartolinius	1050.
	Antonius Bolognettus	495.
Extr.	Paullus Coſpius	206.
Inſt.	Paullus Piſanus	50.
	Andreas a Caſtilione	60.

1474.

O.m.	Petrus Phil. Corneus	950.
	Lancellottus Decius	450.
O. v.	Baldus Bartolinius	1050.
	Bartholomaeus Sozzinius	800.
	Antonius Bolognettus	495.
Extr.	Paullus Coſpius	206.
Inſt.	Paullus Piſanus	50.
	Donatus Jannarinius	50.

1475

O.m.	Petrus Phil. Corneus	950.
	Lancellottus Decius	450.
O. v.	Baldus Bortolinius	1050.
	Bartholomaeus Sozzinius	800.
Extr.	Paullus Coſpius	206.
	Puccius Puccius	80.
Inſt.	Bartholomaeus Baldinottus	50.

1476.

O.m.	Lancellottus Decius	450.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	800.
Extr.	Franciſcus Pepius	50.
	Bartholom. Baldinottus	70.
Inſt.	Philippus Decius	30.
	Gregorius Ciampantius	17.

1477.

O.m.	Lancellottus Decius	475.
	Petrus Franc. Thomaſius	355.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	900.
Extr.	Bartholom. Baldinottus	70.
	Franciſcus Pepius	70.
Inſt.	Philippus Decius	40.

1478.

O.m.	Lancellottus Decius	475.
	Petrus Franc. Thomaſius	355.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	900.
	Franciſcus Pepius	70.
Extr.	Bartholom. Baldinottus	70.
	Philippus Decius	40.
Inſt.	Burgundius Leolus *(gratis)*.	
	Laurentius Puccius	40.

1479.

Digitized by Google

1479.

O.m.	Lancellottus Decius	475.
	Petrus Franc. Thomaſius	355.
	Franciſcus Pepius	70.
O. v.	Franciſcus Accoltus	1400.
Extr.	Bartholom. Baldinottus	70.
	Philippus Decius	40.
Inſt.	Laurentius Puccius	40.
	Nicolaus Altovitus (*gratis*)	

1480.

O.m.	Bartholom. Sozzinius	900.
	Franciſcus Pepius	125.
O. v	Franciſcus Accoltus	1400.
Extr.	Bartholom. Baldinottus	70.
	Philippus Decius	50.
	Nicolaus Altovitus	30.
Inſt.	Deus del Beccuto	25.
	Antonius Stroctius	25.
	Dominicus a Prato (*gratis*)	

1481

O.m.	Bartholom. Sozzinius	900.
	Lancellottus Decius	500.
	Franciſcus Pepius	125.
O. v.	Franciſcus Accoltus	1400.
Extr.	Philippus Decius	50.
	Nicolaus Altovitus	30.
	Deus del Beccuto	25.
Inſt.	Aeneas Stufa	25.
	Jo. Bapt. Gambetellius	45.
	Bartholom. Ciajus (*gratis*) ...	

1482.

O.m.	Bartholom. Sozzinius	900.
	Lancellottus Decius	500.
	Franciſcus Pepius	125.
O. v.	Franciſcus Accoltus	1400.
Extr.	Philippus Decius	50.
	Gherardus Macrinus	25.
	Nicolaus Altovitus	30.
	Deus del Beccuto	30.
Inſt.	Aeneas Stufa	25.
	Franc. Gualterottus	20.
	Bartholom. Ciajus (*gratis*)	

1483.

O.m.	Bulgarinus Bulgarinius	450.
	Lancellottus Decius	500.
	Franciſcus Pepius	205.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	900.
	Antonius Cocchius	330.
	Franciſcus Accoltus (*ſemel in hebdomada*)	800.
Extr.	Gherardus Macrinus	40.
	Deus del Beccuto	30.
Inſt.	Franc. Gualterottus	30.
	Aeneas Stufa	25.
	Bartholom. Ciajus	20.
	Joannes Cerretanius	30.
	Bonus Bonius	30.

1484.

O m.	Bulgarinus Bulgarinius	450.
	Franciſcus Pepius	205.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	1000.
	Franciſcus Accoltus	800.
Extr.	Aeneas Stufa	50.
	Franc. Gualterottus	40.
	Carolus Ruinius	80.
Inſt.	Antonius Stroctius	60.
	Bartholom. Ciajus	30.
	Simeon Mutinenſis	30.

1485.

O.m.	Joannes Sadoletus	350.
	Franciſcus Pepius	250.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	1000.
Extr.	Carolus Ruinius	80.
	Aeneas Stufa	50.
	Franc. Gualterottus	60.
	Antonius Stroctius	60.
Inſt.	Simeon Mutinenſis	30.
	Joannes Vict. Soderinius	25.
	Matthaeus Neruccius	40.
	Leonardus a Cesano Pis. (*gratis*)	

Digitized by Google

1486.

O.m.	Joannes Sadoletus	400.
	Franciſcus Pepius	300.
	Aeneas Stufa	70.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	1000.
	Antonius Stroctius	80.
Extr.	Bonus Bonius	70.
	Jo. Victorius Soderinius	35.
	Lucas Corſinius	30.
Inſt.	Matthaeus Neruccius	55.
	Leonardus a Ceſano .	20.

1487.

O.m.	Joannes Sadoletus	400.
	Franciſcus Pepius	300.
	Aeneas Stufa	85
O. v.	Bartholom. Sozzinius	1000.
	Antonius Stroctius	80.
Extr.	Bonus Bonius	70.
	Jo. Victorius Soderinius	45.
	Lucas Corſinius	40.
Inſt.	Matthaeus Neruccius	60.
	Leonardus a Ceſano	30.
	Hormannoctius Detus	25.

1488.

O.m.	Franc. Pepius	330.
	Philippus Decius	350.
	Jo. Victorius Soderinius	50.
	Jaſon Maynus	1350.
O. v.	Barthelom. Sozzinius	1350.
Extr.	Matthaeus Neruccius	70.
	Bonus Bonius	70.
Inſt.	Hormannoctius Detus	25.
	Petrus Aldobrandinius	25.
	Jacobus Vannius	25.

1489.

O.m.	Franciſcus Pepius	330.
	Franciſcus Vergellius	350.
	Jo. Victorius Soderinius	50.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	1350.
	Philippus Decius (*hic coepit de menſe Martii*)	400.
Extr.	Bonus Bonius	70.
	Leonardus a Ceſano	35.
	Hormannoctius Detus	35.
Inſt.	Petrus Aldobrandinius	25.
	Jacobus Vannius	25.
	Bartholomaeus Guidius	25.

1490.

O.m.	Franciſcus Pepius	380.
	Philippus Decius	400.
	Jo. Victorius Soderinius	100.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	$1665.\frac{5}{8}$
	Hormannoctius Detus (*hic coepit die 16. Feb.*)	35.
Extr.	Leonardus a Ceſano	35.
	Joannes Bonaccurſius	30.
	Jacobus Vannius	30.
Inſt.	Petrus Aldobrandinius	30.
	Bartholom. Guidius	20.
	Joannes natione Gallus	25.

1491.

O.m.	Franciſcus Pepius	380.
	Jo. Victorius Soderinius	100.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	$1665.\frac{5}{8}$
	Hormannoctius Detus	70.
Extr.	Leonardus a Ceſano	45.
	Jacobus Vannius	30.
	Joannes Bonaccurſius	30.
Inſt.	Petrus Aldobrandinius	30.
	Bartholom. Guidius	45.
	Vinc. Sollyma Siculus	25.

1492.

O.m.	Franciſcus Pepius	380.
	Jo. Victorius Soderinius	100.
O. v.	Bartholom. Sozzinius	$1665.\frac{5}{8}$
	Hormannoctius Detus	70.
Extr.	Leonardus a Ceſano	45.
	Jacobus Vannius	50.
	Joannes Bonaccurſius	45.

Digitized by Google

Inſt.	Jo. Bongirolamius	25.
	Baldus Inghiramius	25.
	Thomas Garoforus Siculus	25.

1493.

O.m.	Franciſcus Pepius	500.
	Jo. Victorius Soderinius	220.
O. v.	Barth. Sozzinius (*in auro*)	1025.
Extr.	Jacobus Vannius	50.
	Joannes Bonaccurſius	45.
Inſt.	Joannes Bongirolamius	25.
	Baldus Inghiramius	25.
	Thomas Garoforus	25.
	Joan. Buſellus	25.

1494.

O.m.	Franciſcus Pepius	500.
	Jo. Victorius Soderinius	220.
O. v	Barth. Sozzinius (*in auro*)	1025.
Extr.	Jacobus Vannius	50.
	Joannes Bonaccurſius	45.
	Joannes Bongirolamius	35.
Inſt.	Thomas Garoforus	35.
	Matthaeus Niccolinius	25.
	Verius Mediceus	25.

1495. (*Prati*)

O.m.	Franciſcus Pepius	500.
	Franciscus Malchioſtrus	80.
O. v.	Antonius Mallegonnellius	650.
Extr.	Joannes Bongirolamius	35.
	Baldus Inghiramius	35.
	Verius Mediceus	25.
Inſt.	Matthaeus Niccolinius	25.
	Franciſcus Nellius	25.
	Nicolaus Oricellarius	25.

1496. (*Prati*)

O.m.	Franc. Pepius (*non legit*)	500.
	Michael Stroctius	130.
	Franc. Malchioſtrus	80.
	Petrus Aldobrandinius (*non legit*)	65.
O. v.	Antonius Mallegonnellius	650.
	Lucas Corſinius (*non legit*)	350.
Extr.	Baldus Inghiramius (*non legit*)	35.
	Jo. Cerretanius	35.
	Verius Mediceus	25.
	Matthaeus Niccolinius (*non legit*)	25.
	Nicolaus Oricellarius	25.
	Gorus Gherius	25.
Inſt.	Franciſcus Nellius (*non legit*)	25.
	Ludovicus Acciajolius	25.
	Jacobus Modeſtius	25.

1497.

O.m.	Matthaeus Neruccius	300.
	Philippus Decius	600.
	Jo. Victorius Soderinius	260.
	Hormannoctius Detus	130.
O. v.	Franciſcus Pepius (*non legit*)	425.
	Lucas Corſinius	260.
	Hormannoctius Detus	130.
	Joannes de Zanis	50.
Extr.	Verius Mediceus	35.
	Nicolaus Oricellarius	35.
	Gorus Gherius	. . . .
Inſt.	Ludovicus Acciajolius	25.
	Jacobus Modeſtius	25.
	Hieronymus Calvius	25.
	Petrus Martyr.	25.

1498.

O.m.	Jo. Vict. Soderinius	260.
	Hormannoctius Detus	180.
	Petrus Aldobrandinius	115.
	Jo. Bongirolamius	80.
O. v.	Antonius Mallegonnellius	490.
	Lucas Corſinius	260.
	Joannes de Zanis	100.
Extr.	Jo. Baptiſta Gamberellius	65.
	Ludovicus Acciajolius	40.
	Nicolaus Oricellarius	55.

Inſt.	Jacobus Modeſtius	45.
	Hieron. Calvius	30.
	Aloyſius de Boncianis	25.
	Franc. Pandulfinius	25.

1499.

O.m.	Franciſcus Pepius	450.
	Petrus Aldobrandinius	115.
	Jo. Bongirolamius	80.
	Antonius Mallegonnellius *(non legit Orator Romam)*	500.
O. v.	Matthaeus Neruccius *(non legit aegrotus)*	220.
	Jo. Victor. Soderinius	280.
	Hormannoctius Detus	230.
	Lucas Corſinius	280.
Extr.	Baptiſta Gamberellius	75.
	Lodovicus Acciajolius	60.
	Nicolaus Oricellarius	65.
	Franciſcus Nellius	45.
Inſt.	Jacobus e Carminiano	65
	Hieronymus Calvius	30.
	Franciſcus Pandulfinius	35.

1500.

O.m.	Philippus Decius	700.
	Franciſcus Pepius	450.
	Petrus Aldobrandinius	140.
	Jo. Bongirolamius	100.
O. v.	Jo. Victor. Soderinius	280.
	Lucas Corſinius	280
	Hormannoctius Detus	230.
Extr.	Jo. Baptista Gamberellius	75
	Franciſcus Nellius	45.
	Nicolaus Oricellarius	75.
	Ludovicus Acciajolius	60.
Inſt.	Jacobus e Carminiano	65
	Hieron. Calvius	40.
	Franciſcus Pandulfinius	35.

1501.

O.m.	Philippus Decius	700.
	Franciſcus Pepius	500.
	Petrus Aldobrandinius	140.
	Jo. Bongirolamius	100.
O. v.	Jo. Victorius Soderinius	300
	Lucas Corſinius	300.
	Hormannoctius Detus	250.
Extr.	Franciſcus Nellius	55.
	Nicolaus Oricellarius	75.
	Ludovicus Acciajolius	75.
	Jacobus e Carminiano	75.
Inſt.	Jo. Bapt. Gamberellius	100.
	Frsnciscus Pandulfinius	45.

1502.

O.m.	Franciſcus Pepius	500.
	Petrus Aldobrandinius	140.
	Jo. Bongirolamius	120.
O. v.	Jo. Vict. Soderinius	300.
	Lucas Corſinius	300.
	Hormannoctius Detus	250.
	Ludovicus Acciajolius	85.
Extr.	Franciſcus Nellius	75.
	Nicolaus Oricellarius	85.
	Jacobus e Carminiano	85.
Inſt.	Jo. Bapt. Gamberellius	100.
	Franciſcus Paudalfinius	65.

Anno 1503. non legerunt vacante aſſignamento Pontificis. Super novo autem aſſignamento voluntario Clericorum legerunt.

1504.

O.m.	Franciſcus Pepius	400
	Petrus Aldobrandinius	112.
O. v.	Jo Vict. Soderinius	240.
	Lucas Corſinius	240.
Extr.	Verius Mediceus	72.
	Nicolaus Oricellarius	68.
	Ludovicus Acciajolius	68.
Inſt.	Jo. Bapt. Gamberellius	70.
	Jacobus e Carminiano	60.
	Franciſcus Pandulfinius	52.

1505.

Iidem qui ſupra, ſi unum addas Franciſcum Guicciardinum ad Inſtitutiones cum ſtipendio fl. 25.

Finiit aſſignamentum cum Studio.

1515.

O.m.	Franceſchinus de Curte Ducat.	600.
	Ludovic. Acciajolius	100.
O.v.	Hormannoctius Detus	875.
	Matthaeus Neruccius	100.
Extr.	Aloyſius Vellutus	40.
	Joannoctius Capponius	80.
	Paullus Bartolius	40.
Inſt.	Antonius Bonſius	40.
	Petrus a Filicaja	40.

1516.

O.m.	Philippus Decius	1400.
O.v.	Hormannoctius Detus	875.
Extr.	Nicolaus Soderinius	80.
	Cammillus Petruccius	80.
	Paullus Bartolius	40.
Inſt.	Antonius Bonſius	40.
	Alexander Mallegonnellius	30.
	Bartholom. Gualterottus	30.
	Benedictus Maſtianus	25.

1517.

O.m.	Philippus Decius	1750.
O.v.	Hormannoctius Detus	875.
	Marianus Sozzinius	528. $\frac{1}{2}$
	Joannoctius Capponius	80.
Extr.	Cammillus Petruccius	40.
	Petrus a Filicaja	40.
	Paullus Bartolius	40.
Inſt.	Antonius Bonſius	40.
	Bartholom. Gualterottus	30.
	Benedictus Maſtianus	25.
	Laurentius Petruccius	30.
	Laurentius Ridolſius	30.

1518.

O.m.	Philippus Decius	1750.
O.v.	Hormannoctius Detus	1050.
	Marianus Sozzinius	528. $\frac{1}{2}$
	Joannoctius Capponius	110.
Extr.	Cammillus Petruccius	110.
	Petrus a Filicaja	60.
	Paullus Bartolius	60.
Inſt.	Benedictus Maſtianus	50.
	Laurentius Ridolſius	50.
	Laurentius Petruccius	50.
	Paradisus Mazinghius	30.
	Franc. Tingus Piſtor.	30.

1519.

Iidem qui supra, uno excepto Petruccio, cujus in locum ſucceſſit Ridolſius.

1510.

O.m.	Philippus Decius	1750.
O.v.	Hormannoctius Detus	1225.
	Marianus Sozzinius	700.
	Joannoctius Capponius	160.
Inſt.	Cinus Piſanus	35.
	Paradiſus Mazinghius	45.
	Angelus Narnienſis	30.
	Carolus Aretinus	30.

1521.

O.m.	Philippus Decius	2100.
O.v.	Hormannoctius Detus	1225.
	Marianus Sozzinius	700.
	Joannoctius Capponius	160.
Extr.	Laurentius Ridolſius	60.
	Laurentius Petruccius	60.
Inſt.	Benedictus Maſtianus	60.
	Cinus Piſanus	35.
	Paradiſus Mazinghius	45.
	Angelus Narnienſis	30.
	Carolus Aretinus	30.

Desunt Rotuli trium conſequentium annorum.

1525

O.m.	Philippus Decius	2625.
O.v.	Hormannoctius Detus	1400.
	Rainaldus Petruccius	600.
	Joannoctius Capponius	300.

Digitized by Google

Extr. Paullus Floravantius 70.
Nicolaus de Nobilibus 50.
Angelus Niccolinius 50.
Martius Fortiguerra 30.
Inſt. Marc. Ant. Hippolyti Sen. 50.
Thomas Altovitus 30.
Jo. Griſius Piſanus 50.
Angelus Incontrus 25.

PHYSICAE MAGISTRI.

1473.

Nicol. Tignoſius Fulginas 565.
F. Dominicus e Flandria 100.

1474.

Ord. Joan. Petrus Apollinari 412.
F. Baptiſta a Janua 40.
Extr. Ulivierus Arduinius 50.

1475.

Ord Joan. Petrus Apollinari 412.
Baptiſta a Janua 40.
Extr. Ulivierus Arduinius 60.
Bernardus Tornius 30.

1476.

Ord. Jo. Petrus Apollinari 412.
Baptiſta a Janua 60.
Extr. Ulivierus Arduinius 100.
Bernardus Tornius 50.

1477.

Ord. Jo. Petrus Apollinari 500.
Extr Ulivierus Arduinius 100.
Bernardus Tornius 50.

1478.

Ord. Jo. Petrus Apollinari 500.
Baptiſta a Janua 70.
Extr. Ulivierus Arduinius 100.
Chriſtophorus ab Aretio 40.

1479.

Ord. Jo. Petrus Apollinari 500.
Extr. Ulivierus Arduinius 100.
F. Jo. a Venetiis 60.

1480.

Ut ſupra

1481.

Ord. Ulivierus Arduinius 100.
Extr. Philippus Cenni 40.
Marſilius Roſati 50.

1482.

Ord. Ulivierus Arduinius 180.
Antonius Cittadini a Faventia 200.
Extr. F. Nicolaus Barianus a Placentia 30.
Lucas Ant. Coſanus 25.

1483.

Ord. Ulivierus Arduinius 180.
Antonius a Faventia 200.
Extr. Laurentius Coſanus 25.
Laurentius Lorenzi . . . . . .

1484.

Ord. Ulivierus Arduinius 180.
Bapt. a Janua *non venit* 120.
Extr. F. Jo. Vict. a Prato 30.
Laurentius Coſanus 25.

1485.

Ord. Ulivierus Arduinius 215.
Antonius a Faventia 260.

Extr.	Jo. Victorius a Prato	30.
	Franc. Bonſanti a Piſt.	35.

1486.

Ord	Ulivierus Arduinius	240.
	Aotonius a Faventia	260.
Extr.	Franciſcua Bonſanti	40.
	Joannes Roſatus	30.

1487.

Ord.	Ulivierus Arduinius	240.
Extr.	Joannes Rosatus	40.
	Joannes a Prato	40.

1488.

Ord.	Ulivierus Arduinius	300.
	Joannes Rossatus	70.
Extr.	Boninsegns a Senis	45.

1489.

Ord.	Ulivierus Arduinius	300.
	Jo. Roſatus	90.
Extr.	Boninsegns a Senis	45.

1490.

Ord.	Ulivierus Arduinius	300.
	Laurentius Lorenzi	150.
Extr.	F. Galganua Galgani	30.
	Ant. e Foro Livii	30.

1491.

O.m.	Ulivierua Arduinius	300.
O. v.	Laurentiua Lorenzi	180.
	Ioannes Roſatus	90.
Extr.	Galganus Galgani	30.
	Ant. e Foro Livii	30.

1492.

O.m.	Ulivierus Arduinius	300.
O. v.	Laurentius Lorenzi	180.
	Jo. Roſatus	90.
Extr.	Galganus Senenſis	50.
	Caeſar a Neapoli	30.
	Jo. Franc. a Burgo	40.

1493.

Ut ſupra

1494.

Non legerunt ob defectionem Piſanam.

O.m.	Ulivierus Arduinius	450.
O. v.	Joannes Roſatua	130.
	Jo. Franc. a Burgo	60.
	Boninſegns a Senis	90.
Extr.	Galganua a Senia	50.
	Caeſar a Neapoli	45.
	Raphael del Fachino	35.
	Laurentius Tucci	35.

1495.

O.m	Ulivierus Arduinius	450.
O. v.	Joannea Roſatus	180.
	Boninſegna a Senis	100.
	Jo. Franc. a Burgo	60.
Extr.	R.phael del Fachino	45.
	Laurentius Tucci	45.

1496.

Ut ſupra

1497.

O.m	Ulivierus Arduinius	
	cui successit	500.
	Ulivierus a Senis	40.
O. v.	Jo. Franc a Burgo	75.
Extr.	Laurentius Tucci	75.

1498.

Metaphyſica. F. Joannes Landi 50.

Ord.	Galganus a Senis	65.
	Jo. Franc. a Burgo	125.
Extr.	F. Jacob. a Monte Falcone	30.
	Jo. Landi dictus	
	Ulivierus a Senis *ethicam*. *& dicbus feſtis de coelo & mundo*	80.

1499.

Met	Joannes Landi	55.
Ord.	Galganus a Senis	65.
	Jo. Franc. a Burgo	125.
	Ludovicus a Volaterris	80
Extr.	Jo. a Monte Falcone	30.
	Jo. Landi dictus	
	Bandinus Bandinius	30.
	Ulivierus a Senis, ut ſupra	80.

1500.

Met.	Jo. Landi	55.
Ord.	Galganus a Senis	80.
	Jo Franc. a Burgo	150.
	Ludovicus a Volaterris	80.
Extr.	Jacobus a Monte Falcone	40.
	Joannes Landi dictus	
Mor.	Demet. Graecus (*non venit.*)	300.
Mathematica	F. Lucas a Burgo	60.

1501.

Met.	Joannes Landi	55.
Ord.	Jo. Franc. a Burgo	175.
	Ludovicus a Volaterris	90.
	Andr. Cattanus ab Imola	60.
Extr.	Jacobus a Monte Falcone	40.
	Joannes Landi dictus	
	Franciſcus Vierius	80.
	Joannes Luchini a Papia	60.
Math.	Lucas a Burgo	60.
Aſtrolog.	Marſilius Roſati	45.

1502.

Met.	Joannes Landi	55.
Ord.	Ludovicus a Volaterris	100.
	Andreas Cattanus	70.
Extr.	Joannes Landi dictus	
	Jacobus a Monte Falcone	50.
	Franciſcus Vierius	80.
Mor.	Franciſcus a Diacetto	200.
Math.	Lucas a Burgo	100.
Aſtr.	Marſilius Rosatus	60.

1503.

Non legerunt

1504.

Ord.	Jo. Franc. a Burgo	150.
	Andreas Cattanus	48.
Math.	Lucas a Burgo	80.

1505.

Ord.	Jo. Franc. a Burgo	150.
	Andreas Cattanus	48.
Extr.	Thomas Vierius	40.
Math.	Lucas a Burgo	80.

Finiit aſſignamentum cum Studio.

1515.

Ord.	Petrus de Mantua	
	Franc. Verinus	
Extr.	Raphael alius Celstone	
	Lucas Antonius Vaivaldus . .	
Met.	Joannes Siculus	40.

1516.

Ord.	Franc. Verinus	230.
Extr.	Raphael Franciſcus	60.
	Nicol. Cerretanus e Senis	50.
Met.	Joannes Siculus	40.

1517.

Ut ſupra

1518.

Ord.	Franciscus Verinus	310.
	Jacobus de Montefalco	150.
Extr.	Nicol. Cerretanus Senenſis	70.
	Raphael Franciſcus	90.
	Gratia de Aretio	140.
Met.	Joannes Siculus	40.
Mat.	Lucas Ant. Vaivaldus	20.

1519.

O.m.	Auguſt. Niphus de Sexa	1225.
Or. v.	Franciſcus Verinus	350.
	Petrus Nicchola de Faventia	200.
Extr.	Gratia de Aretio	140.
	Raphael Franciſcus	90.
Met.	Joannes Siculus	40.
Mat.	Lucas Antonius Vaivaldus	20.

1520.

O.m.	Auguſt. Niphus de Sexa	1225.
Or. v.	Franc. Verinus	400.
	Petrus Nicchola de Faventia	200.
Extr.	Raphael Franciſcus	120.
	Joannes Franciſcus de Furno de Mutina	25.
Met.	Joannes Siculus	40.
	Jacobus de Montefalco	150.
Mat.	Lucas Ant. Vaivaldus	30.

1521.

Ut ſupra

Deſunt Rotuli trium conſequentium annorum.

1525.

Ord.	Franciscus Verinus	450.
	Bernardus de Arrighis	175.
	Simeon Portius Neapolitanus	160.
Extr.	Raphael Franciscus	110.
	Mathias de Paſquinis	110.
	Franciſcus Palmerius Romanus	. . . .

LOGICES MAGISTRI.

1473.

Ord.	F. Joannes a Venetiis	50.
	Angelus ab Aquapendente	40.
Extr.	D. Bapt. a Camaldulo	15.

1474.

Ord.	Luchinus a Papia	. . . .
Extr.	Joannes a Venetiis	40.

1475.

Ord.	Joannes a Venetiis	50.
	Chriſtophorus ab Aretio	30.
Extr.	Albertus a Cremona	. . . . .

1476. 1477. 1478.

Ord.	Joannes a Venetiis	50.
	Chriſtophorus ab Aretio	30.
Extr.	Caſpar a Sicilia	12. $\frac{1}{2}$

1479.

Ord.	Jo. a Venetiis *in phyſica*	60.
	Philippus Cenni	20.
	Domin. Benivienius	. . . . . .
Extr.	Laurentius Lorenzi	. . . . . .
	Lucas Ant. Coſanus	10.

1480.

Ord.	Philippus Cenni	40.
	Domin. Benivienius	30.
	Laurentius Lorenzi	15.
Extr.	Lucas Ant. Coſani, *caſſus*	10.

1481.

Ord.	Joannes a Venetiis	60.
	Laurentius Lorenzi	15.
Extr.	Bartholomaeus e Monte Politiano	10.
	Franciſcus Bonfanti e Piſtorio	10.
	Aloyſius Maſtianus	10.

1482.

Ord.	Joannes a Venetiis	60.
	Laurentius Lorenzi	35.
Extr.	F. Joannes a Prato	10.
	Antonius Caſtilionus Flor.	20.

1483.

Ord.	Joannes a Venetiis	80.
	Antonius Caſtilionus	30.
Extr.	F. Angelus Carmelita ſeu *Frabianco*	15.
	Joannes Roſatus	20.
	Franciſcus Bonfanti	20.

1484.

Ord.	Jo. a Venetiis	80.
	Angelus a Spoleto	30.
Extr.	Joannes Rosatus	20.
	Franciscus Bonfanti	20.

1485.

Ord.	Joannes a Venetiis	90.
Extr.	Joannes Roſatus	30.
	Ant. Detti a Piſtorio	20.

1486.

Ord.	Joannes a Venetiis	90.
Extr.	Antonius Detti	20.

1487.

Ord.	Joannes a Venetiis	90.
Extr.	Joannes a Prato	

1488.

Ord.	Joannes a Venetiis	105.
Extr.	Franc. a Pontremulo	30

1489.

Ut ſupra

1490

Ord.	Joannes a Venetiis	105.
	Franc. a Pontremulo	40.
Extr.	Joannes Martellinius	25.
	Jo. Franc. a Burgo	25.

1491.

Ord.	Joannes a Venetiis	105.
	Franc. a Pontremulo	80.
Extr.	Laurentius Tucci	25.
	Raphael del Fachino	25.

1492.

Ut ſupra

1493.

Ord.	Joannes a Venetiis	105.
	Francis. a Pontremulo	60.
Extr.	Laurentius Tucci	35.
	Raphael del Fachino	35.
	Ludovicus a Volaterris	30.

1494.

Ord.	Jo. a Venetiis	110.
	Ludovicus a Volaterris	30.

1495.

Ord.	Jo. a Venetiis	110.
	Ludovicus a Volaterris	40.
Extr.	Ludovicus e Valentia	15.
	F. Martinus e Janua	20.

Digitized by Google

1496.

Ord.	Joannes a Venetiis	110.
	Ludovicus a Volaterris	40.
Extr.	F. Martinus a Janua	20.

1497.

Ord.	Jo. a Venetiis	110.
	Ludovicus a Volaterris	55.
Extr.	Andreas Turinus a Piſcia	20.
	Franciſcus Verinus	20.
	Auguſt. di Banco	20.
	Proſper a Roma	20.

1498.

Ord.	Jo. Fra Bianco *obiit*	110
	Ludovicus a Volaterris	50.
	Franc. Verinus	50.
Extr.	Auguſt. di Banco	20.
	F. Orlandus Carmelita	20.

1499.

Ord.	Franc. Verinus	50.
	Andreas Turinus	50.
Extr.	Orlandus Carmelita	20.
	Jo. Luchini a Papia	25.

1500.

Ord.	Franc. Verinus	70.
	Andreas Turinus	50.
Extr.	Orlandus Carmelita	25.
	Thom. Paulli Verini	20.

1501.

Ord.	Auguſt. di Banco	40.
	Orlandus Carmelita	25.
	Ulivierus a Senis	85.
	Thomas Verinus	30.
Extr.	Jo. Andreas e Reggio	20.
	Julianus Caſſius	20.

1502.

Ord.	Ulivierus a Senis	90.
	Auguſt. di Banco	50.
	Orlandus Carmelita	35.
	Thomas Verinus	45.
Extr.	Jo. Andreas e Reggio	20.
	Julianus Caſſius	25.

1503.

Non legerunt

1504.

Ord.	Franciſcus Verinus	64.
	Auguſt. di Banco	40.

1505.

Ut ſupra

1515.

Ord.	Gratia de Marinellis de Aretio	
	Laurentius de Giuntinis	
Extr.	Bernardus de Arrighis	
	Jo. Franc. Octaviani de Piſtoio	

1516.

Ord.	Gratia de Aretio	
	Bernardus de Arrighis	
Extr.	Bernardus Gammuccius de S. Geminiano	
	Matthias Paſquini	

1517.

Ord.	Gratia de Aretio	140.
	Bernardus de Arrighis	30.
Extr.	Matthias Paſquini	25.
	Jacobus de Piſtorio	25.

Digitized by Google

1518.

Ord.	Bernardus de Arrighis	70.
	Jo. de Caſtro Bononienſi	30.
Extr.	Matthaeus Paſquini	35.
	Jacobus de Piſtorio	35.

1519.

Ord.	Bernardus de Arrighis	70.
	Jo. de Caſtro Bononienſi	30.
	Matthias Paſquini	35.
Extr.	Dinus del Garbo	25.
	Ant. de Pontremulo	25.
	Taurinus de Aretio	25.
	Simeon de Fulgineo	25.

1520.

Ord.	Simeon Portius Neapolitan.	25.
	Matthias Paſquini	15.
Extr.	Dinus del Garbo	25.
	Ant. de Pontremulo	25.
	Taurinus de Aretio	25.

1521.

Iidem qui supra.

Desunt Rotuli trium conſequentium annorum.

1525.

Ord.	Julius Guerinus	45.
	Leonardus de Emporio	45.
	Simeon Teſta de Piſcia	45.
	Georgius de Gallis de Pontremulo	25.
Extr.	Pierantonius de Volaterris	25.
	Nero de Piſtorio	25.

MEDICINAE TUM THEORICAE TUM PRACTICAE MAGISTRI.

1473.

The.	Alexander Sermoneta	600.
	Albertinus a Cremona	495.
Prac.	Stephanus a Mediolano	412. ½
Extr.	Joannes ab Aquila	275.

1474.

The.	Alexander Sermoneta	600
	Joannes ab Aouila	275.
Prac.	Steph. a Mediol.	412. ½
Extr.	Luchinus a Papia	140.

1475.

The.	Alexander Sermoneta	600.
	Joannes ab Aquila	400.
Prac.	Petrus Leoni a Spoleto	400.
	Steph. a Mediol.	412. ½
Extr.	Luchinus a Papia	180.

1476. 1477.

Ut ſupra

1478.

The.	Alexander Sermoneta	600.
Prac.	Joannes ab Aquila	400.
	Steph. a Mediol.	412. ½
Extr.	Luchinus a Papia	200.
	Bernardus Tornius	50.

1479.

The.	Luchinus a Papia	300.
Prac.	Steph. a Mediol.	412. ½
	Joannes ab Aquila *aegrotavit, deinde Patavium abiit.*	500.

Digitized by Google

Extr.	Bernardus Tornius	50.
	Mazingus Paradiſi	30.
	fuit remotus 14. Maii & loco ejus	
	Chriſtophorus ab Aretio	60.

1480.

The.	Luchinus a Papia	300.
	Neſtor a Bononia	250.
Prac.	Stephanus a Mediol.	412. $\frac{1}{2}$
Extr.	Bernardus Tornius	75.
	Chriſtophorus ab Aretio	60.

1481.

The.	Luchinus a Papia	300.
	Joannes ab Aquila *non venit*	500.
Prac.	Neſtor a Bononia	250.
	Bernardus Tornius	75.
	Chriſtophorus ab Aretio	60.

1482.

The.	Luchinus a Papia	425.
	Bernardus Tornius	120.
Prac.	Petrus Leoni a Spoleto	700.
Extr.	Chriſtophorus ab Aretio	90.
	Philippus Cenni	40.

1483.

Ut ſupra

1484.

The.	Franciſcus Nini Senenſis	650.
	Bernardus Tornius	220.
Prac.	Petrus Leoni à Spoleto	700.
	Luchinus a Papia	425.
Extr.	Philippus Cenni	70.
	Chriſtophorus ab Aretio	100.

1485.

The.	Franciſcus Nini Senenſis	700.
	Petrus Leoni a Spoleto	1000.
Prac.	Luchinus a Papia	425.
	Bernardus Tornius	220.
Extr.	Philippus Cenni	100.
	Chriſtophorus ab Aretio	160.

1486.

The.	Franciſcus Nini	700.
	Petrus Leoni a Spoleto	1000.
Prac.	Luchinus a Papia	425.
	Bernardus Tornius	220.
Extr.	Philippus Cenni	120.
	Chriſtophorus ab Aretio	200.

1487.

The.	Franciſcus Nini	700.
	Chriſtophorus ab Aretio	200.
Prac.	Bernardus Tornius	300.
	Philippus Cenni	160.
Extr.	Laurentius Lorenzi	80.
	Franciſcus Bonfanti	60.

1488.

The.	Franciſcus Nini	750.
	Bernardus Tornius	300.
	Chriſtophorus ab Aretio	230.
Prac.	Luchinus a Papia	550.
	Philippus Cenni	160.
Extr.	Laurentius Lorenzi	100.
	Franciſcus Bonfanti	60.
In Chirurgia	Joannes Lopes Hiſpanus diebus feſtis	25.

1489.

The.	Bernardus Tornius	300.
	Chriſtophorus ab Aretio	230.
Prac.	Luchinus a Papia	550.
	Philippus Cenni	200.
Extr.	Laurentius Lorenzi	100.
	Joannes Roſatus	90.
In Ch.	Joannes Lopes	25.

1490.

The.	Bernardus Tornius	400.
	Chriſtophorus ab Aretio	270.
Prac.	Luchinus a Papia	550.
	Philippus Cenni	200.
Extr.	Boninſegna a Senis	60.
	Franciſcus Bonfanti	100.

1491.

The.	Bernardus Tornius	400.
	Chriſtophorus ab Aretio	330.
Prac.	Luchinus a Papia	700.
	Philippus Cenni	260.
Extr.	Boninſegna a Senis	60.
	Franciſcus Bonfanti	100.

1492.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	330.
	Philippus Cenni	260.
Prac.	Luchinus a Papia	700.
	Bernardus Tornius	500.
Extr.	Boninſegna a Senis	90.
	M. Antonius Turrianus Forojulienſis	50.

1493.

Ut ſupra

1494.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	400.
	Laurentius Lorenzi	220.
Prac.	Beroardus Tornius	500.
	Philippus Cenni	320.
Extr.	Antonius Forojulienſis	65.
	Franc. a Pontremulo	60.

1495.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	400.
	Laurentius Lorenzi	250.
Prac.	Bernardus Tornius	540.
	Philippus Cenni	320.
Extr.	Franciſcus Galli a Pontremulo	75.
	Franc. a Fulgineo	100.
In Ch.	Stephanus Bachani a Prato	....

1496.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	400.
	Philippus Cenni	320.
Prac.	Bernardus Tornius	540.
	Laurentius Lorenzi	250.
Extr.	Franc. a Fulgineo	100.
	Franciſcus Galli	75.
	Caeſar a Neapoli	45.
Io Ch.	Stephanus Bachani	25.

1497.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	400.
	Joannes Roſatus	200.
Prac.	Luchinus a Papia	600.
	Philippus Cenni	370.
	Laurentius Lorenzi	250.
Extr.	Franc. Galli	90.
	Raphael del Fachino	55.
	Caeſar a Neapoli	55.

1498.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	470.
	Joannes Rosatus	160.
Prac.	Philippus Cenni	280.
	Laurentius Lorenzi	240.
Extr.	Franc. Galli	80.
	Raphael del Fachino	45
	Laurentius Tucci	45.

1499.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	470.
	Joannes Roſatus	200.
	Marcus Antonius a Caſtillione Aretio	200.
Prac.	Philippus Cenni	330.
	Laurentius Lorenzi	240
Extr.	Franciſcus Galli	125.
	Raphael del Fachino	70.
	Laurentius Tucci	70.

1500.

The.	Chriſtophorus ab Aretio	500.
	Joannes Roſatus	200.
Prac.	Philippus Cenni	530.
	Laurentius Lorenzi	500.
Extr.	Franciſcus Galli	125.
	Raphael del Fachino	70.
	Laurentius Tucci	70.

1501.

The.	Joannes Roſatus	140.
Prac.	Philippus Cenni	350.
	Laurentius Lorenzi	300
Extr.	Raphael del Fachino	80.
	Laurentius Tucci	80.
	Joannes Martellinius	60.
	Bandinus Bandinius	50.

1502.

The.	Joannes Roſatus	260.
	Joan. Franc. dal Borgo	195.
	Raphael del Fachino	90.
	Laurentius Tucci	90.
Prac.	Philippus Cenni	350.
	Bartholom. Corſo a Piſis	200.
	Joannes Martellinius	80.
Extr.	Bandinus Bandinius	60.
	Jo. Luchini F. a Papia	60.

1503.

Non legerunt vacante aſſignamento Pontificis. Anno vero post legerunt ſuper aſſignamento voluntario Clericorum.

1504.

The.	Joannes Roſatus	208.
	Raphael del Fachino	70.
	Laurentius Tucci	70.
Prac.	Philippus Cenni	180.
	Bartholom. a Piſis	150.
	Joannes Martellinius	70.

1505.

The.	Joannes Roſatus	208.
	Raphael del Fachino	70.
	Laurentius Tucci	70.
Prac.	Bartholomaeus a Piſis	150.
	Joannes Martellinius	70.
Extr.	Carolus a Vecchiano Pis.	60.

Finiit aſſignamentum cum Studio.

1515.

The.	Matthaeus de Curte de Papia	
	Jo. Franciſcus de Burgo	
Prac.	Mingus Faventinus	
	Bonifatius de S. Miniate	
Extr.	Auguſtinus Banchi	
	Andreas Turinus de Piſcia	

1516.

The.	Chriſtophorus Francucii de Aretio	875.
	Jo. Franc. de Burgo	450.
Prac.	Joannes Roſatus	875.
	Franc. Galli	400.
Extr.	Auguſtinus Banchi	110.
	Lucas Antonius Vaivaldus	70.

1517.

The.	Chriſtophorus de Aretio	875.
	Jo. Franc. de Burgo	450.
	Andreas Turinus de Piſcia	350.
Prac.	Joannes Roſatus	875.
	Franc. Galli	400.
Extr.	Auguſtinus Banchi	120.
	Lucas Ant. Vaivaldus	70.

1518.

Ut ſupra

1519.

The.	Franciſcus Galli	450.
	Jo. Franciſcus de Burgo	500.

Digitized by Google

Prac. Joannes Roſatus 1000
Andreas Turinus 350.
Extr. Auguſtinus Banchi 150.
Lucas Antonius Vaivaldus 70.

1520.

The. Franciſcus Galli 450.
Joannes Franc. de Burgo 500.
Auguſtinus Banchi 100.
Prac. Joannes Rosatus 1000.
Andreas Turinus 400.
Extr. Lucas Antonius Vaivaldus 120.
Bernardus de Atrighis 100.

1521.

Ut ſupra

Deſunt Rotuli trium conſequentium annorum.

1525.

The. Joannes Roſatus 1050.
Auguſtinus Banchi 260.
Prac. Jo. Franc. de Burgo 612. $\frac{1}{2}$
Franciſcus de Pontremulo 500.
Extr. Euphroſinus Boninius 250.
Antonius de Pontremulo 60.

POETICAE ET ORATORIAE MAGISTRI.

Bartholomaeus a Prato Veteri *ab anno 1473 uſque ad annum 1497.*
Laurentius Lippius Collenſis *ab anno 1473. uſque ad annum 1485.*
Andreas Dactius an. 1515. 1516.
Marianus Paulli de Tuccis Presbyter *ab an. 1517. ad totum uſque annum 1520.*
Antonius de Trajecto anno 1521.
Euphroſinus Boninius an. 1522. *Anno 1525. is Graecarum litterarum praeceptor erat, cum eſſet oratoriae & poeticae.*
Franciſcus Palmerius Romanus.

AP-

APPENDIX

MONUMENTORUM

(1) IN Chriſti nomine Amen. Scriptum Memoriale perpetuo valiturum tale eſt, & hujuſmodi. Quia Magiſter Riccardus Dei gratia Majoris Piſanae Eccleſiae Sanctae Mariae Canonicus, coram me Bonalbergo Judice & Notario, & teſtibus ſubſcriptis, ad ſe ſpecialiter convocatis, eſt confeſſus in veritate, interrogante eum Viviano Nuncio Piſanorum ſcholarium, ſe dediſſe ei mandatum & parabolam Digeſtum ſuum vendendi. Quem cum idem Vivianus Joſepho de Verona per lib. XVI. denariorum Bononienſium tradidisset, praeſatus Dominus & Magiſter Riccardus convenit, & promiſit iſti Viviano obligando ſe et ſua bona ei, et ſuis haeredibus ad poenam dupli, ſtipulatione ſolemni praemiſſa per ſe, vel per alium, nullo tempore praeſatum Digeſtum Novum iſti Joſepho venditum vel ſuis haeredibus, ſive cui dederit imbrigare vel moleſtare aliquo modo, vel jure, ſed ſemper firmam et ratam in perpetuum venditionem praefati Digeſti Novi habere eventum, & disbrigatorem inde eſſe conventum; & promiſit ad iſtam poenam ſtipulatione ſolemniter praemiſſa praeſato Viviano, et ſuis haeredibus, ut ſuper his nullum videatur dubium, Bonalbergum Judicem et Notarium Domini Imperatoris haec ſcribere rogavit. Lectum Piſis in Balatorio Clauſtri Eccleſiae Majoris Piſanae praeſentibus Magiſtro Alberto ejusdem Eccleſiae Canonico, et Bonfilio Nuncio Sancti Johannis teſtibus ad hoc ſpecialiter convocatis. Dominicae Incarnationis anno 1194. Indictione XII. IV. Kal. Octobris.

Digitized by Google

Juvat monumento a Corſinio primum prolato aliud addere, *ex quo conficitur*, *saeculo XIV. ineunte Piſis Gymnaſium fuiſſe*, *in quo Juris prudentia publice tradebatur*, *quamvis illud ipſum* Generalis Studii nomine, *quod deerant Pontificia & Caeſarea diplomata*, *minime appellari poſſet*. *Sumpſimus illud ex Tabulario Archiepiſcopi Piſani*: Filza d'Atti Straordinarj dall'an. 1325. fino all'anno 1336.

Hoc eſt exemplum duarum licterarum Venerabilis Viri Domini Fratris Roberti Divina Miſeratione Terralbenſis Epiſcopi, videlicet primarum licterarum datarum Piſis in Eccleſia Sancte Sophie roboratarum munimine ſigilli pendentis Cere vermilee dicti Domini Epiſcopi cum Cordella de ſerico viridi, in quo ſigillo eſt ſculpta quedam ymago Epiſcopi, ſub pedibus vero dicte ymaginis eſt ſculpta quedam Albor, Et ſecundarum licterarum datarum Piſis in Hoſpitio habitationis dicti Domini Epiſcopi roboratarum munimine ſigilli pendentis Cere vermilee dicti Domini Epiſcopi coperte a tergo Cera alba cum cordella de ſerico vermileo, in quo quidem ſigillo ſunt ſculpte infraſcripte lictere ſic continentes. Signum Fratris Roberti de Stateris Ordinis Minorum Dei gratia Epiſcopi Terralbenſis, in quo etiam ſigillo erat ſculpta quedam ymago Epiſcopi, et quedam Albor ſub pedibus dicti Epiſcopi non vitiatarum, non corruptarum, non abrazarum, nec in aliqua parte ipſarum, vel aliquarum earum ſuſpectarum, ſet omni vitio, et ſuſpitione carentium. Quarum licterarum, et quarumlibet earum tenor talis eſt, ut infra per ordinem denotatum.

Frater Robertus miſeratione Divina Terralbenſis Epiſcopus. Dilecto Filio Nichole Amiſi de Domo Petri de Piſis Eccleſie Terralbenſis Canonico Salutem, & ſinceram in Domino Caritatem. Cum ſcientia ſit circa adminiſtractionem ſpiritualium potiſſime neceſſaria, & circa curam temporalium admodum opportuna; ac tu deſideres ſcientie Juris Canonici luminibus perluſtrari. Nos attendentes ex hoc Noſtre Eccleſie non modicum in poſterum profiturum, ac tuum

Digitized by Google

ſalubre conceptum propoſitum, tibi auctoritate preſentium te abſentandi ractione ſtudij per ſpatium biennale a noſtra Eccleſia plenam concedimus facultatem. Non obſtantibus aliquibus Coſtitutionibus a nobis vel ab aliquibus noſtris Predeceſſoribus in Sinodo vel aliis ſpecialiter editis, que huic noſtre Conceſſioni obvient vel videantur aliqualiter obviare. Concedimus etiam quod fructus tui Beneficii integre poſſis percipere dum abſens fueris, ac ſi in predicta Eccleſia perſonaliter reſideres propter cauſam ſuperius pretaxatam. Et qui in nullo Generali Studio conſtituto in ytalia vales abſque perſone periculo commorari, et in Civitate Piſana, ut experientia certa didicimus, Juris predicti Studium vigeat, ibidem integraliter predictos fructus percipias ſicut in Generali Studio permaneres. Super quibus omnibus quantum ad conceſſionem predictam auctoritate preſentium diſpenſamus, has autem licteras ad majorem noſtre prefate conceſſionis certitudinem fecimus Noſtri Sigilli munimine roborari. Datum Piſis in Eccleſia S. Sophie Dominice Incarnationis Anno Milleſimo Trecenteſimo ſexto decimo, Inditione quartadecima, ſexto Idus Octobris ſecundum curſum Piſanorum.

Frater Robertus de Stateris Miſeratione Divina Epiſcopus Terralbenſis Dilecto Filio Nicholao condam Amiſi de Domo Petri de Piſis Plebano Plebis de Tripallo Lucane Dieceſis, ac Canonico Eccleſie Terralbenſis Salutem in Domino. Solent annuere Prelati Sancte Matris Eccleſie piis votis, & honeſtis Subditorum deſideriis favorem benivolum impertiri. Ea propter tuum laudabile propoſitum benignis favoribus proſequentes de ſpeciali gratia, & ex certa ſcientia non obſtante aliqua Noſtra Sinodali Conſtitutione in contrarium promulgata tenore preſentium tibi duximus concedendum, quod a Calendis Octobris proxime futuris uſque ad triennium in Civitate Piſana ratione Studii valeas conmorari, proviſo tamen quod propter tui abſentiam Eccleſie ſupradicte in Divinis Officiis detrimentum minime gigneretur. In cujus rei teſtimonium preſentes licteras Noſtri Sigilli munimine fecimus roborari. Datum Piſis in Noſtre habitationis

hoſpitio in Sancti Viti Capella juxta Arnum A. D. Milleſimo CCC. XIX. ſecundum curſum Piſanorum XVIII. Die Martij Sedente Sanctiſſimo Papa Domino Johanne XXII.

(II) *Hoc eſt exemplum litterarum Apoſtolicarum*.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Ad P. R. M. In ſupremae dignitatis ſpecula ſuperni diſpoſitione Conſilii conſtituti ad univerſas Fidelium Regiones noſtrae vigilantiae creditas, tanquam Paſtor Univerſalis gregis Dominici, aciem Apoſtolicae conſiderationis extendimus, ad earum profectum, quantum nobis ex alto permittitur, intendentes, ſed ad id praecipue noſtra verſatur intentio, & affectus aſpirat, ut ubicumque terrarum ipſorum Fidelium ſcientiarum fructus continuum, Auctore Domino, ſuſcipiat incrementum. Igitur conſiderantes Fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam Civitas Piſana ad nos, & Apoſtolicam Sedem gerere noſcitur, & quod illas ad Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, Matrem cunctorum Fidelium, & Magiſtram, eo amplius debeat augmentare, quo & Sedem ipſam ſe proſpexerit gratiis Apoſtolicis ſpecialius honorari. Penſantes quoque quietem & pacem, victualium abundantiam & Hoſpitiorum, inſignem fertilitatem, & alias commoditates plurimas, quas Civitas ipſa, tam per mare, quam per terram, ſtudentibus opportunas habere dignoſcitur, ferventi non immerito deſiderio ducimur, quod ipſa Civitas, quam divina Bonitas tot gratiarum dotibus inſignivit, ſcientiarum etiam fiat faecunda muneribus, ut viros producat conſilii maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diverſarum Facultatum dignitatibus eruditos, ſitque ibi fons scientiarum irriguus, de cujus plenitudine haurirent univerſa liberaliter cupientes imbui documentis. Ad hunc itaque univerſalem profectum, non ſolum incolarum Civitatis ipſius, & circumpoſitae Regionis, ſed etiam aliorum, qui praeter hos, de diverſis Mundi partibus, confluent ad eamdem, ſtudio Paternae ſollicitudinis anhelantes, & dilectorum Filiorum Communis ac Populi dictae Civitatis, devotis in hac parte ſupplicationibus, inclinati, Auctoritate Apoſtolica, Praeſentium tenore ſtatuimus, ac etiam ordi-

Digitized by Google

namus, ut in Civitate ipſa de caetero ſit Studium Generale, illudque perpetuis futuriſque temporibus in ea vigeat, in Sacra Pagina, in Jure Canonico & Civili, & in Medicina, & qualibet alia licita Facultate, ac docentes, & ſtudentes ibidem omnibus Privilegiis, Libertatibus, Immunitatibus conceſſis Doctoribus Legentibus, & Scholaribus in Studiis Generalibus commorantibus, gaudeant, & utantur. Volumus autem quod ad docendum et legendum in ipſo Studio, Doctores, qui in Bononienſi, vel Pariſienſi, aut aliis famoſis Generalibus Studiis honorem Doctoratus, vel Magiſtratus receperint, et alias experti & idonei in novitate hujus Studii aſſumantur, ita quod Civitas ipſa tanto inſignita honore dotibus fulgeat honori correſpondentibus memorato. Inſuper civitatem & ſtudium praefatum, ob profectus publicos, quos inde provenire ſperamus, amplioribus honoribus proſequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem, ut qui proceſſu temporis in eodem Studio, quique ſcientiae & facultatis, in qua ſtuduerit, bravium affecuti, ſibi docendi licentiam, ut alios erudire valeant, petierint, ut impertiri poſſit, examinati diligenter ibidem, et in eisdem Facultatibus, titulo Doctoratus, seu Magiſtratus decorati, Auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut quoties aliqui in aliqua, vel in aliquibus Facultatum ipſarum in eodem Studio fuerint doctorandi, praetendeatur Archiepiſcopo Piſano, qui pro tempore fuerit, vel ei, ſufficienti tamen & idoneo, quam ad hoc idem duxent deputandum, vel, Eccleſia Piſana Paſtore carente, Vicario dilectorum Filiorum Capituli ipſius Eccleſiae, qui erit pro tempore, qui omnibus Doctoribus, ſeu Magiſtris Facultatis, ſeu Facultatum, in qua, vel quibus Examinatio facienda in Studio ipſo, actu legentibus, praeſentibus convocatis, eos gratis, pure, ac libere, ac omni fraude, dolo, et difficultate ceſſantibus, de ſcientia, facundia, modo legendi, & aliis, quae in promovendis ad Doctoratus, ſeu Magiſtratus honorem, et Officium requirantur, examinare ſtudeant diligenter; & illos, quos idoneos reſpexerint, partito ſecreto, pure & bona ſide, eorumdem Doctorum

& Magiſtrorum conſilio: quod utique Conſilium in ipſorum Conſulentium diſpendium, vel jacturam, ſub debito juramenti ſuper hoc praeſtandi tam ab Archiepiſcopo, et deputando ab eo, ac Vicario et ſingulis Doctoribus et Magiſtris hujuſmodi, revelari quomodolibet diſtrictius prohibentur, approbet et admittat, eiſque petitam ſcientiam largiantur; alios minus idoneos, poſtpoſitis gratia, odio vel favore, nullatenus admittendo, ſuper quibus Archiepiſcopi, et Deputandi ab eo, ut praemittitur, ac Vicarii praedictorum conſcientias oneramus. Volentes ut illi, qui in praefato Studio Doctorati ſeu Magiſtrati fuerint, in eo, et in aliis Generalibus Studiis, legendi et docendi, abſque approbatione alia, liberam habeant facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrorum Statutorum, Ordinationum, Voluntatis, et Prohibitionis infringere, vel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Villam Novam Avinion. III. Non. Sept. Pontificatus noſtri An. Secundo.

(III) Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Piſano, et dilectis Filiis Sancti Pauli Ripae Arni Piſani ac Sancti Michaelis de Burgo Piſan. Monaſteriorum Abbatibus ſalutem et Apoſtolicam Benedictionem. Attendentes provide quod ex Literarum ſcientia dono celeſti ſpiritualiter et temporaliter bona publica proveniant, et privata, quodque ab ipſius Profeſſoribus fidelis inſtruitur Populus, & reducitur exorbitans ad ſemitam veritatis, libenter ea concedimus per quae ſcientiarum fructus valeat adaugeri. Cum itaque nos nuper auctoritate Apoſtolica duxerimus ſtatuendum ac etiam ordinandum, ut in Civitate Piſarum de caetero eſſet Studium Generale, illudque perpetuis futuris temporibus, in ea vigeret in ſacra Pagina, Iure Canonico et Civili, in Medicina, et in qualibet alia licita facultate, ac Doctores, Magiſtri ac Studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, et immunitatibus conceſſis

Digitized by Google

Doctoribus legentibus, & Scholaribus in Studiis Generalibus commorantibus gauderent & uterentur, prout in noſtris Literis ſuper hoc confectis plenius continetur. Nos cupientes quod hujuſmodi Studium continuum auctore Domino ſuſciperet incrementum, dilectorum filiorum Communis & Populi Piſani in hac parte ſupplicationibus inclinati dilectis Filiis univerſis Doctoribus & Magiſtris ac Scholaribus Studii Piſani auctoritate praedicta tenore literarum noſtrarum duximus indulgendum, ut ipſi, et ſinguli eorum in dicto Studio in Sacra Pagina, in Jure Canonico & Civili, in Medicina & qualibet alia licita Facultate, in Civitate praedicta legentes aut ſtudentes fructus, redditus, aut proventus omnium Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum, quae tunc obtinebant, & in poſterum obtinerent, etiamſi Dignitates, Perſonatus, aut Officia forent & curam animarum haberent; dummodo Dignitates hujusmodi majores poſt Pontificales in Cathedralibus & in Collegiatis Eccleſiis principales non exiſterent, in ea integritate libere, uſque ad quinquennium percipere valerent, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent ſi in Eccleſiis, in quibus hujuſmodi Beneficia forent, perſonaliter reſiderent, nec interim ad reſidendum in ipſis aliquatenus tenerentur, neque ad id inviti coarctari valerent. Non obſtantibus ſi ipſi Doctores, Magiſtri & Scholares in eisdem Eccleſiis non fecerint primo conſuetam Reſidentiam Perſonalem, ac quibuſcunque Statutis et Conſuetudinibus earumdem Eccleſiarum contrariis juramento, confirmatione, vel quacumque alia firmitate roboratis. Etiamſi de illis ſervandis, et non impetrandis Literis Apoſtolicis contra ea, & ipſis Literis non utendo a dictis Doctoribus, Magiſtris, et Scholaribus ab aliis impetratis, ſeu quocumque modo conceſſis, iidem Doctores et Scholares per ſe vel Procuratores eorum praeſtiterint, vel in antea eos praeſtare contingeret juramentum. Seu si locorum Ordinariis ab eadem ſit ſede conceſſum, vel medio tempore concedi contingat, quod Clericos et Perſonas Eccleſiaſticas ſuarum Civitatum, et Diaeceſum in Dignitatibus ſeu Perſonatibus conſtitutos compellere valeant.

per ſubtractionem proventuum ſuorum Eccleſiaſticorum, vel alias ad reſidendum perſonaliter in eis. Seu ſi iisdem Ordinariis et dilectis Filiis Capitulis dictarum Eccleſiarum a praeſata ſit Sede conceſſum vel interim concedatur, quod Canonicis et Perſonis earumdem Eccleſiarum, etiam in Dignitatibus vel Perſonatibus conſtitutis fructus redditus et proventus beneficiorum eorumdem miniſtrare iu abſentia minime teneantur, et ad id compelli non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Et quibuslibet Privilegiis, et Indulgentiis et Literis dictae Sedis generalibus vel ſpecialibus cujuſcumque tenoris exiſtant, per quae noſtris literis non expreſſa vel totaliter non jnſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus ſpecialis mentio in eisdem noſtris literis ſit habenda. Proviſo quod Beneficia praefata debitis interim obſequiis non fraudentur, et Animarum Cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur, ſed per bonos et ſufficientes Vicarios, quibus de ipſorum Beneficiorum proventibus neceſſaria congrue miniſtrentur, diligenter exerceatur et deſerviatur inibi laudabiliter in Diviuis. Quocirca diſcretioni veſtrae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum, per vos vel, alium, ſeu alios, Fructus, Redditus, et Proventus praedictos faciatis Auctoritate noſtra eisdem Doctoribus Magiſtris et Scholaribus ac ſtudentibus Clericis in ipſo Studio reſidendo, vel eorum ipſorum nomine Procuratoribus per dictum Quinquennium juxta hujuſmodi Conceſſionis noſtrae tenorem iutegre miniſtrari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi eisdem Ordinariis et Capitulis, aut quibusvis aliis communiter vel diviſim a praeſata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores Auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Avinioni. Quarto nonas Decembris Pontificatus noſtri Anno Secundo.

(IV) In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1472. Indictione VI. Die vero 19. Menſ. Decembr. In Conſilio Populi Civitat. Florent. Mandato Magnificor. & Potent. Domin. Domin. Priorum, & Vexilliferi Juſtit. Popul. Florent. precona Convocatione Campaneque ſonitu in Palatio Populi Florentini more ſolito congregato. Quorum Dominorum Priorum & Vexilliferi nomina ſunt iſta, videlicet Bertoldus Bartholomei Bertoldi Dom. Philippi Corſini, Jo. Baptiſta Franciſci Thomaſii Joannis, Ludovicus Pauli Lapi Nicolini, Franciſcus Zenobii Bernardi Girolami, Attavianus Franciſci Thomaſii dello Strinato Corig. Lenzone Antonii Lenzonis Galig. Franciſcus Dom. Guilelmi Franciſci Tanagli, & Andreas Jo. Philippi Michaelis Arrighi Priores Libertatis, & Pierus Berardi Bonaccurſii Berardi Vexilliſ. Juſtitiae.

Et perchè alla Signoria di Firenze di tutti e grandi ornamenti ſolo mancha avere uno degno, & riputato Studio nelle ſue Terre: però deſiderando anchora in queſta parte ſarla ornata, veduto nella Città di Firenze comodamente ſare non ſi potrebbe per eſſerci gran careſtia di caſe, & in tal modo, che numero grande di Scolari, quale a un riputato Studio da ogni parte ſuole conferirſi, non haverebbe non che a contento, ma ne pure a neceſſaria ſufficientia luogo per habitare, & il Popolo haverebbe delle caſe più careſtia: aggiunto e diletti, & piaceri della Città, che agli Studj del tutto ſono contrarij, e non eſſendo per dette, & altre cagioni luogo commodo per Studio la Città di Firenze, come la eſperientia già altre volte, quando ci ſi è fatto Studio, là dimoſtro, è neceſſario ſarlo in un' altra delle Terre della Signoria di Firenze, dove fuſſi più comodità & più utile di Comune, & eſaminato tutto, et con buon numero di Savj Cittadini ſi cognoſce per ciaſchuno, che niuno luogo è più commodo a tale eſercizio, anzi ſi giudica non cen'eſſere ſe non ſolo uno, e queſto è la Città di Piſa, la quale per ſito di eſſa commodiſſimo per via di mare a tutti e Foreſtieri, che frequentano gli Studj, e per abundantia delle co-

ſe neceſſarie al victo, & per larghezza, e copia d'habitazioni attiſſima da ciaſchuno, et commodiſſima è riputata, et per eſſere Città celebre ſarà più famoſo lo Studio, d' onde riſulterà immenſo onore alla Città di Firenze: & per avere le Gabelle alte appartenenti al noſtro Comune, utile grande arrecherà alla Città noſtra, et eſſendo così, per tanto ſi provede per detto Studio nel modo infraſcritto . . . . . .

In prima che per tempo d'anni cinque, da cominciare a dì primo di Novembre proſſimo futuro, s'ordini uno Studio Generale nella Città di Piſa in luogo, dove fuſſi più chommodo, nel quale ſi ſpenda quanto fuſſi di biſogno inſino alla ſomma di Fiorini ſeimila di Suggello, e paghiſi la detta ſpeſa pel Camarlingo Generale delle Gabelle di Piſa, che pe' tempi ſarà, durante detti cinque anni di qualunche danari per cagione del ſuo Camarlingatico alle ſue mani perverranno per qualunque cagione, pagando con lo ſtanziamento deliberato ſecondo gli ordini, come di ſotto ſi dirà, e netti e ſenza alcuna retenzione a quelli, che ſaranno ſuti condotti a leggere in Studio, & a ciaſcuno quella quantità, la quale ne' loro ſtanziamenti ſi conterrà.

Et per conſervare il Monte della ſomma, che pel Camarlingo di Piſa per detto Studio ſi pagherà ciaſchun' anno, s'intenda eſſere, e ſia aſſegnato al detto Monte quello ſi ritrarrà, durante cinque Anni, dall'Arte della Lana degli Allumi di Volterra, d'onde ſi ſpera trarre, ſecondo un accordo già diſegnato con detta Arte della Lana, et da detta Arte con altri, circa F. Quattromila di Sugello ciaſchun' Anno. Et più s'intenda aſſegnato a detto Monte per detta conſervazione quello, che ſi trahe, e trarrà fra detto tempo de' Fitti delle Paſture, che erano de' Volaterrani, che è Fiorini ſettecento di Sugello in circa l'anno; et più s'intenda eſſere, e ſia aſſegnato per detta conſervazione ciaſcuno di d. Anni de' Denari dello Studio, F. mille trecento di Suggello, che in tutto fa la ſomma di Fiorini Semila.

Et perchè gli è neceſſario avere nella Città di Firenze almeno tre, o quattro Maeſtri, che inſegnino Grammatica, e qualche uno, che dia lume degli Oratori, & Poeti, e degli ornamenti della Lingua latina a quegli Cittadini, che più oltre non vogliono ſeguitare gli studj, però ſi provvede: Che per gli Ufficiali dello Studio, de' quali di ſotto ſi dirà, s' abbia non ſolamente a provvedere di quelli, che legghino nello Studio a Piſa nelle Facultà neceſſarie negli Studj Generali, et degni, ma ancora di quegli, che nella Città di Firenze addottrinino nel modo detto e Cittadini Fiorentini, e chi nella Città di Firenze abitaſſe; potendo per tale opera ſpendere della detta ſomma de' F. ſemila & più, Fiorini quattrocento, che avanzano dalle Paghe de' Crediti dello Studio ciaſchun' anno, pagato e ſopradetti F. Milletrecento, de' quali di ſopra ſi fa menzione, perchè le paghe de' crediti dello Studio ſono F. Milleſettecento in circa. Queſto dichiarato, che per gli Ufficiali del Monte pe' tempi eſiſtenti, ſi debba reſtituire duranti cinque Anni, pe' detti crediti dello Studio l' ontero delle paghe, et di quattro Meſi in quattro Meſi, ſotto le pene de' Monti Penali, non obſtante alchuna legge, o ordine in contrario, o altrimenti diſponente; et ſolo per convertire nelle ſpeſe ſopranominate, o a detto Studio appartenenti.

Diputiſi per detto Studio pel Conſiglio del Cento gli Uffiziali nel modo infraſcritto, cioè ottenuta che ſarà la preſente Provviſione, ſecondo la deliberazione de' Signori Priori, e Gonfaloniere di Giuſtizia pe' tempi eſiſtenti s'elegga cinque Cittadini Fiorentini abili agli Ufficj del Comune di Firenze, cioè uno per Quartiero del Membro de' Maggiori, et uno per tutta la Città pel Membro de' Minori, diputandoſi detti Ufficiali, et ciaſcuno di loro di quella età, et in quel modo, e forma, et con quelli Divieti prima, et poi, che e come da dd. Signori, et le due Parti di loro ſarà deliberato, et ordinato.

Duri l'Ufficio di quelli, che prima ſaranno eletti, per tempo da cominciare il dì immediate dopo la loro electione, et da durare per inſino a dì primo di Novembre proxime futuro 1473. nel tempo debbe cominciare lo Studio a Piſa nel modo ſopradetto, et un'anno più: Potendoſi a detti Ufficiali di tempo in tempo prolungare il loro Ufficio per un' anno per volta pe'Signori, et Collegj, e le due Parti di loro, o di nuovo eleggere altri Ufficiali del Conſiglio del Cento d' Anno in Anno, et oſſervato la forma, et ordine ſopradetto; et in luogo di qualunche de'dd. Ufficiali, el quale per alchuna cagione vacaſſe durante il ſuo Ufficio, ſi deputi lo ſcambio del medeſimo Quartiere, et Membro, et oſſervato la forma et ordine ſopraſcripto, e pel reſto del tempo.

Habbino e detti Ufficiali, et le due Parti di loro durante il tempo del loro Ufficio, pieniſſima auctorità circa l'eleggere de'Doctori, et altri, che habbino a leggere nello Studio a Piſa, o a inſegnare, et leggere a Firenze; potendo eleggere per ciaſcuna facultà quel numero di Doctori, et altri, et con quello ſalario per ciaſchuno, e per ciaſchun Anno, e per quel tempo ciaſchuno, che a loro parrà, non paſſando il tempo di detti cinque Anni la ſpeſa di ſopra ordinata, et in quel modo, e forma, che, et come a loro parrà, et piacerà, et liberamente vorranno. Non potendo però eleggere per lo Studio a Piſa alchuno Cittadino Fiorentino abitante al preſente nella Città di Firenze.

Et più abbino piena autorità di eleggere, et deputare e Miniſtri neceſſarj per lo Studio così a Piſa, come a Firenze, & più abbino autorità di poter fare gli Stanziamenti a quelli, che aveſſino a leggere, et agli altri Miniſtri per lo Studio, o per dd. Ufiziali neceſſarj di tempo in tempo, ſecondo che nelle electioni ſarà ſuto ordinato, et ſpendere quello, che fuſſi neceſſario per le ſpeſe di tale Ufficio; & più abbino auctorità e detti Ufficiali, intendendo queſto ſolo ne'primi Ufficiali, e durante il tempo principale del loro Uffizio, di fare qualunche ordini, e provviſioni circa

il d. Studio per a Piſa, & Firenze, & ſuoi Membri per ordinarlo, & riformarlo, & circa l'oſſervantia, & Solennità, Lectioni, Precetti, & Dottrina, & circa qualunque altra coſa a ciò neceſſaria, o appartenente, o da quelle dependenti, quello & quanto a loro parrà utile, e conveniente, o come liberamente vorranno.

Et più ſieno tenuti dd. Ufficiali dello Studio fare ordinare il luogo in Piſa commodo per detto Studio, & farlo aſſettare in buona forma in modo, che ſia commodo a tutte le Facultà, & tutto queſto faccino più preſto ſi potrà, & intorno a ciò abbino pieniſſima auctorità.

Poſſino i dd. Ufficiali per le Deliberazioni, & Roghi, che per loro Uffizio s'aranno a fare, fare commiſſione in ciaſchuno de'Notai Fiorentini come vorranno, & in una volta, o più da loro farà deliberato, o ordinato, che ne faccia Rogo o Scriptura, ne abbino per d. Uffizio altro Notajo.

Tutte le Deliberazioni, che per dd. Ufficiali di Studio ſi faranno per alcuna elezione di chi habbia a leggere in Studio, o inſegnare Grammatica, o loro pagamenti, non habbino luogo, ſe prima non ſaranno approvati pe' Signori & Collegj, o le due parti loro; & ſimilmente gli Ordini che per dd. Ufficiali, come è detto, ſi faceſſino, non vagliano ſe non avuto prima l'approvazione de' Signori, e Collegj nel d. modo.

Tutte le Deliberazioni, che pe' dd. Ufficiali ſarannno fatte, ſeguitando l'approvazione, dove la ſi richiedeſſi nel modo ſopradetto, abbino luogo, & effetto, & ſiano di pieno valore, & efficacia, & per ciaſchuno, al quale in modo alcuno apparteneſſi a pieno s' oſſervino pe' tempi & ne' modi, con le condizioni, & con le parti, & effetti, e ſotto le pene, che, et come in tali Deliberazioni ſi conterrà, et come ſe fuſſino deliberate pe' Configlj opportuni della Città di Firenze.

Intendendoſi per vigore della preſente le Condotte di coloro, che a Firenze inſegnano ſalariati de' danari dello Studio eſſere ſi-

nite a' dì primo di Novembre proximo ſuturo, ſe duraſſino più tempo; et più là non durino. Et ſe durante i detti cinque Anni di d. Studio non ſi ſpendeſſi, o per vacazione riſpetto a Peſte, o altro giuſto impedimento, o per alchuna altra cagione; l'ontero della somma di ſopra ordinata, allora & in tal caſo tutto quello, che vi avanzaſſe ciaſcun' anno per gli Ufficiali del Monte ſi ſpenda in Crediti di Monte ſopportante, et creſca il Monte dello Studio, et queſto ſia Penale, come il Monte delle Fanciulle, et così s'oſservi.

(V.) Supradictum Volumen Statutorum et ipſa Statuta cum omnibus eorum correctionibus Deliberaverunt, Approbaverunt, et Cofirmaverunt, in omnibus et per omnia, prout in eo continetur et ſcriptum eſt cum hac Addictione, quod Ubicumque in dictis Statutis loquitur aliquid de Civitate Florentiae, idem intelligatur loqui *pro Studio, quod Piſis fieri debet*, et dum ibi vigebit Studium, de Civitate Piſarum, & ſic obſervetur. Et inſuper Capitulum CIII. dicti voluminis, cujus Rubrica incipit = *De Immunitate Doctorum, & Scholarium, et eorum Rerum*, et incipit, *Item volumus quod Doctores Forenſes &c.* quod intelligatur mutatum, et reductum ad formam Deliberationis, quae infra erit vulgari ſermone ſcripta, ut melius a Gabelleriis intelligatur, et poſt praeſentem Deliberationem ſequetur. Item Deliberaverunt quod quicumque Scholares, qui ſunt de Jurisdictione Communis Florentiae ad praeſens ſtudentes in aliquo Studio extra praedictam Jurisdictionem, teneantur ſaltem hinc ad ipſum totum Menſem Septembris proxime futuri 1473. rediiſſe in loca ipſius Jurisdictionis Communis Florentiae, et ſe *Piſas* contuliſſe, vel Florentiam, ut *Piſas* ad novum Studium, ibique studendum ſe conferant; et deinceps, donec in aliqua Facultate, in qua in dicto Studio legetur, studere voluerint, *Piſis vel Florentiae ſtudeant ſub legentibus in aliquo dictorum Locorum*, & non alibi extra d. Jurisdictionem quoquo modo; alioquin vero ſi intra d. tempus non redierint, et Studium proſequentur, ut dictum eſt,

Digitized by Google

in aliquo Studio, vel Loco Jurisdictionis Communis Florentiae, intelligantur ex nunc incidiſſe, et ipſo facto incidant et condemnati ſint in poenam *Florenorum Quingentorum Largorum*, pro quolibet Contrafaciente, aut ad plenum praedicta non obſervante, cujus poenae quarta pars ſit Notificatoris, et quarta Officialium exigentium, reſiduum vero Montis Studii, et dicto Monti applicetur, et ſint ſuppoſiti Officialibus Studii, et Officialibus Montis, et Conſervatoribus Legum Communis Florentiae, et inter eos habeat locum praeventio, et poſſit de praedictis infra Decennium cognoſci. Et insuper Scholares ſic contrafacientes, vel non obſervantes, ultra praedictam poenam pecuniariam, incidant in praejudicia infraſcripta, videlicet, quod ſi Doctoratum ſortientur aut conſequentur in aliqua Facultate, vel Artibus, non poſſint acceptari ullo unquam tempore in aliqua Matricula Civitatis Florentiae, neque in Jurisdictione Communis Florentiae talem Facultatem, vel Artem modo aliquo, aliquo tempore exercere poſſint; nec aliquod Conſilium, vel Reſponſum alicujus ex eis, qui in jure Civili, vel Pontificio doctoraretur, tam ſuum proprium, quam aliud, in quo ejus eſſet ſubſcriptio, acceptari unquam poſſit in aliqua Curia Civitatis Florentiae, vel alterius Loci, in quo Commune Florentiae Jurisdictionem haberet, in aliquo Judicio, tam Agendo, quam Defendendo, per aliquem Rectorem vel Officialem talis Loci, ſub poena Contrafacienti modo aliquo in praedictis, vel aliquo praedictorum, *Florenorum Centum Largorum*, pro qua ſint ſuppoſiti, ut ſupra; praeventio tamen locum semper habeat inter eos, qui de praedictis, ut supra, cognoſcere poſſint. Quicumque vero tale aliquod Conſilium per aliquem redditum, vel ſubſcriptum habentem, ut ſupra, talem prohibitionem allegaret, vel produceret, aut allegari, vel produci faceret, aut eo uteretur, et ille, in cujus favorem produceretur tacite, vel expreſſe, directe, vel indirecte, vel viva voce allegando, vel loquendo aliquo modo in ſuum favorem aliquo tali Doctore prohibito uterentur, vel ejus opera, intelligatur ipſo facto incidiſſe et in-

incidat in poenam *Florenorum Quingentorum Largorum*, quae poena pro una quarta parte intelligatur applicata Parti adverſae, et pro una alia quarta parte Rectori, vel Officialibus exigentibus dictam poenam, pro qua poena ſint ſuppoſiti Rectoribus Forenſibus Civitatis Florentiae, et Officialibus Studii, ſi tunc vigeret eorum Officium, ac etiam Conſervatoribus Legum Cummunis Florentiae, inter quos locum habeat Praeventio; Reſiduum vero ſpectet ad Montem Communis Florentiae pro ejus diminutione. Et ſupradicta omnia modo ſupradicto fiant, et obſerventur per eos, ad quos modo aliquo pertinebit, in omnibus et per omnia sane, et recte intelligendo, ſingula ſingulis congrue referendo in ſupradictis omnibus &c.

Sequitur Reformatio vernaculo ſermone, de qua ſupra.

I Sopradecti Magnifici Ufficiali dello Studio per la Citta di Firenze, e Piſa diputati inſieme in ſufficiente numero ragunati, atteſo all' auctorità conceduta pe' Conſiglj opportuni della Città di Firenze, del Meſe di Dicembre proximo paſſato 1472. a quegli, che dovevano eſſere electi, per vigore di quella, Ufficiali per decto Studio, inter cetera, di poter ſare qualunche Ordini, e Provviſioni circa il decto per a Piſa, et Firenze, et ſuoi Membri, per ordinarlo, et riformarlo, et circa l' obſervantia et Solennità, Lezioni, Precepti, et Doctrine, et circa qualunche altra coſa a ciò necessaria, o appartenente, o da quello dependente, quello et quanto a loro parrà utile o conveniente, et come liberamente vorranno, et che tali Ordini non valeſſino ſe non ſeguita prima l' approvazione de' Signori, et Collegj, o delle due parti di loro, come appieno in decta Proviſione appariſce. Et atteſo approximarſi il tempo, che i Doctori, et Scholari comincino a mandare a Piſa, et a Firenze loro Veſte, Maſſerizie, Arneſi, et Libri, et eſſere conſueto, et a Firenze, quando ci ſi fa lo Studio, et in tutti gli altri Studj di Italia, che tali coſe ſieno franche di Ghabella, come è coſa honeſta, et giudicando eſſer ſommamente neceſſario et appartenente a decto Studio rinovare tale beneficio conſueto, acciocchè i Doctori e Scho-

la-

lari comincino a dirizare le lor coſe, che ſaranno ſtimolo di farcegli venire, & torre le Caſe a *Piſa*, che non ſi rinovando, & publicando ſarebbe ritrarre tutti e Doctori, et Scholari dal venire pel ſoſpecto di tali Gabelle, per tanto havuto ſopra di ciò maturo et buono examine tralloro, & inteſo il conſueto, et quì et altrove ragunati inſieme, & facto tra loro il Partito, et obtenuto ſecondo gli Ordini del Comune di Firenze, et delloro Ufficio, et obſervate le debite Solemnità, per vigore della ſopradecta loro Auctorità, et per ogni miglior modo, via, & ragione, che più, o meglio di ragione poterono, Ordinorono, et Deliberorono la inſraſcripta Deliberazione, & Proviſione nello inſraſcripto modo &c.

In prima che a ciaſchuno o Dottore, o Scholare, che voleſſi ire allo Studio di Piſa, che debbe incominciare a dì primo di Novembre proximo futuro ſia lecito inſino da hora mandare a Piſa per ogni tempo advenire qualunche Libri, Maſſeritie, Veſte, Arneſi per uſo ſuo, et di ſua Famiglia neceſſarie, così nuovi, come vecchj ſenza pagamento d'alcuna Gabella, o Paſſaggio in alchuno luogo della Giuriſditione del Comune di Firenze, dove per decto Comune tali Gabelle ſi riſcoteſſino, e così alle Porte, o in Doana della Città di Firenze, come altrove, preſentandoſi nondimeno tali coſe e Paſſeggieri o vero Gabellieri dove paſſaſſino, & quivi pigliandoſi le Polize, et facendoſene fare ricordo in modo, che il Comune non ſia defraudato, et preſentandoſi poi in Doana di Piſa colla fede d'eſſerſi preſentato con eſſe dove ſi richiedeſſi. Et ſimilmente tali coſe alla loro partita di Piſa ſi poſſino ritrarre ſenza alchuna ſpeſa di Gabella, obſervandoſi il modo ordinato di ſopra nel metterle; di tutto ſempre tenendoſi in Doana di Piſa buono, & diligente conto, havendoſi pe' Provveditori delle Gabelle di Piſa, o chi loro Ufficio rappreſentaſſi advertenza, che il Comune non ſia defraudato. Et perchè molti manderanno le coſe a Firenze per ſopratenerle tanto cominci lo Studio a Piſa per mandarvele allora quando vanderanno eglino, non ſarebbe oneſto fuſſino in

Digitized by Google

peggiore grado che quegli, che per paſſo ce le conduceſſino, & ſubito le mandaſſino a Piſa, per tanto Deliberarono che queſti tali le poſſino tenere in Firenze, facendoſene fare ricordo in Doana, & promettendovi di ritrarle per a Piſa, o rimandarle donde fuſſino venute almeno per tutto il Meſe d'Oɛtobre proximo futuro 1473. Ma chi voleſſi ſubito mandarle per paſſo a Piſa fral termine ordinato per paſſo, non habbia a fare altra promeſſa in Doana.

Ma perchè a Firenze ha a eſſere anchora parte di Studio, e col tempo ci potrebbe eſſer più, per tanto ſi dice, che per lo Studio a Firenze, quando ci fuſſi, s'intenda obſervare circa i decti Arneſi, Maſſeritie, Veſte, & Libri quello medeſimo circa il pagamento di decte Gabelle, che di ſopra è ordinato per Piſa; & come per Statuti antichi è conſueto, quando lo Studio ordinario è ſuto in Firenze.

Et acciocchè ſotto nome di Doctori, o Scholari, altri che loro tali coſe non sgabellino con decto Benefizio, ſi provvede che in Piſa non ſi ſgabellino tali coſe così per entrata, come per uſcita per di quì a tutto il Meſe di Novembre proximo futuro, ſe non havuto la poliza de' Proveditori di Piſa, o che tali coſe ſiano di Doctori, o Scholari, ſecondo lor giudicio, pigliandone prima buona informazione, & dopo decto Meſe di Novembre, ogni tempo, durantevi lo Studio non ſi ſgabellino ſenza la poliza del Rectore dello Studio, che in tal tempo vi ſarà, faccente ſede tale, che fuſſino tali coſe o per Doctori, o Scholari venenti, o ſtanti a decto Studio, & con decta poliza ſi vadia a' Provveditori di Piſa, & loro faccino la poliza al Doaniere, & altri a chi ſi richiedeſſe, che ſgabellino tali coſe con decto beneficio, così quivi, come altrove, dove fuſſi di biſogno, così nel condurgli, come nel ritrargli.

Et quando lo Studio fuſſi in Firenze s'oſſervi il medeſimo Ordine: ma quando in Firenze non fuſſi il Rectore dello Studio, allora baſti la poliza degli Ufficiali dello Studio, o di quegli a chi eglino commetteſſino.

Ma perchè lo Studio per hora ſi ſa a Piſa, & pur, come è decto, qualcuno inſino a Novembre vorrà ritenere i Libri in Firenze, però ſi provede tal coſa far non ſi poſſa, ſe non per quegli, che da' decti Ufficiali di Studio, o a chi e' commetteſſino n'aveſſino licentia, & la poliza, che preſentaſſino a' Proveditori di Doana di Firenze, o a' Miniſtri di Doana a ſimili caſi deputati, & non per altri: ma per paſſo ciaſcuno trar poſſa tali coſe per a Piſa pellordinario, & ſenza pagamento alchuno, come è decto.

Et quanto di ſopra è ordinato obſervare ſi poſſa, & debba per ciaſcuno, al quale in modo alcuno apparterrà lecitamente, & ſenza pena alchuna, non obſtante alchuna proviſione, o ordine in contrario, etiam ſe fuſſi tale, che ſe ne doveſſi fare eſpreſſa mentione, la quale inſino da hora s'intenda eſſere & ſia per facta. Intendendo tutte le ſopradecte coſe a ſano, & puro intellecto e ſenza alchuna cavillatione, o mala interpretatione, per migliore effecto di decti Studii, & per più favore di decti Doctori, & Scholari, ſolo per le loro coſe, come è decto. Et duri tale Beneficio per ciaſchuno di decti Luoghi, ſolo pel tempo vi ſarà Studio, & non più oltre; ma cominci inſino da hora per lo Studio, che di proximo debbe cominciare, come è decto,

Poſt haec ſubnectitur Approbatio his verbis.

Die XIIII. Julii MCCCCLXXIII.

Magnifici Domini Priores Libertatis, & Vexillifer Populi Florentini una cum eorum Venerabilibus Collegiis ſimul in ſufficienti numero collegialiter congregati in Palatio dictorum Dominorum, ut moris eſt. Intellecta ſupradicta Officialium Studii Proviſione, & ea diligenter examinata, & attenta eorum auctoritate in praedictis, ſervatis ſervandis inter obtento partito, ſecundum Ordinamenta de communi Deliberatione cum omnibus, & ſingulis in ea contentis Approbaverunt, & Confirmaverunt in omnibus, & per omnia, prout in ea continetur & ſcriptum eſt.

(VI) *Haec eſt ſeries eorum, qui Rectoris vel Vicerectoris Academiae munere functi ſunt ab an. 1473. uſque ad an. 1525.*

1473. Benedictus de Pago a Kal. Novembr. 1473. electus *Rector* cum honorario aureorum 40. *Vicerectoris* titulo ipſi ſucceſſit Joannes Staitus Siculus a die 24. Decembris ad 27. Januarii anni 1474.

1474. Franciſcus Maximus Romanus *Rector* electus die 24. Januarii ad diem 9. Junii 1475. Aurei nummi 60. ipſi conceſſi ſunt.

1475. Antonius Octaviani a S. Maria Montisferrati *Vicerector* a die 13. Junii ad diem 9. Junii ſequentis anni 1476.

1476. Carolus Gabrielli Equitis Philippi Fil. Eugubinus *Rector* a 5. Junii ad totum Junium ſequentis anni 1477. quo lauream Doctoris accepit.

1477. Rainerius Guicciardini Ludovici Fil. *Rector* a die 1. Julii 1477. ad finem Octobris anni 1479.

1479. Andreas Agliata Piſanus *Vicerector* electus quidem, ſed poſtea exauctoratus, ipſique ſubſtitutus *Rector* Joannes Lupus Luſitanus a die 4. Decembr. ad Kal. Majas anni 1480.

1480. Sigiſmundus de Cortona *Vicerector* ipſi ſubrogatus die 24. Novemb. moxque a Kal. Aug. *Vicerector* alius Gherardus Macrinus.
Petrus a S. Dominico e Capharonia *Rector* ab Academiae Moderatoribus electus die 2. Novemb. ejuſdem anni 1480. uſque ad Kal. Majas ſequentis anni 1481. atque in annum integrum confirmatus, ſed 27. Junii inconſultis Moderatoribus munus reliquit.

1481. Gerardus Velutellus Lucenſis *Vicerector* electus Julio menſe anni 1481. uſque ad Januarium menſem ſequentis anni.

1482. Carolus de Orfeo e Ricavo *Vicerector* huic ſubrogatus uſque ad diem 17. Maii anni 1482.
Ludovicus Sparzia Valentinus *Rector* poſt ipſum electus ad Kal. Novemb. anni 1483.

1484. Aldulus Piccolomineus Senenſis *Vicerector* a menſe Junio uſque ad diem 24. Januarii ſequentis anni 1485.

1485. Petrus Magiſtri Thadei de Petra Sancta a die 22. Januarii 1485. uſque ad 8. Februarii ſequentis.

Iacobus Maciotta Siculus *Rector* electus 8. Februarii ad annum; & 16. Auguſti die confirmatus ad Kal. Novemb. anni 1486.

1486. Simeon Oricellarius *Rector* electus die 17. Dec. 1486. in annum.

1487. Nuccius Michari Siculus *Rector* die 5. Febr. 1487. & die 24. Decemb. 1488. in annum ſequentem, ac ſingulis fere menſibus repetitis vicibus confirmatus uſque ad Kal. Novemb. anni 1490.

1491. Nicolaus de Montagnanis Majoricenſis *Rector* electus 13. die Januarii, ipſique prorogata dignitas ad Kal. Majas anni 1492.

1492. Joannes Franciſcus a S. Baſilio Calaber *Rector* electus die 30. Junii 1492. in annum.

1493. Petrus Brandi Nicaeenſis *Rector* electus Kal. Julii in annum, ſed poſtea exauctoratus.

1494. Antonius Lucerna Luſitanus *Rector* electus Kal. Julii, ſed 8. Aug. ſequentis munus reſignavit, ipſique *Vicerectoris* titulo ſubrogatus fuit Joannes Thomas Graſcia Majoricenſis Sept. menſe 1494., cui eodem anno ſucceſſit Antonius Griffus Siculus Piſis oriundus *Rector*, ſed, ingruente bello Piſano, neque confirmatus, neque munus aut mercedem adeptus fuit.

1495. Jacobus Melochius Piſtorienſis *Vicerector* Prati electus fuit 13. Januarii die anni 1495. ipſique die 1. ſequentis Decembris ſubrogatus Joannes Novelluccius Petri fil. Pratenſis *Vicerector*.

Rectores ac Vicerectores ab anno 1516. *ad annum* 1525.

1516. Bernardus Siculus *Vicerector*.

1517. Andreas Giandardone Siculus *Rector* electus die 21. Maii, & annua merces *Rectoribus* conſtituta aureorum 100.

Digitized by Google

1518. Bonus Capelli Baronis Fil. Florentinus *Rector* electus 30. Aprilis die, qui elegit *Vicerectorem ſubſtitutum* Benedictum Converſini Piſtorienſem.

1519. Fridericus de Sicilia *Vicerector*, vel Praepoſitus Conſiliariorum ſorte electus.

1520. Petrus Eliſeus Sagutarius Caroli F. Hiſpanus *Rector*, qui ſibi ſubſtituit Tibaldum fratrem.

1521. Franciſcus Palmerius Romanus *Rector*.

1522. Coſmus Fontes Hiſpanus *Rector* Kal. Nov. lauream accepit 26. Octob. 1523.

1523. Antoninus Grillo Meſſanenſis *Rector* electus 23. Octob. 1523.

1524. Georgius Galli Franciſci F. Pontremulenſis *Rector* electus 28. Octobris.

1525. Jacobus de Cremona *Vicerector* electus 11. Auguſti die.

Philippus de Burgo Jo. Franciſci F. *Rector* electus 5. Novembris die, qui peſtis tempore ſibi ſubſtituit Joannem Sardi *Vicerectorem*.

(VII) ARchiepiſcopis, Epiſcopis, Clericis, Abbatibus, Prioribus, nec non Monaſteriorum aliorumque Piorum Locorum Rectoribus, vel Adminiſtratoribus ac aliis quibuſcumque in Florentino Dominio, ac alias ubilibet conſtitutis, & tam praeſentibus, quam futuris cujuscumque status, gradus, et conditionis fuerint ***Antonius de Alleis*** Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopus Volaterrarum, & ***Franciscus de Altovitis*** eadem gratia Ordinis Vallis Umbroſae Generalis, ad infraſcripta Commiſſarii Apoſtolica Auctoritate ſpecialiter deputati in Domino ſalutem.

Noveritis Nos pridem quoddam Apoſtolicum Breve clausum ſub Piſcatoris Annulo in Cera rubea ab exteriori parte Apoſtolicorum Brevium more ſignatum, & ſigillatum, & cujus exterior ſuperſcritio hoc modo ſcripta erat videlicet.

Venerabili Fratri Epiſcopo Volaterrano, & Dilecto Filio Generali Ordinis Vallis Umbroſae pro parte Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Sixti Divina Providentia Papae Quarti nobis cum ea, qua decuit, reverentia recepiſſe hujuſmodi ſub tenore videlicet.

SIXTUS PP. IIII.

Venerabilis Frater, & Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ACcepimus ex Literis Dilectorum Filiorum Priorum Libertatis, & Vexilliferi Juſtitiae Populi Florentini, in Civitate Piſarum Studium Doctrinae erectum eſſe, ut ad Locum commodum, ac celebrem, hi qui etiam ultra Montes degunt, facile confluere poſſint; atque in eisdem Literis nobis ſupplicatum extitit, ut ipſis ſub hoc primo praeſidio adeſſe vellemus. Nos igitur in tam pio, et laudabili opere, quod nedum Laicorum, verum etiam Clericorum ad Literas incumbentium commodum concernit, diligentiam ipsorum plurimum in Chriſto commendantes, ac volentes ea, quae secundum Deum pro hominum commodis inſtituuntur, ipſo propitio, quantum poſſumus adjuvare, nec non ipſius Florentinae Reipublicae, quam peculiari charitate complectimur, impenſas alias, & onera conſiderantes illudque animadvertentes quod rationi conſentaneum eſt, ut qui ſert commodum, ferre et onus debeat, Diſcretioni veſtrae per Praeſentes committimus, & mandamus, quatenus pro Studii praefati ſubventione, & auxilio dumtaxat, omnibus, et ſingulis Archiepiſcopis Episcopis, Clericis, Abbatibus, Prioribus, nec non Monaſteriis, ac quibusvis aliis Piis Locis, ſeu eorum Rectoribus, vel Adminiſtratoribus in Florentino Dominio exiſtentibus cujuſcumque gradus, et conditionis fuerint, ſecundum fructus Eccleſiarum, et Beneficiorum

ipſorum, Apoſtolica Auctoritate, ad quinque Aunos, tùm cum primum inceperint, proxime finiendos, aequa lance contributionem, viritim imponatis, et exigatis uſque ad ſummam *Quinque Millium Ducatorum* annuatim per Vos, vel Perſonas Eccleſiaſticas a vobis ad hoc ſpecialiter deputandas, dummodo tales fuerint, qui in taxationes hujuſmodi, prout confidimus, & par eſt, erga omnes benigne ſe gerant; ſuper quibus omnibus, Vobis plenam licentiam, et facultatem Auctoritate praeſata concedimus: volumus autem Decimae, ſi quae pro Sancta Cruciata imponentur, propterea nullatenus impediantur; Eccleſiarum, et Monaſteriorum praedictorum Statutis, et Conſuetudinibus, ac quibuſvis Exemptionibus eorum cujuſcumque tenoris exiant, et aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris XII. Januarii MCCCCLXXV. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Ar. Trapezuntius.

(VIII) IN Nomine Domini amen. Anno Dom. MCCCCLXXV. die vero VI. Novembris infraſcripta sunt Statuta, et Reformationes Univerſitatis Theologorum Almi Studii Piſarum Civitatis facta reformata ac compilata ſub Reverendiſſimo in Chriſto Patre et Domino Antonio de Pazziis ejusdem Univerſitatis Cancellario digniſſimo Sede vacante, ut de ejusdem mandato et conſenſu conſtat manu Publici Notarii, videlicet Ser Simonis olim Ser Petri de Lupis Notarii et Civis Piſani die VI. preſati menſis et anni. Commiſſa ad reformandum ſtatuendum mitigandum roborandum et ad perpetuum firmamentum ſanciendum omnia et ſingula Reverendis in Chriſto Patribus et ſacre Theologie Profeſſoribus, videlicet Reverendo Mag. Baſilio de Piſis Ordinis Heremitarum ejusdem Facultatis et Univerſitatis Decano, Reverendo Mag. Franciſcho de Fucecbio Ordinis Minorum et Reverendo Mag. Chriſtofero de Maſis de Florentia Ordinis Predicatorum

Digitized by Google

rum per conſenſum prefati Reverendiſſimi Cancellarii, et omnium Magiſtrorum tunc in ipſa Univerſitate conſiſtentium videlicet.

Magiſtri Dominici de Flandria Ordinis Predicatorum.
Mag. Petri de Cetona Ordinis Heremitarum.
Mag. Donati de Matera de Apulia Ordinis Minorum.
Mag. Baptiſte de Janua Ordinis Heremitarum.
Mag. Bernardini de Florentia Ordinis Minorum.
Mag. Joannis de Venetiis Ordinis Carmelitarum.

Ut de hujuſmodi commiſſione & conſenſu conſtat prefati Notarii, manu videlicet Ser Simonis eadem die menſe et anno quibus ſupra, quarum quidem conſtitutionum tenor & ordo eſt hujuſmodi prout infra patebit.

Capitulum primum.

IN primis quidem recipientes initium qui videlicet cenſeantur & quomodo eſſe & legiptime nuncupari poſſint Magiſtri ejusdem alme Piſarum Univerſitatis fuit de concordia declaratum per ſuprascriptum Reverendiſſimum Cancellarium & Magiſtros prefatos, quod in poſterum predicti Magiſtri Baſilius. Franciſcus. Chriſtoferus. Dominicus. Petrus. Donatus ſint & eſſe debeant perpetuo ejusdem Univerſitatis & Collegj Magiſtri incorporatl & de vero gremio Univerſitatis ejusdem. Reliqui vero tres videlicet Reverendus Magiſter Baptiſta, & Mag. Bernardinus & Mag. Joannes tamdiu de Univerſitate & Collegio eſſe intelligantur, quamdiu eorum conductio ad legendum in eadem Univerſitaie duraverit: qua Lectura ceſſante minime ad ipſum Collegium pertinere dignoſcantur quoquo modo, Quin immo & imposterum eadem auctoritate ſtatuerunt, ut quicumque Magiſtri in Theologia de cetero ad Lecturam Theologie in eadem fuerint Univerſi-

Digitized by Google

tate per Magnificos Officiales Studii conducti eo ipſo ad Collegium predictum pertinere cenſeantur ſi & in quantum pro ſua incorporatione Florenos duos largos Auri in Auro boni & juſti ponderis Magiſtris tunc exiſtentibus de Collegio ſolverint cum effectu prehabita tamen ſolemni per eos facta predictis Magiſtris collatione, quod ſi neque in eadem alma Univerſitate fuerint magiſtrati: ſi de ipſo ad legendum conducti neque Collegio & ad ipſum Collegium pertinere cupierint per ipſorum incorporationem non minus quam Ducati ſex boni ponderis ab eis & a quolibet ipſorum accipiantur, premiſſa tamen ut dicitur per ipſorum quemlibet collatione ſolemni. Super his vero taliter determinamus, ut preſentes Rever. Magiſtri videlicet Baptiſta. Bernardinus & Joannes dum actu legunt, vel legerint d. Congregationis eſſe intelligantur ut prefertur: ſi vero poſt Lecturam hujuſmodi ſive conductionem de ipſo Collegio eſſe cupierint duos Decano Ducatos ponant pro quolibet in Univerſitatis Caſſetta tam inter ipſos quam inter reliquos Magiſtros diſtribuendos. De reliquis vero qui in futurum advenirent hoc ſtatuentes adjcimus, ut eorum Lectura ſive conductione perfecta ſex ſicut alii Forenſes Ducatos pro ipſorum perpetua incorporatione ſolvant ſine defectu alias de corpore perfecta Lectura ut premittitur minime eſſe intelligantur. Si vero in eadem fuerint Univerſitate magiſtrati, & de Collegio ipſo & Magiſtrorum predictorum corpore eſſe voluerint non minus ab eis & ipſorum quolibet quam quatuor Florenos boni & juſti ponderis accipiant: pro his dumtaxat intelligendo qui a preſenti Conſtitutione in preteritum inſignia ſupraſcripta magiſtralia receperint: de his vero qui impoſterum in eadem magiſtrati ad ipſum prefatum Collegium ſpectare, & pertinere voluerint, teneantur & debeant poſt omnes ſumptus & expenſas incepti Magiſterii tres ad minus Ducatos pro eadem incorporatione ſolvere, & tam hi quam ſuperiores collationem premittere teneantur & debeant: quibus omnibus tanquam pro fundamento premiſſis ne que gerenda impoſterum ſint ut acefalum & ſine capite aut regimine eſſe videantur, in ſubſequentibus latius &

diffuſius conſcribentur, & ipſius noſtre alme Univerſitatis firmamentum & robur ſimul & juſtiſſimus ordo proceſſuſque patebunt.

Exordium ad ſecundum Capitulum.

CUm inter quaſcumque rerum ſcientias Sacratiſſima Theologia, qua Divinarum rerum cognitionem habere dicimus, tanta apud omnes Gentes auctoritate ſit, tanto per univerſum Terrarum Orbem lumine ſplendeat, ut ineffabili quodam ac pene incomprehenſibili quodam modo omnem ingenii vim ſuperare certum ſit: hinc fore neceſſarium duximus eos, qui ejus Doctrinam ceteris communicare ac temporis intervallo vel ſucceſſione in ea proficere ſtudent certis legibus ſalubribusque ſtatutis, regulari quoque obſervatione rite Deo ſervire ac honeſte & laudabiliter hominibus placere conentur, & debeant: cum itaque teſte Aurelio Auguſtino, Ordo parium ſit diſpariumque ſua unicuique loca tribuens diſpoſitio hinc imprimis.

Capitulum ſecundum de modo eligendi Decanum.

STatuimus & ordinamus quod in hac noſtra alma Univerſitate quolibet anno a die Beati Hieronymi, niſi in Dominica evenerit, alias in craſtinum omnium Reverendorum Magiſtrorum noſtri Collegii fiat Congregatio pro noviter eligendo Decano. Ubi primo et ante omnia cantetur Miſſa de Spiritu ſancto cum commemoratione Beate Virginis & Beati Hieronymi: quam quidem Miſſam cantet junior noſtre Univerſitatis Magiſter & unus Bacalarius cantet Evangelium, unus vero Magiſter ſtudentium dicat Epiſtolam: & ille Reverendus Magiſter, qui Officium dimittit Decanatus, quemdam immediate poſt offertorium brevem faciat ſermonem ad laudem & gloriam Sanctiſ-

ſime Theologie: quibus peractis ad ipſius veteris Decani cellam prefati omnes Magiſtri procedant: ibique novus eligatur Decanus, qui ſemper debeat antiquior eligi in Magiſterio cujuſcumque ſit Ordinis: que quidem antiquitas intelligatur ſecundum noſtre alme Univerſitatis incorporationem ac lege in premiſſis notata. Quod ſi aliquis dicte Univerſitatis non venerit niſi juſta & rationabili cauſa, quam allegare & probare teneatur, amittat primum doctorandi ſalarium.

De diſtributione Capſette. Capitulum tertium.

STatuimus & ordinamus quod antequam Decanus prefatus dimittens Officium diſtributionem pecuniarum Capſette inter Magiſtros faciat, quatuor Libras extrahat de totali pecunia diſtribuenda, de quibus Libris ſibimet Groſſos otto argenteos accipiat pro labore ſermonis, de reliqua vero pecunia predictarum Librarum quatuor emat Cerota quatuor, que ad Miſſam teneantur accenſa uſque ad finem Miſſe predicte, reſiduum vero conſignetur Sacreſtie Conventus illius, ubi hec Miſſa celebrari contigerit, idemque Decanus de predicta totali pecunia ſummam ſufficienter detrahat pro collatione ſufficienti tam Magiſtris quam Bacalariis facienda, niſi forſan incorporandus Bacalarius adeſſet.

De modo recipiendi Bacalarium. Capitulum quartum.

ORdinamus & ſtatuimus ut nullus Bacalarius in noſtra alma Univerſitate recipi poſſit, niſi prius ſui Patris Generalis, aut ejusdem ſuper hoc ſpecialis Vicarii ſententiam noſtro Rev. Decano ac etiam aliis Magiſtris in Congregatione exiſtentibus oſtenderit. Nec ad

Magiſterium quoquo pacto promoveri poſſit, niſi prius in noſtra Univerſitate incorporetur & ſententias legerit, niſi cum ipſo per Magiſtrorum Collegium fuerit diſpenſatum. Quod ſi aliunde venerit & de ſui Lectura plenam fidem adduxerit, abſque alia incorporatione poſſit ad Magiſterium acceptari, ſi ſuper hoc a ſui Ordinis Preſidentibus fuerit habilitatus.

Quomodo debeat Bacalarius preſentari & per quem. Capitulum quintum.

ITem ſtatuimus & ordinamus quod quilibet Bacalarius per ſuum Magiſtrum Regentem habeat preſentari, qui de ſui ſufficientia ex parte ſui Ordinis verum reddat teſtimonium, et ubi Regens abeſſet, per alium Magiſtrum ſui Ordinis vel per Prelatum aut probos Fratres Conventus, ubi moram trahit, id fieri poſſit. Quod quidem primo et ante omnia cum Rev. Decano de Collatione Magiſtrorum concordiam habeat, ac etiam ulterius antequam pro ipſo fiat Congregatio debeat in manibus ipſius Decani pro noſtre Univerſitatis Capſetta unum novum depoſitare Florenum, et pro quocumque Magiſtro Uuivetſitatis in Congregatione exiſtenti emolumentum habere debenti depoſitet quatuor Groſſos et octo Groſſos, pro ipſo Decano. Et in caſu quod talis Bacalarius non acceptaretur, nihilominus fiat diſtributio dicto modo.

De Ordine Bacalariorum & Magiſtrorum in Precedendo. Capitulum ſextum.

STatuimus et ordinamus quod ille Bacalarius, qui in noſtra fuerit Univerſitate jam per aliquot dies incorporatus, ſuum ſequentem precedere debeat cujuſcunque Ordinis ſit ipſe ſequens. Si autem in eo-

dem die aut hora plures fuerint incorporati primum locum teneat Bachalarius Ordinis Predicatorum. Secundum Bachalarius Ordinis Minorum. Tertium Bachalarius Ordinis Heremitorum. Quartum Bachalarius Ordinis Carmelitarum. Quintum Bachalarius Ordinis Servorum. Quod etiam ſtatutum volumus obſervari inviolabiliter in Magiſtrorum incorporationibus, videlicet ſecundum primogenita incorporationis precedat in actibus Univerſitatis, in reliquis vero ſecundum primogenita Magiſterii ſui.

De Juramento Bachalarii. Capitulum ſeptimum.

ETiam ſtatuimus et ordinamus quod Decanus noſter cuilibet Bacalario in noſtra Univerſitate recepto ſub iſta verborum forma tribuat juramentum, videlicet jurabis primo fidelitatem Sacroſancte Romane Eccleſie et Santiſſimo in Chriſto Patri et Domino Noſtro PP. Siſto Quarto ejuſque Succeſſoribus canonice intrautibus, jurabis reverendiſſimo hujus noſtre alme Univerſitatis Cancellario in his, obedientiam & reverentiam in quibus noſtra Univerſitas ab eo habet dependentiam, jurabis reverentiam et promptam obedentiam Noſtro Reverendo Decano et omnibus noſtre Univerſitatis Reverendis Magiſtris, jurabis etiam quod ſolemniter et bene perficies Lecturam tuam, niſi in aliquo tecum fuerit diſpenſatum. Jurabis quod nec per te, nec per alium procurabis ad aliam accedere Univerſitatem, et quod non acceptabis diſpenſationem hujusmodi tibi ab aliquo ſcienter vel ab aliquo procuratam. Ac etiam jurabis omnia noſtre ſacre Univerſitatis ſervare ſtatuta.

Capitulum octavum. De forma Juramenti tenenda a quocumque ante dubii deciſionem.

ORdinamus etiam quod etiam in noſtra alma Univerſitate per quemcumque cujuſcumque gradus exiſtat ante cujuſcumque dubii deciſionem pre-

Digitized by Google

mittatur laudabilis proteſtatio ſub hac verborum forma, videlicet: Proteſtor igitur veſtris coram Reverentiis, quod ego in preſenti actu, nec in alio per me quovis modo faciendo non intendo aliquid dicere, aut pertinaciter aſſerere, quod ſit contra ſacroſanctam Eccleſiam Romanam vel ſanctorum Doctorum ab ea approbatorum. Quod ſi tale quid dixero, ex tunc prout ex nunc et ex nunc prout ex tunc illud idem capſo et annichilo, et habeo pro non dicto ſubjicens me humiliter correptioni eorum, ad quos tales delinquentes ſpectat corrigere, et ad viam veritatis conducere.

Capitulum nonum. De Punctis aſſignandis Magiſtrando, & quomodo.

Etiam ſtatuimus et ordinamus quod noſter Reverendus Decanus de conſenſu majoris partis Reverendorum Magiſtrorum noſtri Collegii in preſentia Reverendiſſimi Domini Cancellarii, vel ejus locum tenentis per diem integram ante examinationem aſſignare poſſit, et valeat Examinando Puncta duo, et duas Libri Sententiarum Diſtinctiones, que quidem Puncta et Diſtinctiones ſemper aſſumat de primo et tertio, vel de ſecundo et quarto Sententiarum Libris. Examinandus autem de quolibet Puncto tres formet Concluſiones bene roboratas ac probatas cum totidem Corollariis etiam roboratis, quas Concluſiones et Corollaria cuilibet Magiſtro deferat eadem die ad minus in ſero examen precedenti. In examine primus Arguens eſt Rever. Decanus, demum Magiſtri omnes ſecundum Ordinis antiquitatem. Quilibet Arguens tria facit Argumenta cum totidem Replicationibus, et de his magis, et minus ſecundum beneplacitum Reverendi Patris Decani; nec tali Examinando detur licentia ut examen intret, niſi apud ſe ipſe Decanus emolumentum habuerit Reverendiſſimi Cancellarii omniumque Magiſtrorum et Caſſette, de quibus omnibus infra dicetur.

Statuimus etiam et ordinamus, ut quilibet Bacalarius laureandus antequam intret vigoroſum examen, teneatur conſignare Rever. Patri Decano infraſcriptam pecunie ſummam, videlicet Florenos quatuor largos pro Reverendiſſimo Domino Cancellario vel ejus Locum tenenti, et pro tota Curia ſua Florenum unum largum boni et juſti ponderis pro quolibet Magiſtro examen ingredienti, et pro Rev. Decano duos largos ſimiles et pro Notario Curie Groſſos duodecim et pro Bidello Groſſos octo et pro Capſetta Ducatum unum: de qua ſumma ſic ut premittitur deponenda nullo quovis pacto per ipſum Reverendum Decanum poſſit diſpenſari sub pena perjurii, vel per alios quoſcumque Magiſtros ſub pena eadem: que quidem pecuniarum diſtributio Reverendiſſimo Cancellario ſive Magiſtris omnino et ſub pena graviſſima fieri ante vigoroſum examen debeat et cum effectu. Fiat ſimiliter et Collatio ſemper poſt approbationem ante Aulam indeficienter. Quod ſi caſu ipſum ob inſufficientiam ſuam reprobari contingat, nihilominus Diſtributio predicta in ſuo ſit robore et firmamento, ita ut penitus ipſa careat et privetur ob preſumptionem ipſius: hoc intellecto quod ſupraſcripta moderentur de licentia et voluntate Reverendiſſimi Domini Cancellarii pro tempore exiſtentis de medietate videlicet tantum. Reliqua medietas omnino inter Magiſtros dividatur. His adjcientes quod ſi aliquo caſu interveniente in aliquibus fuerit diſpenſatum, nullo tamen modo alia via ſeu forma ſub pena graviſſima perjurii de hoc diſpenſari valeat, ut minus quam Ducatus largus pro quolibet Magiſtro diſtribuatur, Reverendo Patri Decano duplicem ſemper portionem reservantes. Adjungentes predictis ſi forſan aliquis aliqua cauſa ductus Privilegium ſui Magiſterii habere voluerit, teneatur addere Notario uſque ad ſummam Floreni unius boni, et juſti ponderis, et Notarius ipſe obligetur inviolabiliter in ſcriptis Privilegium diligenter redigere ab ipſo tamen Petente Carta ſeu Pergamena et Filo prius habitis et R. P. Decano ſigillo noſtre Univerſitatis imprimendum offerre, pro quo in Capſetta prefata quattuor Groſſos argenteos teneatur immittere.

Or-

Ordinamus inſuper et ſtatuimus ad omnis diſplicentie et controverſie materiam amputandam, quod tam approbatio alicujus Bachalarii ad Magiſterium, ſuper qua re omnem Reverend. Magiſtrorum conſcientiam oneramus, quod etiam pro aliqua incorporatione facienda, ſeu pro conficiendis Statutis aut approbandis, ſeu penitentiis injugendis, aut noviter Decano creando, & breviter pro quibuſcumque inter ipſos Rever. Magiſtros faciendis rebus, vel determinandis totum id fiat per ſcruptinium ad fabas nigras et albas celebrandum, ita quod ſemper nigre intelligantur obtinere, et quod ſimiliter in ipſo ſcruptinio tres partes ex quatuor omnia quecumque fuerint propoſita obtinere valeant, nec hujusmodi scruptinium ſuper eadem re niſi uſque ad tres vices poſſit repeti ſive ſcruptinari, alioquin quicquid ſecus actum fuerit primo quidem incurrat prevaricator penam perjurii, & ſic obtenta nullius ſint roboris vel momenti. Hoc dumtaxat excepto, ut ad abraſionem alicujus ex noſtro ſacro Collegio pro quavis occaſione vel cauſa nullo pacto obtineri valeat niſi omnes ſimul de communi concordia & animo volenti conſenſerint per fabarum ſcruptinium ut prefertur. Et quod noviter Doctorandus poſſit allegare et dicere habere ſuſpectos duos de Collegio et non plures, et allegare cauſam ſuſpecti pro Reverendo Cancellario approbandi.

Item ſtatuimus quod aliquo deficiente Regente Magiſtro, sub quo quidam Bachalarius expediri debeat alium habens Magiſtrum ſui Ordinis in noſtra alma Univerſitate minime per Magiſtrum alterius valeat magiſtrari, dummodo magiſter ille alter ſit de noſtre Univerſitatis Collegio & corpore ſecundum ſui Generalis ſpetialiſſimam licentiam. Et ad evitandum ſcandalum, & contradictionem inter Ordinem & Ordinem nullus temptet aut preſumat magiſtrare aliquem Bachalarium non ſui Ordinis, et hec ſub pena perjurii niſi eſſet aliquis ſecularis in Sacra Theologia peritus, qui incorporari vellet, et non potius unum quam alterum peteret Magiſtrum; tunc enim liceat cuicumque ipſum magiſtrare. Hoc ſane et advertenter intellecto, quod nullus niſi conſiſtat in Sacris poſſit quoquo modo a noſtra alma U-

niverſitate et Collegio ad Theologie Doctoratum aſſumi ſub pena perjurii. Si autem talis Secularis in introitu ſui ſibi Magiſtrum unum potius quam alterum peteret, liceat ſibi prout voluerit eligere. Declarantes quod nullus per aliquem Magiſtrum ad gradum Magiſterii valeat promoveri, niſi Promotor fuerit de noſtrorum Magiſtrorum Collegio et Univerſitate.

De modo & forma tenenda in Congregatione Magiſtrorum fienda cum opus fuerit. Capitulum decimum.

STatuimus etiam ſimiliter et ordinamus quod quicumque noſtre Univerſitatis congregatione indiget, primum omnium Reverendum Decanum viſitet et de ſui neceſſitate cum eo loquatur, poſtmodum vero omnes Reverendos Magiſtros viſitet suam ſimiliter indigentiam exponendo, et tunc caſu quo Decano placeat, congregatio fiat, nec cogi poſſit ipſe Decanus ad faciendam congregationem, ſed semper de hoc ſit liber, preterquam in congregatione principii Studii, aut quotieſcumque aliquis incorporandus ſive Bachalarius ſive Magiſter idipſum inſtanter peteret, in quibus omnibus modis volumus ipſum Decanum ad congregationem faciendam obligari. Et ſi ad alicujus requiſitionem Decanus noſter congregationem faceret, ab ipſo congregationem expoſtulante Collationem Reverendis Magiſtris preparari faciat, quam ſemper apud ſe habere debeat ac de ipſa Magiſtros reficere poſſit, licet ille ad cujus petitionem facta eſt congregatio, gratiam minime recipiat vel conſequatur.

De tempore Examinis fiendi prohibito & pena Contrafacentium. Capitulum undecimum.

ORdinamus etiam et ſtatuimus quod nullum Examen fieri poſſit aut debeat a die Mercurii immediate Septuageſimam precedente uſque

ad diem Jovis poſt Dominicam Octave Paſche immediate ſequentem. Cujus contrarium ſi contigerit, tunc volumus quod omnes Magiſtri in noſtro Collegio incorporati Piſis tunc morantes, qui ſolum cauſa predicationis eamdem Civitatem exierint, in predictum tempus participare de emolumentis pro equa portione teneantur et debeant. Quod ſi ſecus a remanentibus fuerit perpetratum, eo ipſo remanentes omnes, prout prefertur, penam perjurii et noſtre alme Univerſitatis abraſionem ipſo facto incurrant, ſuper quibus quoquo pacto nolumus quod valeat diſpenſari.

De abſentatione Decani & de Vicario in ſui locum relinquendo & de Sigillo, Libro & Capsetta. Capitulum Duodecimum.

ITem ordinamus ſi quando contigerit Decanum abſentari, ut locum ſuum ſeu Vicarium relinquere teneatur, licet tantum per duos dies aut tres debeat expectari, cui quidem Vicario teneatur sub pena privationis Officii et emolumenti relinquere Librum, Capsettam et Sigillum, ipseque P. Decanus ultra predictos tres dies ſic abſens ſubventu vel portione Officii ſui minime defraudetur, ſi quando contigerit aliquem interim actum fieri. Declarantes inſuper quod ſi aliquis noſtre Univerſitatis Magiſter tempore alicujus actus, in quo diſtributio aliqua fieri deberet, infirmetur, ita quod legiptime tali actui intereſſe non poſſet, ejus pretium vel diſtributio ſimiliter tribuatur eidem ac ſi in omnibus et per omnia interfuiſſet. Adjicentes quod quia de Capsetta mentio facta eſt, quod quecumque pecunie in eamdem fuerint intromiſſe primo omnium deductis noſtre Univerſitatis expenſis ſtatim quod reliquum fuerit inter Magiſtros pro rata portionis dividatur, ne fortaſſe aliquis caſus occurreret, in quo predicti Magiſtri indigentes ſuis nequirent emolumentis ſubveniri.

Digitized by Google

Quod Magiſtri Studentium Biblici & Studentes & alii debeant honorare Bachalarios in ſuis principiis. Capitulum decimum tertium.

STatuimus etiam ut Univerſi Magiſtri Studentium & Biblici ſeu Studentes aut Bachalarii teneantur & debeant quoſcumque Bachalarios & Biblicos in ſuis principiis ſeu publicis Diſputationibus, ſi fierent, intereſſe & honorare ſub pena hujusmodi, videlicet quilibet qui proterve contemneret hujuſmodi honori vel publice Congregationi intereſſe, non poſſit neque valeat per Magiſtros noſtre Univerſitatis ſub pena perjurii aliqua ſibi gratia fieri, ſeu ſecum in aliquo valeat diſpenſari. Ipſe ſic honoratus Biblicus ac Bachalarius teneatur eisdem de competenti Collatione providere ſine defectu.

De Officio Bidelli. Capitulum decimum quartum.

ORdinamus ſimiliter pro complemento ornatus almi noſtri Collegii, ut noſtre Univerſitatis Bidellus teneatur & debeat ad Reverendi Decani noſtri requiſitionem Magiſtros ſecundum occurrentia inſimul convocare, poſitiones portare, Rever. Magiſtros in publicis Diſputationibus pro ipſorum Primogenitura reverenter locare, publicis noſtris Actibus intereſſe, & quod in Feſto Sancti Hieronymi Bidellus habeat Biretum unum condecentem ſibi. Ita quod ſi prefata omnia adimplere contempſerit, emolumento ſeu proviſione ſuperius declarata careat & omni ſuo Officio, quantum ad noſtrum Collegium ſpectat, omnino privetur: pro predictis vero laboribus ſuis ea, que ſupradicta ſunt, emolumenta conſequetur, ac etiam Collationibus Congregationis Magiſtrorum aut Bachalariorum incorporationis interſit omnino, & ſine defectu.

Digitized by Google

De Officio Mortuorum & Miſſis celebrandis pro Defunctis Univerſitatis. Capitulum decimum quintum.

INſuper Ordinamus quod dum ad aures alicujus de noſtra Univerſitate exiſtentis pervenerit, ſive ſit Magiſter ſive Bachalarius, quod aliquis de noſtra Congregatione exiſtens & actus ſuos in noſtra cepiſſet Univerſitate formare, ex hac vita migraſſet, totum Officium Mortuorum quilibet Magiſter et Bachalarius et Miſſas tres celebrare ac dicere teneatur: requiſiti vero Magiſtri ad Exequias cujuſcumque obiti Magiſtri noſtre Congregationis teneatur accedere humiliter et devote Divina perſolventes a principio uſque ad finem. A noſtro autem Decano volumus a principio Studii antiquior Magiſter cujuſcumque Ordinis interrogetur, ut obiti Magiſtri tranſitus ſi quis eſſet nuntietur.

De Obligatione Magiſtrorum Univerſitatis in Dominum Vicarium, & Cancellarium. Capitulum decimum ſextum.

NE vero vitium ingratitudinis noſtrá alma Univerſitas ob non tam maximi beneficii recognitionem incurrere videatur preſertim erga Dominum Antonium digniſſimum Cancellarium predictum, cujus ope induſtria atque ſtudio alma noſtra Univerſitas olim deſtructa, nunc vero erecta atque ab inferis et de profundo confuſionis in lucem mirabilem videtur eſſe reducta; Statuimus & ordinamus ut de cetero quilibet in noſtra Univerſitate magiſtratus juret et jurare teneatur, quod a die Magiſterii ſui infra annum proximum futurum Miſſas ſeptem pro ipſius Domini ſoſpitate ac felici ſucceſſu celebrare vel celebrari facere, cum effectu quod ſi caſu ipſe Reverendus Dominus aut vivens aut ex hac luce feliciter migrans aliquid noſtro

Sacro Collegio emolumenri reliquerit quollibet anno in perpetuum in craſtinum Beati Hieronymi Officium cum ſolemni Magiſtrorum Congregatione celebrari teneamur ſine defectu, quod ſi aliquis Magiſtrorum tante extiterit ingratitudinis ut predicte Miſſe et Officio intereſſe negleſſerit, noſtro Collegio perpetuo privetur legiptima dumtaxat eſcuſatione impediente. Super quo Capitulo nequeat in perpetuum ſub pena perjurii diſpenſari.

Que quidem omnia et ſingula Capitula Ordinationes Conſtitutiones et Ordinamenta facta compoſita edita et ordinata, ut ſupra in prima facie Capitulorum notatur, lecta et publicata: fuerunt per dictos Reverendos Magiſtros Baſilium Decanum Franciſcum de Ficecchio et Chriſtoforum de Maſis ad illa compilandum electos. In preſentia Reverendi in Chriſto Patris et Domini Domini Antonii de Pactiis Prothonotarii Apoſtolici et dicte Alme Univerſitatis Studii Piſani a Capitulo Piſano Cancellario dicti Studii Piſani Sede vacante Auctoritate Apoſtolica Vicarii deputati et omnium Magiſtrorum ſupra nominatorum. Qui vero Dominus Antonius Vicarius auctoritate Cancellariatus Officii ſibi a Piſano Capitulo ut ſupra Sede vacante Auctoritate Apoſtolica adtributa, & qua fungitur in hac parte viſis auditis & diligenter examinatis ſupraſcriptis Capitulis & omnibus in eis & quolibet eorum contentis & inſertis libratis & ponderatis omnibus celeſti ſuffragio invocato dicta Capitula & quodlibet eorum & omnia in eis & eorum quolibet contenta confirmavit approbavit & ratificavit & emologavit & pro confirmatis approbatis ratificatis & emologatis haberi & obſervari voluit & mandavit in premiſſiſque omnibus & ſingulis prefati ſui Vicariatus & Cancellariatus auctoritatem interpoſuit pariter & Decretum. Acta fuerunt predicta omnia Piſis in Domo habitationis ſupraſctipti Domini Antonii ſita in Cappella Sancte Marie Magdalene in Camera ipſius preſentibus ibidem Spectabilibus Viris Alexandro quondam Clariſſimi utriuſque Juris Doctoris Domini Mariani Sozzini de Senis & Bartholomeo Antonii de Bertallottis de Piſſis, et Domino Dona-

to Blaſii de Giannetinis de Aretio Piſis Studente in jure Civili & Domino Jacobo de Dondolis de Piſtorio Utriuſque Juris peritiſſimo Teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis. Anno ab Incarnatione Dominica Milleximo Quadringenteſimo Septuageſimo quinto octava Indictione, Die vero nona Menſis Novembris Stilo Piſano.

EGo Simon quondam Ser Petri Magiſtri Lupi de Lupis Civis Piſanus publicus Imperiali Auctorirate Notarius et Judex Ordinarius ac Archiepiſcopalis Piſane Curie & Piſani Capituli et prefati Domini Vicarii et alme Univerſitatis Piſani Studii Notarius et Scriba publicus ſupraſcripte Electioni dictorum Reverendorum Magiſtrorum ad dicta Statuta facienda deputatorum et dictorum Capitulorum & Statutorum lectioni et publicationi ipſorumque confirmationi & Auctoritatis & Decreti interpoſitioni et omnibus ſupraſcriptis notatis in quinque Cartis hedinis et preſenti facie una cum prenominatis Teſtibus rogatus interſui eaque omnia rogatus ſcripſi, et hic ſcripſi et publicavi et in hanc publicam formam redegi, licet manu alterius ſcribi ſecerim, in quorum omnium fidem et teſtimonium me ſubcripſi, et ſignum meum appoſui conſuetum.

(IX) *In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo octavo, Indictione duodecima, & Die quarto Menſis Novembris.*

EGregij et praeſtantes Viri.
Thomas Aloyſij Domini Laurentij de Ridolfis.
Berlinghierius Franciſci Berlinghieri.
Bernardus Joannis Pauli Oricellarij, et
Antonius Bernardi Miniati Dini.

Digitized by Google

Cives Nobiles Florentini, et pro Magnifico, et Excelſo Populo Florentino Praefecti, et Officiales Studij Civitatis Florentiae, et Piſarum ſimul in ſufficienti numero congregati In Palatio Populi Florentini pro eorum Officio exercendo, ut moris eſt, quamvis abſente Viro Illuſtri Laurentio Petri Coſmae de Medicis eorum Collega, ſed tamen in dictis quatuor integra remanente auctoritate, cognita poteſtate ſibi conceſſa per Conſilium Centumvirale Civitatis Florentiae Die Septimo Junij MCCCCLXXVII. In nova Montis Reformatione corrigendi ſeu emendandi, et in meliorem formam redigendi Statuta, et Ordinamenta dicti Studij, atque etiam nova condendi. Et examinatis diligenter iis, quae pertinere arbitrabantur ad bonum Regimen, et Conſervationem dicti Gymnaſij, propterea facto inter ſe ſolemni, et ſecreto Scrutinio ad fabas nigras et albas de more Civitatis, et obtento partito ſecundum Ordinamenta Communis Florentiae, et eorum Officij Providerunt, Ordinaverunt, Statuerunt infraſcripta videlicet.

De creando Rectore Studij Piſarum, & Vicerectore.

RUBRICA I.

Vetus Rector, aut eo non exiſtente Vice Rector, vel eo deficiente, Conſiliarij Univerſitatem totam Gymnaſij evocent in Archiepiſcopatum Piſarum: ibique omnes Doctores, et Scholares, Piſanis exceptis, congregentur, ſed nullus ingrediatur armatus, aut aliquo ferro vel re inſtructus apta ad offendendum, vel defendendum ſub poena Florenorum decem largorum cuilibet contrafacienti auferenda, et Univerſitatis aerario applicanda pro expenſis, et conſervatione Scholarum, cujus pecuniae quarta pars ſit accuſatoris, vel notificatoris, et altera quarta pars Rectoris exigentis, ſi et poſtquam

ad introitum Univerſitatis ea poenae pecunia deſcripta fuerit. Poſtquam vero convenerint, ac introgreſſi fuerint, tum Vicecancellarius vel ejus Vicarius, coram Capitaneo Piſani Populi, qui ad id invitetur, & Rectore, ſeu Vicerectore Studij, ſi exiſteret, atque duobus Scholaribus amicis Concurrentium ad petitionem Rectoratus, ſumpto Statutorum Volumine Gymnaſij, jusjurandum deferat ſingulis Scholaribus introgreſſis jubens ut jurent, & quod per tres ante menſes in Studio Piſarum ingreſſi audierint, & quod in Matricula ſint deſcripti, aliter excludantur. Poſt haec ſingulorum nominibus per Scribam Univerſitatis deſcriptis, concludantur omnes ſimul Scholares primo, deinde ſingulatim evocentur, evocatique Chirographum, ſeu Cedulam continentem nomen ejus, quem Rectorem optent, Vicecancellario tradant coram Capitaneo, & Rectore, ae duobus Scholaribus ſupradictis. Egreſſis vero omnibus, & datis nominibus Officiales praedicti animadvertant, atque diſpiciant quis antecellat, ſupremuſque ſit in numero vocum, quo facto, qui caeteros ſuperaverit denutietur, & publicetur ab iis Rector, et demum per Doctores, Scholareſque omnes per totam Urbem deducatur Domum. In creatione autem Rectoris praeponantur Ultramontani omnibus alijs & Citramontani non ſuppoſiti jurisdictioni Florentinae praeponantur Civibus, & Subditis Florentinis. Si autem non inveniretur Ultramontanus, vel aliquis alius non ſuppoſitus dictae jurisdictioni, qui tale Officium quaereret, vel acceptaret, tunc adſumi poſſit aliquis de Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu Florentiae, dummodo non ſit Piſanus, cum eſſet Studium Piſis, vel inde oriundus, ubi Studium vigeret. Sin eveniret quod reperirentur aliqui pares in vocibus, iterum in ſuffragia, voceſve mittantur tales Concurrentes, quouſque alius alium ſuperet, & quiſquis eorum plus favoris habuerit, Rector declaretur, et habeat de Salario Florenos ſexaginta de Studio pro anno ſui Officij, et ad rationem Anni ad rationemque Librarum quatuor Florentinarum pro quolibet Floreno. Quandocumque vero vacaret Rector Studij Piſarum, ſive quia non reperiretur qui

eſſe vellet, ſive quia in Magiſtratu obijſſet, ſive quia Magiſtratum depoſuiſſet, vel alia cauſa, liceat Univerſitati dicti Gymnaſij conſtituere ſibi Vicerectorem pro tempore vacationis, ſervata forma electionis Rectoris, poſſitque Vicerector capere quaecumque emolumenta permiſſa ſunt Rectori, et quae capere conſuevit ex jure, et ſecundum Ordinamenta dictae Univerſitatis. Salarium autem ab Officialibus Studij, vel a Communi Florentiae nec petere poſſit ullum, nec habeat, nec ei decerni etiam poſſit quoquo modo. Nullos autem ſive Rector, ſeu Vicerector dicti Studij confirmari poſſit in Officio tacite, vel expreſſe, recte, vel indirecte. Et quicquid ſecus, vel contra fieret ſit irritum, & inane. Hoc in praedictis expreſſo, et declarato, quod in electione Rectoris, vel Vicerectoris Scholares Cives Florentini, vel de jurisdictione Populi, et Communis Florentiae non habeant aliquam vocem, nec intereſſe valeant tali Deputationi aliquo modo. A ceteris autem Actibus Univerſitatis non intelligantur eſſe, nec ſint excluſi quoquo modo, & quicquid aliter fieret non valeat, & ſit ipſo jure nullum.

De Cognitione Rectoris, & Vicerectoris.

RUBRICA II.

Rector, vel eo non exiſtente, Vicerector Studij Piſarum cognoſcat inter Scholares quaecumque ad Civiles pertinent Actiones, eorumque Lites decidat, ac terminet, ejuſque ſit tam in Criminalibus, quam in Civilibus cognitio, etiamſi ſi eſſent delicta, vel offenſae cum aliqua ſanguinis effuſione. Sed non obſtantibus praedictis Furti & Homicidiorum cognitio ſit ſola Poteſtatis, et Capitanei Civitatis Piſarum, deque ijs cognoſcant praeſente Rectore Studij ſi quidem praemonitus adeſſe voluerit.

De Congregatione Conſiliariorum, & poena non venientium,

R U B R I C A III.

Conſiliarij vocati per Bidellum, Rectoris, vel Vicerectoris nomine pareant, et conveniant quo vocantur: fiatque citatio una die pro altera, qui ſi non convenerint omnes vocati, liceat, poſſintque Rector, et octo Conſiliarij tunc praeſentes expedire negocia incidentia, et cetera quae ad Officium pertinent ipſorum, et Acta, et Decreta per dictum Rectorem, et octo Conſiliarios concordes omnes valeant, et obſerventur, perinde ac ſi per duas partes omnium Conſiliariorum cum Rectore congregatorum deliberata, et facta fuiſſent. Per praedicta tamen non intelligatur abrogatum, neque derogatum Statuto tradenti formam ſubſtituendi Conſiliarios. Nequa vero incidat controverſia utrum quis citatus fuerit, nec ne, ſtetur, et ſtari debeat ſimplici relationi Bidelli.

De modo concedendi quatuor Lecturas Dierum Feſtivorum.

R U B R I C A IV.

A Rectore, ſeu Vicerectore, atque Conſiliarijs Almae Univerſitatis Studij Piſarum quolibet Anno ſaltem per totum Menſem Octobris dentur, ac diſtribuantur modo infraſcripto quatuor Lecturae pro Diebus feriatis, ſeu feſtivis, quibus Ordinarie nihil legitur, concedique debeant quatuor Scholaribus veteranis, qui ſtuduerint ſuis

expenſis in Studio praedicto ad minus per Triennium, earumque una ſit in Jure Canonico, altera in Civili, tertia iu Artibus, quarta in Medicina. Ex his quatuor Scholaribus ſic eligendis unus eſſe prorſus debeat vel Civis Florentinus, vel de Comitatu, aut Diſtrictu Florentiae, et aliter facta Electio pro infecta habeatur, nihilque valeat. Quicumque vero electus fuerit ad lectionem Juris vel Canonici, vel Civilis, ſalarium habeat a Communi Florentiae pro ſua Lectura in uno Anno Florenos triginta de Studio, ideſt ad Libras quatuor Florentinae Monetae pro quolibet Floreno. Qui vero electus fuerit ad Lectionem Artium vel Medicinae habeat de ſalario pro ſua Lectura Florenos viginti de Studio. Quae quidem ſalaria ſolvantur eo caſu, quo non doctorentur gratis. Et nihilominus ea ſolvi non poſſint, neque debeant, niſi praecedente ſtantiamento Officialium Studij pro tempore exiſtentium, et ſervatis ſervandis ſecundum ea, quae infra dicentur. Sed in electione dictorum Scholarium veteranorum procedi debeat hoc ordine, et modo, ut pro qualibet Lectura ponantur ad Partitum duo ad minus nominandi ab ipſo Rectore Studij, aut Vicerectore, et nihilominus quilibet Conſiliarius poſſit nominare unum, quem volet pro quacumque Lectura, qui omnes ſic nominati tam a Conſiliarijs poni debeant ad Partitum, et qui plures habuerit voces, ille ſolus pro ea Lectura, pro qua fieret electio, intelligatur electus. Si vero eſſet paritas vocum in aliquo Partito poſſit Rector, ſeu Vicerector, cui voluerit gratificari, et nullus, qui in una Facultate Lecturam habuerit, poſſit ad aliam eligi, vel ad Partitum mitti. Si autem contingeret, aliquam ex dictis Lecturis non dari, pecuniae pro ea deſtinatae cedant Communi Florentiae. Hoc in praedictis expreſſe declarato, et conſtituto, quod deinceps dictae Lecturae dari non poſſint Conſiliarijs; nec ipſi mitti in Suffragia poſſint, nec eis voces reddantur, et quicquid aliter, quam praeſcribitur, fieret, ſit ipſo jure nullum. Hoc non intelligatur pro ijs conſtitutum, qui nunc in Officio ſunt.

Digitized by Google

Scholares Lecturarum Dierum Feſtivorum ad quae teneantur.

R U B R I C A V.

SCholares electi ſecundum formam praedictam teneantur, & debeant eodem Anno ſemel, aut pluries publice diſputare, aut repetere ſaltem ſolemniter, in eoque actu debeant intereſſe ad minus quatuor Arguentes, qui jurare debeant in manibus Notarij Univerſitatis ibidem praesentis, quod non ex compoſito arguent, ſed ex voluntate mera diſputandi. Et inſuper teneantur dicti Scholares cautionem dare Rectori, ſeu Vicerectori per idoneum Campſorem, quod ipſi eodem Anno Doctoratus inſignia in illa Facultate, in qua Lecturam habuerint, in Collegio Piſano adſument, & de praedictis omnibus condicionibus fidem facere ex manu Notarij Univerſitatis Studij dictis Officialibus Studij, vel eorum Notario, aliter eis Stantiamenta reddi, vel Salaria ſolvi non poſſint, ſed remaneant, & cedant Communi Florentiae.

Quantum legere teneantur Doctores ſingulis diebus.

R U B R I C A VI.

DOctores Ordinarij de mane legant, & legere teneantur quolibet Anno a principio Studij uſque ad Feſtum Paſchae Reſurrectionis per duas horas ad minus in voce, & poſt Feſtum Paſchae uſque ad Kalendas Auguſti ſaltem per unam horam, & ſemiſſem. Ordinarij vero de Sero per totum tempus Anni legant, & legere teneantur ſaltem per horam & ſemiſſem in voce, praeter quam Doctores Practicae Medicinae, quibus liceat legere ad minus per horam.

Digitized by Google

Ubi, & quando fieri debeant Circuli, & Diſputationes.

R U B R I C A VII.

DIſputationes Legiſtarum, & Dialecticorum, & Artiſtarum, quae fieri debebant ſecundum alias Ordinata, ſtatim poſt Lectionem completam Doctoris legentis fiant, & fieri debeant ſaltem per ſpatium unius horae immediate poſt completam lectionem Ordinariorum legentium de ſero, fiant Circuli & Diſputationes Legiſtarum ſub Propileo, ſeu Lodijs Sancti Philippi, Dialecticorum vero, & Artiſtarum in loco conſueto (1).

De Principio Lectionum, & Vacationibus.

R U B R I C A VIII.

OMnes & ſinguli conducti, & conducendi ad legendum publice in Studio Piſano debeant ſuum legendi principium facere quolibet Anno de Menſe Octobris, ſtatim poſt Feſtum Diem Sancti Lucae, & finire Kalendis Auguſti excluſive, neque fieri poſſint aliae quam infraſcriptae Vacationes = Nativitatis, et Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti: Carniſprivij, Purgationum, Sancti Joannis, & aliae in infraſcriptis diebus.

---

(1) *Innuitur domus quaedam prope Coenobium S. Catharinae a Dominicanis conducta, in qua Scholae Medicinae habebantur. Lodij S. Philippi erant in Burgo Piſarum prope viam, qua nunc itur ad plateam Frumentariam.*

Vacationes igitur Nativitatis Domini pronuncientur per Bidellos in locis publicis Piſarum Gymnaſij in Vigilia Sancti Thomae, durentque uſque ad primam diem Januarij incluſive.

Vacationes Carniſprivij incipiant a primo Die Dominico Hebdomadae integrae ante Quadrageſimam uſque ad primam diem Quadrageſimae incluſive, ita quod vacari poſſit a Lectionibus publicis primo die Quadrageſimae cum decem praecedentibus continuis diebus.

Vacationes Paſchatis Reſurrectionis durent quindecim dies, videlicet diem ipſum Paſchatis cum ſeptem praecedentibus, & totidem ſubſequentibus diebus.

Vacationes Purgationum fiant octo diebus de Menſe Maij, & in ea parte Menſis, quae Rectori, ſeu Vicerectori, & Conſiliarijs videbitur conducibilior.

Vacationes propter Feſtum Sancti Joannis Baptiſtae ſint quarto, & vigeſimo Die Junij cum quatuor praecedentibus diebus, & ſubſequentibus duobus.

Fiant & Vacationes Die Sancti Nicolai, Sancti Lucae, Sancti Antonij Abbatis, & Sanctae Catherinae, die Celebritatis, & Feſti cujuslibet e quatuor Doctoribus Eccleſiae, die Mortuorum, & generaliter omnibus, & ſingulis diebus, et Feſtis indictis ab Eccleſia, ut cuſtodiantur.

Et inſuper fieri poſſint Vacationes omnibus diebus Veneris durante Quadrageſima. Extra vero Quadrageſimam omnibus diebus Jovis in caſu, quo in labenti, ſeu currenti Hebdomada nulla alia intercesserit, vel interceſſura ordinaria ſit Vacatio.

Quicumque autem Doctor conductus pro Studio Piſarum Vacationem fecerit in alijs, & per ſingulos alios dies quam ſupradictos, & quantum tenetur ſecundum Ordinamenta, intelligatur ipſo facto amiſiſſe, atque amittat totum illud, quod ei contingeret de Salario ea die, vel diebus, qua, vel quibus contrafecerit, aut praedicta non obſervaverit, habito reſpectu ad numerum Lectionum, quae

leguntur in uno Anno, & ita tantum de Salario ejus retineatur, et aliae Vacationes, vel aliter non fiant, nec indici poſſint, & aliter indictae a Rectore, vel alijs non valeant, nec obſerventur, non obſtantibus aliquibus alijs Statutis, vel Ordinamentis in contrarium, vel aliter diſponentibus.

Quod Bidelli punctent defectus legentium.

RUBRICA IX.

Bidelli Studij Piſarum, & quilibet eorum teneantur, & debeant per ſingulos dies punctare defectus, & inobſervantias in legendo omnium & ſingulorum Doctorum conductorum ad legendum in Studio Piſarum praedicto omni exceptione remota, & de praedictis defectibus, et punctaturis Notam mittere quibuslibet quaternis menſibus ad Officiales Studij, vel eorum Notarium ſub poena caſſationis, & Florenorum inſuper decem largorum ſi praedicta non fecerint, & non obſervaverint, quarum appunctaturarum dimidium deſtinatum intelligatur, & applicitum ſit inſtaurationi, & aptamini Scholarum. Bidellis vero punctantibus quarta pars, reliquum autem Monti Communis Florentiae.

Qui ſint de Collegio.

RUBRICA X.

OMnes Doctores conducti, & conducendi ad legendum in Studio Piſano ſi doctorati fuerint in aliquo publico Studio, & claro, & de tali Doctoratu conſtet publicum Inſtrumentum manu Publici Notarij, in ea, & pro ea Facultate, in qua legent publice in Stu-

dio Piſano in Locis deputatis, ex nunc intelligantur eſſe, & ſint de Collegio, nec obſtet quod ſint Florentini, vel Piſani. In Collegium quoque admittantur, & recipi debeant omnes & ſinguli Doctores etiam non legentes, quos Reverendiſſimus Piſarum Archiepiſcopus poſceret, dummodo ex Privilegio ei a Summo Pontifice indulto conſtet ipſum ſic petere poſſe, datamque in eo ipſi facultatem, & poteſtatem eſſe. Nullus autem Doctor poſſit legere in aliqua Facultate per Subſtitutum ſine expreſſa licentia Officialium Studij pro tempore exiſtentium ſub poena Floreni unius largi pro qualibet Lectione lecta per Subſtitutum, quae, ſeu qui retineatur, & retineri debeat de Salario talis contrafacientis, niſi legiptima ſubesset impedimenti cauſa, quae per ipſos Officiales probaretur, & admitteretur.

Ad quae teneantur Scholares doctorandi, & praeſentati.

R U B R I C A XI.

Quilibet doctorandus debeat ante diem Examinis per aliquem vel aliquos ex Doctoribus Collegij praeſentari Domino Archiepiſcopo, aut ejus Locumtenenti, Dominoque Rectori, ac etiam Priori Collegij. Promotores vero in quacumque ſint Facultate jurent coram Priore Collegij Studij Piſarum de ſufficientia noviter Laureandi. Prior autem juramentum deferre Scholari debeat praeſentato, & interrogare utrum fecerit actus ſuos; Scholaris autem jure jurando reſpondere an fecerit. Et in Medicina quidem haec ſolemnitas obſervetur, quod ipſe Doctorandus teneatur jurejurando fidem facere Priori de infraſcriptis, videlicet quod audierit quatuor Annis Scientiam Medicinae in Studio Generali continuando Lectiones, & viſitando Diſputationes, & ea faciendo, quae ſtudioſi Scholares ſolent. Item quod practicaverit ſaltem per Annum cum aliquo Doctore fa-

moſo, vel aliquibus Doctoribus in Phyſica. Si vero in Artibus examinari voluerit, teneatur ſuo juramento ut ſupra fidem facere quod ſimiliter in eis audierit quatuor Annos in Studio Generali intrando, & continuando ut ſupra. Qui non fecerit ſuos actus, ad examen non admittatur. Quod ſiquis perjurus reperiretur, puniatur poena perjurij, pro qua ſit ſuppoſitus cognitioni Capitanei Piſarum, & Rectori Studij, & habeat locum inter eos praeventio.

Quae jurare debeat noviter Laureandus.

RUBRICA XII.

REctor poſſit per licentiam ſibi datam a Vicecancellario deferre juramentum noviter Laureando his verbis. Domine noviter Laureande, vos jurabitis quatuor. Primum quod non facietis, neque machinabimini quicquam palam, vel latenter recte, vel indirecte adverſus Statum, & Libertatem Excelſi Populi, & Communis Florentiae. Deinde quod obedietis mihi, & Succeſſoribus meis in rebus licitis, & honeſtis. Tertium eſt quod ſervabitis Statuta Univerſitatis Studij tam edita, quam edenda. Poſtremum quod laudabitis hoc Studium prae ceteris, eique favebitis ubique pro viribus, & ita obſervetur ſuper omni Laureando in qualibet Facultate laureandus veniat.

Doctores Collegij interſint Punctis dandis ſub poena.

RUBRICA XIII.

QUilibet Doctor Collegialis, ſive ſit Doctor Juris Civilis, ſive Juris Canonici, ſive Artium, & Medicinae teneatur, & obligatus ſit ſub poena amiſſionis portionis habendae in Doctoratu no-

viter Laureandi intereſſe Punctis dandis ipſi Laureando, & tunc Vicecancellarius committat cuipiam Doctori, quem mavolet, ut Puncta tradat. Excipiuntur a dicta poena qui aegrotarent, aut alia juſta cauſa eſſent impediti, ſi tamen ut juſta fuerit approbata per majorem partem Collegij. Noviter autem Laureandus per horam legere teneatur in examine, adverſuſque illum tres ad minus arguere debeant. Initioque recitationis primi Puncti omnes Doctores intersint, niſi ſint ut ſupra impediti, aliter amittant portionem ipſo facto, qua pariter partita inter alios augeatur portio ceterorum, qui aderunt, ſingulas ſingulis facultatibus referendo.

Quantum percipere poſſit Archiepiſcopus a Doctorandis.

RUBRICA XIV.

ARchiepiſcopus Pisarum ab unoquoque Laurendo accipere poſſit, ſi in Jure tantum Civili gradum ſumeret Doctoratus, uſque in Florenos tres Auri largos, & totidem ſi in Jure Pontificio tantum. Sin Utriuſque Juris Doctoratus Inſignia caperet, petere, ac recipere possit Archiepiſcopus uſque in Florenos quinque largos. Sed ab Laureando ſolum in Artibus Florenos duos largos. In Medicina tantum Florenos duos. Sin in utroque, percipere poſſit tantum uſque in Florenos tres largos. Et praedicta locum habeant, & obſerventur ſi & in quantum non oſtendat jure ſui Privilegij, quod a Papa conceſſum habet plus petere, & conſequi poſſe. Notarius autem Univerſitatis habeat, & poſſit exigere pro Sigillo, & Charta, & Scripturis Privilegij noviter Laureati Florenum unum largum, & non ultra. Conſiliarijs non dentur Chirothecae. Cubicularius Archiepiſcopi nihil petat, nihil accipiat. Nullus praeterea alius quicquam petere poſſit ab ipſo Laureando, nec ipſe dare teneatur.

De Numero Numerariorum Doctorum Artiſtarum, & Medicorum.

RUBRICA XV.

NUmerus numerariorum ſit numerus Doctorum ſeptem, eo, quo fuerint Ordine recepti in Collegium, ita quod qui prius eſt in Collegium receptus, prius ſuccedat ad Numerariatum. Quod ſi duo eſſent eodem tempore ſuſcepti aequaliter in Collegium, & eſſet inter eos de Nemerariatu controverſia, includantur, ſeu imburſentur eorum nomina, & ſorte trahantur, & qui prior extractus fuerit, prius ad Numerariatum admittatur. Ultra dictos ſeptem, reliqui omnes intelligantur Supernumerarij, qui ſi fuerint legentes habeant auctoritatem in dando Voces in approbando, & reprobando Examinatos & in reliquis diſpenſationibus, & Partitis faciundis per Collegium, hoc expreſſe declarato, quod Doctor Legens quamvis fuerit poſterius receptus in Collegium, praecedat non Legentem ad Numerariatum, & non Legentes non habeant neque pecunias, nec auctoritatem approbandi, vel improbandi aliquod Partitum Collegij, ſed tantum intereſſe poſſint examinibus, & arguere, & habere Colationem. Cum autem deficeret aliquis ex dictis ſeptem Numerarijs, loco ejus ſuccedat ille ex Supernumerarijs, qui primus Collegium ingreſſus ſit. Quod ſiquis ex Numerarijs non adeſſet, vel intereſſet actibus aliqua juſta cauſa impeditus, Legitima vero cauſa intelligatur ſi foret publica Dominij Florentiae, vel Collegij, vel aegrotatio, vel mors Patris, Matriſve, Uxoris, vel Filij, aut Fratris, & quaecumque legitima, & juſta probaretur a majori parte reliquorum Numerariorum, & ſi js juraverit illam fuiſſe cauſam, tum in eo caſu pro praeſenti habeatur.

De Electione Prioris Collegij Artiſtarum, & Medicorum, ejuſque Officio.

RUBRICA XVI.

UT autem Numerariorum Collegij Artiſtarum, & Medicorum cujuſvis oneris & honoris particeps exiſtat, hic modus ſervetur. Finito Ordine eorum, qui Anno praeſenti legerint, deſcribantur Nomina Doctorum in parvis Cedulis, & plicentur, atque includantur in aliqua Pixide ad id deputanda, quae ſtet penes Notarium Collegij, & per tres dies ante finem sui Officij teneatur Prior Collegij tunc in Officio exiſtens convocari facere Collegium, &] extrahere fideliter unum ex Nominibus Doctorum incluſis in dicta Pixide, & cujus Nomen extractum fuerit ille ſuccedat in Officio Prioratus. Quod ſi contingeret eum tunc eſſe extra Civitatem, ac eſſet rediturus intra quindecim dies proximos, ſervetur ei locus, & Prior antiquus proſequatur Officium uſque ad reditum ejus, ſi vero non conſtaret ipſum rediturum eſſe intra dictos quindecim dies, extrahatur alter, qui ſi abeſſet, & reverſurus non ſperaretur intra dictum terminum, alius rurſus extrahatur, & ſic obſervetur, & fiat donec habeatur unus, qui poſſit eſſe, & ſit Prior. Invento autem & conſtituto per extractionem Priori jusjurandum deferatur a veteri Priore, quod pro viribus ſervabit, et ſervari curabit Statuta Collegij, procurando aſſidue honorem, & bonum statum ejus. Quo juramento per novum Priorem ſuſcepto teneantur omnes Doctores Collegij ſimiliter & Bidelli in manibus tunc novi Prioris jurare, quod ſervabunt Statuta, & parebunt Priori in rebus licitis, et honeſtis, ac examinibus Scholarium ſecundum eorum veram conſcientiam Cedulam approbatoriam, vel reprobatoriam dabunt omni amore, et odio amotis. Duret autem hujuſmodi Officium Prioris per tres menſes ſolum, et ſi contingeret aliquem Priorem ſe ab-

ſentare a Civitate, poſſit loco ejus ſubſtituere aliquem ex Numerarijs, quem volet pro tempore ſui Officij. Officium autem dicti Prioris ſit facere Doctores dicti Collegij convocari ad locum idoneum pro factis Collegio pertinentibus, et eisdem proponere quae ad Collegium pertinent, et in ſuffragia, Partitumque mittere, Doctoreſque praecedat in Actibus publicis, eisque praeſit, reguletque examina Doctorandorum. Habeat praeterea auctoritatem dictus Prior comdemnandi Numerarios, ac Supernumerarios, et Bidellos non parentes mandatis ejus uſque ad ſummam Solidorum triginta, et ſi admonitus per Priorem, aut Bidellum ſolvere recuſaverit, vel neglexerit, intelligatur eſſe excluſus a Collegio, et non poſſit reaſſumi in Collegium niſi de voluntate majoris partis Collegij ſibi facta fuerit gratia ſpecialis ſolvendo tamen Collegio Florenum unum Auri largum. Omnes autem pecuniae quacumque de causa devolutae, vel devolvendae ad Collegium Artiſtarum, et Medicorum deponantur, et deponi debeant apud Priorem pro tempore exiſtentem dicti Collegij, qui Prior ſaltem intra tres dies proximos a die finiti Officij ſui pecunias illas, quae in ſuis manibus reſtarent, conſignare teneatur novo Priori ſub poena dupli, et triduo ante finem Officij eligantur, et deputentur a Collegio duo de numero dicti Collegij ad revidendum rationes dicti veteris Prioris, et in ſaldo ponendum ſub poena Florenorum duorum largorum pro quolibet eorum, ſi intra dictos tres dies ipſam rationem non reviderint, et non in ſaldo poſuerint.

De Syndicatu Prioris.

RUBRICA XVII.

UBi novus Prior ceperit Officium debeat intra octo dies proximos convocare Collegium cauſa Syndicandi praecedentem Priorem, et proponere Doctoribus ſi ſit aliquis, qui velit conqueri de praete-

rito Priore, & dicere ſe ab eo laeſum, & affectum injuria, vel ipſum Priorem injuſte ſe geſſiſſe, & contra formam Statutorum Univerſitatis, & auditis objectionibus adverſus veterem Priorem, ſi quis objecerit, & reſponſionibus ejus teneatur novus Prior emittere veterem, & objicientes extra Collegium, & deinde mittere in Suffragium abſolvenduſne ſit, an condemnandus antiquus Prior, & prout majóri Doctorum parti viſum fuerit, procedatur ad abſolutionem, vel condemnationem.

Quae facere teneantur Doctores Collegij.

RUBRICA XVIII.

Quilibet Doctor teneatur venire ad Collegium quando ſibi praeceptum fuerit per Bidellum, vel alium Nuntium idoneum mandato Prioris, vel perſonaliter, vel ad domum habitationis ipſius nuntiati. Et ſimiliter venire teneatur ad dandum Puncta, atque ad Examina, & Conventus hora ſignata ſibi per Bidellum, niſi legitima cauſa fuerit excuſatus, legitimam intelligendo cauſam, ſi per infirmitatem, vel publicam cauſam Dominij Florentiae, aut Collegij, vel per mortem Patris, Matris, Uxoris, Filij, aut Fratris, vel omnem aliam cauſam impediretur, quae a Collegio, vel majori parte ejus fuerit approbata legitima, & Doctor non veniens juraverit illam fuiſſe cauſam, quare non venerit, ut supra de Succeſſione Numerariorum dictum eſt. Quicumque autem de Doctoribus Collegij contra fecerit, ſeu nulla legitima cauſa impeditus non venerit, amittat portionem, quam accepturus eſſet a Doctorando ſi veniret, quae portionis amiſſio ſit loco poenae.

De Ordine inceſſus Doctorum Collegij.

RUBRICA XIX.

NE qua vero inter Doctores Collegij oriri poſſit contentio de ordine inceſſus, hic ordo ſervetur, quod ubi non ſit diverſitas Faculta-

tum, in quibus graduati ſint, prior in gradu prior ſit inceſſu, ubi vero eſſent Doctores Artium, & Medicinae ſimul, ille incedat prior qui prior in Medicina Doctor extiterit. Doctor Medicinae tantum praecedat Doct orem Artium tantum. Doctor utriuſque Facultatis praecedat eum, qui ſit in altera tantum Doctor.

De his, qui in alio Studio ſtuduerint, & quomodo accipiendi ſint.

RUBRICA XX.

NUllus poſſit accipere Gradum Doctoratus in Studio Piſarum, niſi ſtuduerit in eo, & examinatus, & probatus fuerit in illa Scientia, in qua doctorari velit. Si quis autem adventitius Piſis doctorari cuperet, & affirmaret, ſe ſe examinatum, & probatum fuiſſe in alio Studio Generali, de quo tamen fidem facere teneatur per publicum Inſtrumentum manu publici Notarij, nihilominus (debeat, priuſquam praeſentetur examinari per duos Doctores Collegij de Numerarijs per Collegium ipſum delectos, qui ſacramento ſuo referant quid eis videatur de doctrina talis Adventitij, & ſecundum eorum judicium admittatur, vel non admittatur ad Praeſentationem, in qua praeſentatione ſi contingat eum admitti, teneatur taliter Doctorandus fidem facere, ut ſupra in Statuto de Praeſentatione Scholaris doctorandi ſit mentio, & per hoc ab expenſis ordinatis non relevetur, quinimmo, quia Bidelli ab Adventitijs nullas Collectas, aut Emolumenta receperint, poſſint, eiſque liceat petere, & accipere, & ſic eis a tali Adventitio doctorando ſolvi debeat. Libra una in pretium laboris eorum ſuſcepti in congregando Collegio.

De Aſſignatione Punctorum.

RUBRICA XXI.

SCholari examinando in Medicina Puncta haec aſſignentur. Unum in Libro Tegni Galieni, Alterum in Libro Aphoriſmorum Hippocra-

gratis, utrumque per aliquem Collegialium Doctorum in praeſentia Domini Archiepiſcopi, vel ejus Locumtenentis, aperiendo Librum caſu, & coram Rectore Studij, atque Priore Collegij, & omnibus ijs de Collegio, qui adeſſe debent, niſi juſtam abſentiae cauſam habuerint, & punctando ante, & retro duas Chartas, ſi forte aperitio caderet ubi punctus non eſſet idoneus. In Dialectica duo quoque Puncta aſſignentur. Unum in Libro Poſteriorum, alterum in libro Perihermeneias, ſi in ſola Logica quiſpiam velit examinari. Si vero examinandus quis ſit in ſola Philoſophia, duo item Puncta dentur in naturali Philoſophia. Unum in Libro Phiſicorum, & alterum in eo, qui eſt de Anima. Sin autem in Logica ſimul, & Philosophia examen faciundum ſit, ut plerumque evenit, tunc aſſignentur duo Puncta hujusmodi, unum in Libro Phiſicorum Ariſtotelis, & alterum in Libro Poſteriorum. In Grammatica duo Puncta dentur; unum in Priſciano Majore, alterum in Auctore modorum ſignificandi. In Rhetorica autem in Libro Rhetoricae novae Tullij. Et in Geometria in Libro Elementorum Euclidis. De Aritmetica, & Muſica in Libris Arithmeticae, & Muſicae Boetij. De Aſtrologia in Libro Spherae, aut in prima, ſecunda, tertia, & quarta Dictione Almageſti Ptolomei, aut in Theorica Planetarum, & in Alchabitio.

De Modo legendi, & arguendi in examine.

RUBRICA XXII.

Quiſquis examinabitur teneatur in Examine primum legere Lectiones ſuas ſibi aſſignatas per Puncta, legendo Textum ſimpliciter, ut jacet, deinde introducendo partem, & ſubcontinuando praecedentibus, & dividendo, ac de parte ad partem procedendo, ſententiando, & partes ſententiatas legendo ſine quaeſtionibus, & notabilibus. Quo facto Doctores illius Facultatis, in qua fiet Exa-

men incipiant arguere contra dicta in Lectionibus, incipiente Juniore Doctore, & procedendo per ordinem a primo uſque ad tertium, vel quartum. Verum enim vero liceat variare hunc ordinem, ſi Priori videbitur expedire. Et poſſit quilibet Doctor duas facere rationes contra dicta ipſa in Lectionibus, & ad reſponſa data replicare ſemel, aut bis ad unamquamque rationem, & non ultra, niſi per Dominum Priorem Collegij, aut Reverendiſſimum Dominum Archiepiſcopum, vel ejus Locumtenentem venia, ſeu licentia replicandi ultra daretur. Poſſit & talis Examinandus proponere unam quaeſtionem extra lectionem in una tantum facultate, in qua examinatio ſit cum duobus Argumentis. Poſſit etiam petere unum Problema. Liceat inſuper cuivis Doctori veniam ſeu licentiam impetrare loquendi ſuper aliquo Puncto occurrente bono, eaque impetrata tantum eloqui poſſit. In locum vero Examinis ingredi nemo poſſit, niſi Cancellarius, vel Vice-Cancellarius Piſani Studij, & Doctores Collegij & Rector Univerſitatis Artiſtarum, Medicorumque, qui quidem arguere poſſit ſecundum formam Doctoribus praebitam. In approbando tamen, vel reprobando ſe ſe nullatenus intromittat.

De Poſitione Doctorum in poſt Examen.

RUBRICA XXIII.

PEracto, & expleto examine Examinatus cum Promotoribus emittatur; & amoveatur ab loco facti Examinis, & tunc Notarius Univerſitatis tradat ſingulis Doctoribus binas Cedulas, quarum in altera ſcriptum ſit Approbo, in altera Reprobo. Singuli autem ſingulas praebeant Vicecancellario continentes vel approbationem, vel reprobationem prout eorum erit judicium, & libere volent. Poſt haec revocetur Examinatus una cum ſuis Promotoribus, ſedente eo ſuo in loco inchoetur, & fiat ſolemnis Colatio inter omnes, qui Examini ejus interfuerunt.

Digitized by Google

De Diſpenſationibus.

RUBRICA XXIV.

SI contingeret quod alicui Scholari gratis daretur Gradus ex toto, vel ex parte in Artibus, & Medicina, vel in altera tantum ipſarum Facultatum propter merita ejus, vel ad beneplacitum Conferentium, teneantur, & debeant omnes Participantes emolumentorum pro talibus Gradibus condeſcendere dictae gratiae, praeter Bidellos & Archiepiſcopum, vel ejus Locum Tenentem, quorum in arbitrio ſit exigere, vel condonare portionem ſuam.

De Officio, & Obſervatione Bidellorum.

RUBRICA XXV.

BIdelli, & quilibet eorum, cui & quotiens a Priore viſum fuerit, teneantur ire perſonaliter ad domum ejus, & mandata exequi pro viribus ea quae honeſta ſint, & teneantur perſonaliter convenire domi Doctores Collegij mandato Prioris, eisque praecipere quaecumque in mandatis habuerint, ni forte illos foris offendant atque reperiant. Si quem nec in via, neque domi reperiant, dimittere debeant alicui domeſtico Cedulam Convocationis, quae cauſam, locum, tempus contineat, quo venire adeſſeque debeant citatus Doctor. Ad haec honorare, vereri, & obſervare debeat omnes, & ſingulos Doctores Collegij, maxime in Actibus publicis quibuscumque. Ac etiam praeſto eſſe in Congregationibus Doctorum, & Examinibus tam publicis, quam privatis parati parere, & obedire Priori ad ea, quae poſcerentur, quaeque opportuna Congregationi forent. Qui ſi praedicta, vel aliquid eorum facere neglexerint, utercumque neglexerit mulctari, & condemnari poſſit a Priore, Collegioque, vel duabus eorum partibus uſque in ſummam Solidorum triginta, Camerae Col-

legij applicandorum. Sin aliquem ex Doctoribus ipſius invitare, & convocare neglexerit, teneatur Doctori non monito, nec invitato ſatisfacere ex eo, quod propter Bidelli negligentiam perdidiſſet. An vero Bidellus requiſitionem fecerit, ſtetur relationi ejus cum juramento.

De Immunitate Rectoris, & Scholare Paupere gratis conventuando.

RUBRICA XXVI.

Cum reverentiae cauſa, tum ut Scholarium voluntati satisfiat, ac immunitate Rector Univerſitatis Artiſtarum & Medicorum honeſtetur, ut examinetur, & graduetur in Artibus, & Medicina, vel in altera dictarum Facultatum gratis remittendo ei pecuniam, quam pro talibus Actibus ſolvere teneretur, atque hoc quidem ſi cum laude & gratia Officio functus ſit, & prudenter, & moderate geſſerit ſe ſe in Magiſtratu. Liceat & Priori, qui Nativitatis, & Priori, qui Reſurrectionis tempore Domini Noſtri Jeſu Chriſti erit in Prioratu referre, ac proponere de uno Examine, atque Conventu in altera Facultatum, Artium, & Medicinae cuipiam Perſonae pauperi gratis conferendo per intuitum charitatis, & miſericordiae, ubi occurrerit digna Perſona tali munere, in quo Vota majoris partis Collegij ſint attendenda; nemo enim invitus ad elemoſinam faciendam compellendus eſt. Illud in praedictis perſancte obſervetur, ut cum fuerit propoſitum primo in Artibus, ſecundo in Medicina proponatur. Sin primo in Medicina propoſitum fuerit, ſecundo non niſi in Artibus proponi liceat. Quicquid aliter, vel contra fieret ſit in jure nullum.

De Promovendo in Cyrurgia.

RUBRICA XXVII.

Quilibet volens promoveri ad gradum Cyrurgiae teneatur audiviſſe in Studio Generali ſaltem per duos Annos Cyrurgiam, & in

dicta Arte ſaltem uno anno practicaſſe, vel cum aliquo Doctore practicante in dicta ſacultate iviſſe videndo, & diligenter ſcrutando cum dicto Doctore casus in praedicta Arte contingentes, & deinde poſſit praeſentari per Doctorem aliquem de Collegio Domino Rectori, vel Vice Rectori, & Domino Priori, vel Vice Priori, quibus teneatur fidem facere de praedictis cum ejus Sacramento. Deinde Dominus Prior poſſit aſſignare diem, & horam Punctorum aſſumendorum. Quae Puncta ei aſſignentur in Fen tertia, aut quarta quarti Canonis Avicennae, quibus aſſignatis teneatur Dominus Prior ei aſſignare horam examinis, quod examen fieri debeat in domo Fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini, in quo examine ſervetur modus, & ordo, qui dictus eſt in alijs examinibus. Teneatur praeterea Promovendus dare Collegio praedicto Florenos quinque Auri diſtribuendos, ut infra videlicet dando Domino Rectori Libras tres, Bidellis Libras duas, Fratribus praedictis pro loco ſolidos quindecim, reliquum vero ad Colationem devolvatur. Quibus peractis ſi a Doctoribus, aut a majori parte Doctorum praeſentium talis examinatus fuerit approbatus, teneatur Dominus Prior eidem dare Auctoritatem practicandi in Cyrurgia, & portandi aurum, & dorſa variorum dumtaxat, rogetque Dominus Prior Tabellionem publicum, ut exinde auctenticum conficiat Iuſtrumentum.

De Sigillo Univerſitatis.

R U B R I C A XXVIII.

Sigillum Univerſitatis Studij Piſarum contineatur per omne futurum tempus penes Rectorem, vel Vicerectorem Studij pro tempore exiſtentem, ad eumque ſolum pertineat obſignare Bulleitas Librorum & Arneſium Scholarium accedentium, vel recedentium a Studio Piſarum. Bullettae vero ſcribi, & ſubſcribi debeant a Notario Univerſitatis, quicquid aliter fieret, non valeat, & qui contra fecerit

puniatur arbitrio Officialium Studij, & quarta pars erit Notificatoris.

Quod Statuta Supraſcripta non interpretentur.

RUBRICA XXIX.

STatuta omnia infraſcripta intelligantur ſimpliciter ut verba ſonant, neque interpretentur in alia ſensa, quam quae manifeſta ſunt, planeque percipiuntur, ſed obſerventur, & obſervari poſſint, & debeant omni exceptione remota, non obſtantibus aliquibus alijs Statutis, vel Ordinamentis, aut Conſuetudinibus in contrarium, vel aliter facientibus, vel diſponentibus, & ſub poenis ſupra ordinatis. Ubi vero poena non adjecta eſſet, vel declarata, intelligatur appoſita, & irrogata poena Florenorum duorum largorum cuilibet contrafacienti, quae ſolvenda ſit Camerario Univerſitatis praedictae, & quarta pars ejus ſit Rectoris exigentis eam, ſi & poſtquam exigendam curarit, & ad introitum Camerae Univerſitatis admiſſa, & deſcripta fuerit, nec poſſit ſuper aliquo per Statutum determinato diſpenſari, niſi prius explicata cauſa diſpenſationis cuique Doctori fuerit per diem unum ante horam diſpenſationis, & a majori Doctorum parte approbata, exquiſitis eorum voluntatibus per ſabas nigras, & albas vel ballottas. Et praeſtito ante omnia juramento, quod non prorumpent ad aliquid diſpenſandum, quod praeter honorem utilitatemve Collegij ſeu Studij eſſe credant. Nec tamen valeat, nec ullam executionem mereatur, nec ullius ſit efficaciae, vel effectus aliqua talis diſpenſatio, niſi prius Florentiae confirmata fuerit ſaltem intra menſem tunc proxime futurum ab Officialibus Studij pro tempore exiſtentibus. Pro his vero, de quibus ſupradicta Statuta non diſponerent, recurratur, & ſtetur diſpoſitioni veterum Statutorum.

Emendationes.

In Dei Nomine Amen. Anno Domini MCCCCLXXVIII. Indictione XII. Die vero Secunda Januarij. Supradicti Officiales Studij ſimul in ſufficienti numero congregati in Palatio Populi Florentini pro eorum Officio exercendo, quamvis abſente Magnifico Viro Laurentio Medice Petri Filio eorum Collega, ſed in dictis quatuor integra remanente auctoritate. Cum fuiſſet eis nunciatum in varias trahi ſententias quaedam Statuta ex ſupraſcriptis in varijs locis, & cupientes mentem Statuentium aperire, et quae utilia ſperent futura etiam addere; ideo celebrato inter ipſos omnes ſolemni, & ſecreto ſcrutinio ad ſabas nigras, & albas, & obtento partito ſecundum ordinamenta declaraverunt, addiderunt, et decreverunt.

Quod uno Anno Rector Studij Piſarum ex Tranſalpinis Nationibus eligatur, altero ex Ciſalpinis, eoque Anno, quo Ultramontanis contingit, non poſſint concurrere ad petitionem Rectoratus niſi Ultramontani, ſi reperirenrur qui eſſe vellent. Quod ſi nullus inveniretur, eligatur ex Ciſalpinis non ſuppoſitis Jurisdictioni Communis Florentiae. Cum autem Citramontanis continget, ſimiliter concurrere nequeant niſi Citramontani non ſuppoſiti dictae Jurisdictioni Communis Florentiae. Quod ſi ex his nullus inveniretur, qui eſſe vellet, tunc ad Florentinos, et Jurisdictioni eorum ſuppoſitos res devolvatur. Voces in creatione Rectoris non niſi per Scholares externos juratos cujuſcumque ſint generis, vel conditionis, qui quidem ſubjecti ſint imperio, et jurisdictioni Rectoris, et non per alios quoquo modo dari, vel reddi poſſint. Hoc addito declarato quod Doctores externi, qui audirent in aliqua Facultate ut Diſcipuli et Scholares, neque docerent publice, vel privatim alios, cenſeantur in dicto actu eligendi Rectoris Scholares. Doctores autem, et Scholares, quibus reddere non licet voces, non immiſceantur in Clauſura his, qui reddituri sunt. Nec prope il-

los, qui arcana vocum tenent, et Chyrographa ſuffragiorum ſuſcipiunt, conſiſtere liceat ſub poena Rectoris, vel eo non exiſtente Vicecancellarij arbitrio irroganda, ſed procul maneant longeque proſpectent, adeo ut nec impedimento eſſe Secretarijs, aut Comitijs, ſeu reddituris voces, neque ſubornare quemquam poſſint; atque ita ſervando eorum praeſentia non irritet actum. Chyrographa ſeu Cedulae fiant ex papiro puro, et magnitudine, et qualitate pares, ne poſſiut extrinſecus notatae agnoſci, alioquin non acceptentur a Secretarijs. Vocem reddituri jurent in manibus Vicecancellarij ſe ſe daturos vocem, et electuros quem omnium optimum, et ſuper omnes idoneum cognoverint, aut revera crediderint.

Super tertio Statuto decreverunt quod quicumqne Conſiliarius citatus ſecundum ordinem, non venerit, et ſe non congregaverit, incidat in poenam ſolidorum viginti p. toties quoties non paruerit, quae poena aerario Univerſitatis pertineat. Hoc addito, quod cum ter contumax fuerit ipſo jure privatus officio intelligatur, et alius ejus loco ſuſtituatur pro reliquo temporis officio, ſecundum formam Statutorum de ſubſtitutionibus Conſiliariorum loquentium.

Super decima Conſtitutione declaraverunt, quod Doctores U. I. intelligantur de utroque Collegio. Nec obſtet, quod in Jure Canonico, vel in Jure tantum Civili publice legant, ideſt in altera dictarum duarum Facultatum. Et qui Doctor ſit in una ipsarum dumtaxat, pro ea tantum Facultate ſit de Collegio. Addentes quod ubi loquitur Publico Inſtrumento manu publici Notarij conſtare debere, quod quis Doctoratus ſit in aliquo Claro Gymnaſio, ad hoc ut eſſe de Collegio poſſit, habeat locum in his, et pro his ſolum qui deinceps conducentur ex integro et de novo, et non pro his qui hactenus alioquin conducti fuerunt, etiamſi ſemel, aut pluries reconducerentur,

Super quarto decimo Statuto declaraverunt, quod intelligatur dictum de Notario Collegij, id quod de Notario Univerſitatis dictum fuit, et Notarius Collegij ſit, qui Florenum unum largum perci-

ci-

Digitized by Google

cipere poſſit pro Sigillo, et Scripturis, prout in dicto Statuto continetur.

Itemque ut Doctores gravitatem quampiam praeſeferant, & Scholares habitu Scholaſtico incedant decorumque ſervent, confirmaverunt, & ſeu denuo conſtituerunt, quod Statutum Vetus poſitum sub *Rubrica CVIII. de Veſtimentis Sholarium*, & *Veſtimentorum nomine* obſervetur in omnibus. & per omnia, & quoad omnes, exceptis Cardinalibus, Epiſcopis, Praelatis, & Nobiliſtis ſub infraſcripta poena. Addentes quod Doctores omnes & ſinguli, ſaltem hi, qui publice legunt, teneantur, & debeant portare in humeris, ſive ut ajunt in Spatulis Caputium, ſi Capiti non indidissent ſub poena ſolidorum quadraginta p. cuilibet contrafacienti auferenda, & pro qualibet vice: cujus quarta pars ſit Delatoris, ſeu Notificatoris, altera quarta pars Rectoris exigentis eam, reliquum aerarij Univerſitatis. Mandantes ut omnia, & ſingula ſcripta ſupra inviolabiliter obſerventur, aliquibus in contrarium non obſtantibus, ſane, & recte intelligendo.

Alia Proviſio 12 Feb. 1478.

Item ſervatis &c. providerunt &c. quod Notarius Univerſitatis Studij Piſarum teneatur, & debeat ſaltem intra octo dies, poſtquam aliquis Doctoratus in aliqua quacumque Facultate fuerit, ſive Doctoris, ſive Magiſtri Titulum ſumpſerit, eum deſcribere in quodam Libro propterea deputando expenſis Univerſitatis praedictae, qui contineat nomen, praenomen, & cognomen Familiae, & alias demonſtrationes, apponendo diem, quo laureatus fuerit; & nomen Gentis, & Facultatis, & nomina Promotorum, & ſaltem duorum Teſtium fide dignorum, qui probent de viſu. Et Rector Magnificus Univerſitatis procuret, quod dictus Liber efficiatur quanto citius fieri poterit, & quod Bidelli Studij ſignificent, & nuncient d. Notario de tempore in tempus quicumque Doctoris, vel Magi-

Digitized by Google

ſeri inſignia acceperit ſecundum ordinem; & dicti Bidelli teneantur facere talem notificationem d. Notario Univerſitatis de quolibet Doctorato ſaltem intra tres dies proximos, poſtquam quis doctoratus fuerit ſub poena Librarum duarum pro quovis non notificato, & qualibet vice eis auferenda, & dictae Univerſitati applicanda.

Item Statuerunt quod quilibet Scholaris eligendus & deputandus ad aliquam Lecturam Extraordinariam Dierum Feſtivorum, ſecundum formam novorum ordinamentorum d. Univerſitatis, teneatur, & debeat ſaltem intra unum menſem ſuae Electionis, & deputationis tranſmittere ſeu miſiſſe Fidem Electionis ſuae ad Officiales Studij, vel eorum Notarium, ex manu Notarij Univerſitatis, vel eo non exiſtente, manu alterius Notarij, qui de ea rogatus fuerit, ſub poena amiſſionis ſalarij. Quicumque vero hactenus electus fuit ad aliquam Lecturam Extraordinariorum dierum Feſtivorum teneatur & debeat ſaltem intra duos menſes proximos ab hinc fidem Electionis mittere Dominis Officialibus Studij, vel eorum Notario ex manu Notarij, qui de ea rogatus ſcripturam fecerit ſub d. poena Mandantes &c.

(X) SI omnes percurrantur & Philoſophi & Rerum geſtarum Scriptores, facile quiſque poterit intelligere ut ſcriptum reliquerint, nullam diutius Rempublicam, nullam Univerſitatem poſſe & ſtare & augeri, niſi optima Conſuetudine, optimis Legibus moderentur reganturque. Unde & Spartbae, & Athenis pro ſervando propagandoque Imperio conſuetudines approbatae, Leges conſcriptae ac ſevere ſervatae ſunt. Roma deinde Urbs, cum jam tum ad Imperium Orbis capeſſendum animum intenderet, neceſſarium pariter eſſe conſtituit bonas prius Leges expetere & firmare, hiſque inſtraenem prius Populum Romanum compeſcere, atque ad virtutes & Reipublicae conſervationem & augmentum incendere. Municipalia deinde Jura per Municipia quaeque ſtatuta ſunt pro Municipalibus & ne-

ceſſitatibus & utilitatibus. Multa enim pro temporum varietate neceſſe fuit homines ſibi conſtituere, quae Legibus ipſis Romanis non erant comprehenſa. Unde rationibus his commoti Nos Juriſconſulti venerandi Collegij Utriuſque Juris Doctorum Piſani Gymnaſij cum multa in dies incidere animadverteremus, quae dubiam interpretationem recipere videbantur, Jura haec Conſtitutionesque, quae infraſcripta ſunt, nobis conſtituimus, volumuſque ea tranſgredi cuiquam jus ac fas non eſſe, cum primum fuerint per Officiales Studij Civitatis Florentiae & Piſarum Auctores noſtros comprobata.

RUBRICA I.

De eligendo Loco Collegij.

ATtendentes ad honorem ac gravitatem Collegij noſtri, putanteſque incongruum Collegium hoc noſtrum Loco carere, in quo Actus incumbentes commode valeant expediri & ſecrete: Statuimus & ordinamus ut per Collegium ipſum locus eligatur, ibique Collegio expedientia habeant fieri, Declarantes quod ubi alibi fuerint facta, irrita ſint & inania, niſi ſuper loco ipſo per Collegium ipſum fuerit diſpenſatum.

RUBRICA II.

De Priore eligendo, & Syndicatu ejus.

DEcens & congruum eſſe arbitrantes Collegium hoc noſtrum Capite non carere, atque eo, qui aberrantes Doctorum greſſus valeat moderari, Legeſque ac noſtra haec Inſtituta exequi, hoc praeſenti noſtro Statuto decernimus, quod tertio quoque mense per viam extractionis modo infraſcripto deputetur unus de Collegio, qui Collegij noſtri legitimus ſit Moderator & Prior. Volumus autem pro

honore & gravitate Collegij noſtri hoc fieri modo infraſcripto, videlicet quod in parvis Cedulis ſingulorum Doctorum nomina deſcribantur, earumdemque Cedularum, Collegio praeſente fiat, imburſatio, haecque Burſa loculo, ſive capſula condatur, manſura apud Reverendum Abbatem Sancti Michaelis in Burgo. Claudatur inſuper Capſula haec Clavibus duabus, quarum una apud praedictum Abbatem maneat, altera penes Univerſitatis noſtrae Notarium. Nolumus tamen ſine maxima reverentia extractionem hanc fieri; nam cum ipſe Collegij noſtri vetus Prior prope fuerit Officio functus, ultima videlicet Officij ſui die Collegium convocetur: Capſulam afferri jubeat praedictam, ac inde proponatur de Priore novo ac Succeſſore ſuo extrahendo, aperta coram omnibus Capſula, jubeat per Notarium Cedulam unam extrahi; & eum volumus, ac declaramus qui in ea fuerit deſcriptus, verum eſſe et legitimum Collegij noſtri Priorem. Extracto modo, quo praediximus, Priore Novo, Vetus ipſe Prior ſua Oratione novum dehortetur ac moneat, ut quantum in eo erit, neceſſitatibus atque utilitatibus Collegij noſtri incumbat: nihilque praetermittat quod ad ejus honorem atque utilitatem eſſe videatur; eique deferat jusjurandum hoc videlicet modo, ut juret ſe omnia Statuta executioni mandaturum. Poſtremo per traditionem Voluminis Statutorum, quod apud ipſum pro tempore Officij eſſe debeat, eum in quaſi poſſeſſionem Officij mittat, et finito Officio teneatur ſtare ad Syudicatum ſub novo Priore per octo dies, ad ſimilitudinem Prioris Collegij Artiſtarum in omnibus & per omnia, et quoad omnes, & omnia quod ei parebunt.

R U B R I C A III.

De Officio, & Poteſtate Prioris.

Cupientes Priori noſtro reverentiam atque obedientiam exhiberi, Statuimus et ordinamus quod initio Officij Prior ipſe teneatur, et

debeat ſingulis Doctoribus jusjurandum deferre, quod ei obedient, ac parebunt in omnibus licitis, & honeſtis, & ad rem, atque utilitatem Collegij pertinentibus. Habeat inſuper Prior noſter poteſtatem ſingulis Doctoribus jusjurandum deferendi quotiens voluerit aliqua in Collegio proponere, quae nolit eliminari, & propalari, ſub hac videlicet forma, quod jurent de dicta re extra Collegium verba ſe non facturos directe vel indirecte niſi inter ſe ipſos.

R U B R I C A IV.

Nihil proponatur contra Ordinamenta per Priorem ſub poena.

PRaeterea moderantes et comprimentes quorumdam, ut evenire poſset, audaciam, ac temeritatem, Statuimus, & ordinamus, ut Prior ipſe nullo modo poteſtatem habeat in Collegio aliquid proponendi, quod ſit contra Inſtituta & Ordinationes noſtras, niſi prius obtinuerit per Collegium diſpenſari quod ipſe de hujuſmodi re poſſit loqui, & ſi contra fecerit, declaramus mulctatum in Libris quatuor Denariorum applicandorum Collegio noſtro. Quae poena de portione ſibi contingente detrahatur.

R U B R I C A V.

Prior poſſit punire Doctores inhoneſtos.

ANimadvertentes Romanarum Legum auctoritate eſſe determinatum poenas ac mulctas ad reverentiam Magiſtratibus exhibendam plurimum expedire, Statuimus, et ordinamus, quod Collegij Noſtri Prior Doctores in Collegio ſe dictis, ac factis inhoneſte habentes punire poſſit, ac mulctare uſque ad quantitatem Solidorum

Digitized by Google

quadraginta, quorum tertia pars ſit Prioris, et reliquum applicetur dicto noſtro Collegio.

RUBRICA VI.

Doctores inobedientes puniantur.

Contingit ſaepe numero Collegio a Priore noſtro convocato Doctores ipſos inobedientes eſſe ac contumaces, et propterea utilitates, ac neceſſitates Collegij differri. Unde Statuimus, et ordinamus quod quotiens Prior Collegium congregarit, ſi tempore ſtatuto, ac praefixo aliquis ex Doctoribus perſonaliter ad Collegium non acceſſerit, ipſo jure mulctatus eſſe intelligatur in Libris quatuor Collegio noſtro applicandis, niſi juſtam cauſam allegaverit, et probaverit cauſam, quae per Collegium habeat comprobari.

RUBRICA VII.

Nullus aliquid proponat ſine licentia Prioris Collegij.

Praeſumptuoſam quorumdam temeritatem compeſcere cupientes Statuimus, et ordinamus, quod nullus ex Doctoribus in Collegio exiſtentibus aliquid audeat in Collegio proponere, niſi petita, et obtenta a Priore licentia, neque etiam Priore refragante, vel ſilentium jubente audeat in Collegio loqui. Et hoc ſub poena arbitrij Prioris, dum tamen hoc arbitrio poena non excedatur quadraginta Solidorum, pro tertia parte Priori, et duabus alijs Collegio applicanda.

Digitized by Google

R U B R I C A VIII.

Prior ſemel congreget Collegium ſuo tempore.

UT nulla via, nullusque omittatur modus, quo utilitates, et neceſſitates Collegij noſtri procurentur, Statuimus, et ordinamus officij Prioris noſtri eſſe, ſemel ad minus officij ſui tempore, Collegium congregare, ibique proponere ea, quae ad honorem, et utilitatem Collegij ſibi occurrant, Doctoreſque rogare, ut ad ejus memoriam reducant ſi quid utile videatur, ſi quid ex re Collegij.

R U B R I C A IX.

De ordine Sedendi, & Praecedendi in Collegio.

QUoniam honeſtum, congruum, et decens eſſe videtur ut eos, qui Magiſtratus gerunt, magis ac magis honorentur, atque eos, qui dignioribus praeficiuntur Lectionibus, hoc praeſenti Statuto Decernimus, ut quiſque locum ſuum in Collegio intelligat, & debito non fraudetur honore, ac praeminentia, quod poſt Reverendum Almi Studij noſtri Vice-Cancellarium ſedeat Prior, deinde Rector, poſtque Numerarij Doctores omnes sine intermedio, ut prius fuerint Doctorati: non praejudicando tamen alicui juſquaeſito. Deinde Supranumerarij, ſimiliter ut prius fuerint Doctorati. Adijcientes Ordinem hunc non ſolum in loco Collegij ſervandum, Sed extra, dum tamen Collegialiter vel ſedeatur, vel procedatur. Praeterea ſtatuimus quod ille, qui eſt Doctor in utroque, praecedat Doctorem in una tantum Facultate, etiamſi poſt fuerit Doctoratus: non praejudicando tamen alicui juſquaeſito.

Digitized by Google

RUBRICA X.

Rector interſit, ſive Vice-Rector in Collegio Doctorandi.

UT Collegio noſtro majeſtati ſit et decori concedimus, ut dum aliquis examinatur Laureandus, Collegio poſſit intereſſe Rector pro tempore, ſive Vice Rector. Non tamen poſſit vocem reddere, vel aliquid in Collegio proponere. Adijcentes, et declarantes, quod dum ſupra Vicerectorem diximus, de eo intelligimus, qui in penuriam Rectoris ab Univerſitate creatus eſt. Is autem, qui a Rectore eſt ſubſtitutus, Collegio intereſſe nullo poſſit modo.

RUBRICA XI.

Laureandus in Exeundo de Collegio praecedat.

UT noviter Laureato ſolamen ſit, et gloria, in victoriae, ac palmae ſignum, utque alij honore hoc pellecti ad inſignia demerenda incendantur, hoc ſtatuto Decernimus, quod poſt exitum Collegij Laureatus ipſe, dum ad domum aſſociatur, Rectorem praecedat, et Priorem.

RUBRICA XII.

De Ordine, & Modo ſervando in Doctorandis.

NE temere, et inconſulte ad Collegij noſtri rigoroſum examen quis admittatur, ac deinde tamquam inſufficiens reijciatur, hoc praeſenti Statuto ſancimus, quod is, qui cupiat praeſentari, examen ſu-

ſubiturus, teneatur prius, et debeat in manibus Reverendi Vice-Cancellarij, ſive ejus Vicarij, ac Prioris noſtri jurare ſe per Quinquennium ſtuduiſſe, & intraſſe in Generalibus Studijs; & hoc quando in uno tantum Gradu ſcilicet Canonico, vel Civili. Quando autem in utroque cupiat admitti, ſimiliter jurare teneatur in dictis Studijs per Annos ſeptem ſtuduiſſe, & intraſſe: Sine hoc autem praeſtito juramento nullo modo admittatur. Et quilibet Doctorandus teneatur facere unam Diſputationem in Publico, aliter non admittatur ejus praeſentatio. Et ſi Scholaris eſſet Adventitius dare, & ſolvere teneatur Bidellis inter omnes Soldos viginti pro mercede laboris eorum ſuſcepti in congregandis Doctoribus.

R U B R I C A XIII.

Nullus obijciat Laureando poſt Puncta niſi tria Argumenta.

Quoniam Viris Juriſconſultiſſimis non eſt difficile Laureandi perquirere ſufficientiam, & Doctrinam, quoniam etiam multiloquia abhorremus, ſtatuimus, & ordinamus, ut poſt Puncta recitata, nullus Collegij noſtri Doctor contra Laureandum obijcere poſſit niſi tria tantum Argumenta circa Punctorum quodlibet: Decernentes tamen, ut duo ad minus ex Doctoribus his modis arguere debeant.

R U B R I C A XIV.

Qui cupiunt praeſentari jurent ſe non eſſe practicatos.

Ut penitus in Collegio noſtro ceſſet, & tollatur ambitio, Statuimus & decernimus quod qui cupit modo, quo praediximus, praeſentari, jurare inſuper teneatur in manibus Prioris noſtri ſe non

Digitized by Google

eſſe ab aliquo ex Doctoribus praticatum, neque directe, neque indirecte, neque verbo, neque facto, ut eum Promotorem accipiat, & ſi dixerit juramento ſuo Laureandus ſe eſſe praticatum, ille Doctor mulctatus ſit in portione proxime tangente, quae Collegio applicetur.

R U B R I C A XV.

Puncta quomodo, & quando dari poſſint Laureando.

Experientia ſaepe compertum eſt indoctos, atque illiteratos Viros per ſubornationem, quod longitudine temporis commodius ſit, optime ſe in Collegio habuiſſe. Quare hoc animadvertentes, cupienteſque de remedio providere, Decernimus, quod nulli poſſint Puncta aſſignari, niſi de mane poſt auditam Sancti Spiritus Miſſam pro hora vigeſima proxima. De ſero autem pro mane aliquomodo dari non poſſint, niſi neceſſitatis cauſa, quae prius per Collegium approbetur. Ideoque Laureandus cum primum in Collegium venerit, jurare teneatur, ſe Puncta ordinata, & praemonſtrata non habuiſſe.

R U B R I C A XVI.

Laureandi quomodo approbentur; & non fiat diebus Feſtis.

Examinato diligenter Laureando, per Collegij Noſtri Notarium ſecrete Doctorum Vota exquirantur Approbantium, vel Reprobantium. Viva autem voce approbatio, vel reprobatio fieri non poſſit, niſi propter eminentem alicujus ſcientiam, vel Dignitatem Collegium prius hoc fieri poſſe diſpenſaverit. Eo in praedictis declarato, & expreſſo, quod Diebus Feſtis ſub praecepto nullus poſſit doctorari.

R U B R I C A XVII.

Laureatum aſſocient Doctores Domum ſub poena ſi cum Tubis.

PRo Honore Collegij pariter & Laureati ſtatuimus, ut poſt exhibita Inſignia Doctores omnes teneantur, & debeant Laureatum ipſum ad Domum uſque aſſociare: & hoc quando cum Tubis procedit. Quod ſi per quemquam ex Doctoribus fuerit contrafactum, ipſo jure incidat in poenam Soldorum quadraginta, & Collegio applicetur.

R U B R I C A XVIII.

Nullus Doctorandus admittatur ad Puncta niſi depoſuerit.

NE contingat Collegium noſtrum emolumento ſuo defraudari, Statuimus, & ordinamus, ut nullus ad Puncta ipſa admittatur ſuſcipienda, niſi prius in manibus Prioris noſtri ſummam integram impendendam depoſuerit. Et ſi Prior ipſe in hoc petendo, & ſuſcipiendo negligens fuerit, & remiſſus, omnibus de d. ſumma participantibus praeſtare teneatur damna, & intereſſe. Hoc autem pro Scholaribus veteranis deputatis, ſeu deputandis ad Lecturas Extraordinarias Dierum Feſtivorum, quibus quidem Salarium ſtatuitur ab Officialibus Studij, non intelligatur, ſed remaneant in ſuo priſtino gradu, & ſtatu.

R U B R I C A XIX.

Doctoratus non poſſit ultra tres accipere Promotores.

PRovidere cupientes Doctorandorum etiam utilitatibus, volenteſque ſupereffrenatam multitudinem Promotorum compeſcere, ut fae-

Digitized by Google

pius accidebat, hoc Statuto determinamus, quod nullus Doctorandus ſive in uno tantum Gradu, ſive in Utroque poſſit ultra tres accipere Promotores: hoc addito, quod de neceſſitate inter eos unus Numerariorum eſſe debeat.

RUBRICA XX.

De Impenſa Doctoratus, & Emolumento Doctorum.

Et ratio ſuadet, & boni mores, ut pro tam magno, tamque ingenti beneficio collato, ut videlicet inter Juris Conſultos quis recipiatur, aliquid emolumenti, qui ad id cupit aſpirare, ipſum Comprobantibus contribuat. Statuimus & ordinamus, quod in uno tantum Gradu Doctorandus Canonico videlicet vel Civili, Florenos vigintiquinque boni auri, & juſti ponderis eo modo teneatur deponere, quo dictum eſt in Rubrica praecedente Statuto penultimo. Si autem in Utroque velit fieri Doctor, Aureos triginta & ſeptem cum dimidio boni auri ſimiliter & juſti ponderis. Praedicta autem ſumma volumus quod diſtribuatur inter Vicecancellarium, Univerſitatem, Rectorem, Doctores, ac Bidellos eo modo, quo in Rotulo ad hoc conſtituto ordinatum eſt. De praedicta autem ſumma nihil penitus minui poſſit, Priorique ipſi ſit denegata poteſtas de Diminutione in Collegio proponendi, & alteri cuicumque. Quod ſi Prior ipſe contrafecerit, ipſo jure ſit privatus Officio ſuo, aureoque uno mulctatus intelligatur: Si autem alius contrafecerit, ſimiliter jure ipſo mulctatus eſſe intelligatur duabus quibuſcumque Portionibus proxime ſibi in Collegio obventuris, ſitque ei per duos menſes Collegij ingreſſus interdictus.

RUBRICA XXI.

De impenſa danda Doctoribus in Scatulis Confectionum.

INcongruum eſſe & minus ad gravitatem Collegij noſtri eſſe reputavimus Commeſſationes, ſive Collationes in eo fieri; reputantes tamen dignum ut Refectionis, & Charitatis gratia intereſſentibus Collegio Laureandus habeat condonare, Statuimus, & ordinamus, quod Laureandus praedictus ſingulis Collegio intereſſentibus dare teneatur Scatulam unam refertam Libra una Confectorum & hoc in uno tantum gradu. Quando autem in duobus, dimidium plus tradere teneatur. Bidellis autem ſimiliter dare teneatur Scatulam unam Confectorum una Libra refertam: Hoc declarato, quod pro dicta Scatularum praedictarum impenſa, quando in uno quis tantum Gradu, de ſumma praedicta, unus detrahatur Ducatus cum dimidio. Quando autem in utroque, detrahantur Floreni duo lar., & ſoldi quinque ad aurum de Florenis largis. Et ſi contingat pecunias ipſas non ſufficere, non per hoc praedictis Scatulis intereſſentes Collegio careant, ſed reſiduum per noviter Laureandum ſuppleatur.

RUBRICA XXII.

Alia Impenſa danda Priori, & Bidellis.

JUſtum eſſe judicantes Priori noſtro plus emolumenti in Collegio obvenire debere, ordinamus, quod ipſe Doctorandus ſeparatim Priori ipſi dare teneatur Scatulam unam Confectorum Libris quatuor refertam, duoſque Flaſcos boni, ac dulcis Vini. Ultra praedicta etiam ſtatuimus conſuetudinemque antiquam confirmamus, quod Laureandus ipſe Bidellis Cappam, qua tunc indutus eſt, dare teneatur, vel loco ejus de aliquo eis ſatisfacere.

Digitized by Google

RUBRICA XXIII.

Doctores veniant ante Recitationem primi Puncti, aliter &c.

CUM facile non valeant Laureandi ſufficientiam Doctores diſcernere, ac judicare, niſi eum in omnibus Punctis audierint legentem, ſtatuimus ut ante ſaltem recitationem Primi Puncti Doctores omnes in Collegio debeant intereſſe. Si autem poſt venerint, volumus eos ipſo jure privatos, & omnibus emolumentis, & portione ad ipſos pertinente Collegio applicanda.

RUBRICA XXIV.

Duo Pauperes quolibet Anno gratis doctorentur Die Natalis Domini.

DIdicimus Liberalitatem, ac Pietatem inter maximas eſſe Virtutum, iccirco Statuimus, et deliberamus quod Collegium hoc noſtrum ſingulis Annis teneatur, ac debeat duos Doctoratus Gradus amore Dei Scholaribus duobus conferre, qui debitis, ut diximus, temporibus ſtuduerint, unum videlicet in Jure Canonico, alterum in Jure Civili; has autem gratias nolumus poſſe fieri niſi in Miſericordiam, ac ſolemni Die Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Decernentes tamen quod de eorum, qui has petunt gratias, paupertate plene diſcutiatur, hoc videlicet modo, quod ſi in hac alma Civitate duo reperiantur de loco, unde eſt, qui gratiam petit, per Cancellarium, ac Priorem examinentur, ut deponant de ejus paupertate, & ſi praedicti non reperiantur, ſuo juramento praedictus paupertatem ſuam habeat atteſtari.

Digitized by Google

R U B R I C A XXV.

Rector, vel Vicerector functo Officio doctoretur in uno Gradu.

HUmanitati conſonum eſſe videtur Rectori, ſive Vicerectori ab Univerſitate tantum creato, ſi Studium hoc noſtrum bene rexerit, ac gubernaverit, in remunerationem boni Paſtoris, commodi aliquid contribuere. Propterea concedimus, quod Collegium hoc noſtrum Rectori, ſive Vicerectori praedicto donare teneatur Gradum unum integrum dumtaxat in Jure vel Canonico, vel Civili, & hoc ſi prius Officio fungatur, & aliter cum eis per Collegium non diſpenſetur. Declarantes tamen, quod ſi contigerit poſt duos menſes Rectorem reperiri, a tempore, quo factus eſt ab Univerſitate Vicerector in defectum Rectoris, quod tunc idem Vicerector intelligatur Officio functus, & praedictum habere debeat. Ab Rectore autem, ſive Vicerectore conſtitutus, nihil penitus habeat emolumenti.

R U B R I C A XXVI.

De Cauſis Collegio Commiſſis.

UT diſcrete, ac mature, et cum honore, ac emolumento Collegij Cauſae Collegio noſtro commiſſae terminentur, Statuimus, quod ſi Cauſa committatur Collegio conſulenda, non minus pro Conſilio poſſit deponi quam ſumma Aureorum vigintiquinque: plus tamen pro magnitudine ad arbitrium Collegij. Dividatur autem dicta ſumma pro rata inter Doctores. Fiat autem Cauſae diſcuſſio hoc modo videlicet, Primum debeat per Priorem proponi quod duo de Collegio ſint deligendi, qui Caſum habeant studere, & dubia Doctoribus referre, ac Conſilium ordinare. Tunc mittantur Docto-

Digitized by Google

res omnes ad Partitum, & qui duo plura habuerint Suffragia, ipſi habeant praedicta facere, & Conſilium ſigillare Collegij noſtri Sigillo apud Priorem manſuro: Statuentes tamen, ut decens eſt, quod duo praedicti pro rata habeant ſalarium Florenorum sex, vel plus, vel minus, ut ſtatuet Collegium.

RUBRICA XXVII.

Quod Statuta ſupraſcripta non interpretentur.

STatuta omnia ſupraſcripta intelligantur ſimpliciter, ut verba ſonant: nec interpretentur in alio ſenſu, quam in quo ſunt manifeſta, planeque percipiuntur; ſed obſerventur, & obſervari poſſint, & debeant omni exceptione remota, non obſtantibus aliquibus Statutis, vel Ordinamentis, aut Conſuetudinibus, vel aliter in contrarium facientibus, vel diſponentibus, & ſub poenis ſupra ordinatis. Ubi vero poena non adjecta eſſet, vel declarata, intelligatur poena Librarum quatuor applicanda Collegio noſtro: nec poſſit ſuper aliquo per Statutum determinato diſpenſari, niſi prius explicata cauſa diſpenſationis a majori parte fuerit approbata, & praeſtito ante omnia juramento, quod non prorumpent ad aliquid diſpenſandum, quod praeter honorem, utilitatemque Collegij eſſe credant: nec tamen valeat, nec ullam executionem, nec ullius ſit efficaciae, vel effectus aliqua talis diſpenſatio. Et ut nullum dubium circa effectum horum Statutorum vertatur, Statuimus, & decernimus eam vim omnimodam continere in caſibus praeſentibus, & futuris.

RUBRICA XXVIII.

De Emolumento Bidelli praeſentis in congregando Collegio.

AD tollendam vero omnem controverſiam, quae inter Bidellos oriri poſſet de, & ſuper emolumentis, Statuimus, quod Bidellus exi-

ſtens

ſtens in Studio quando Collegium coadunaret abſente alio Bidello, lucretur unum Groſſum Argenteum de primis portionibus pertinentibus ad Bidellum abſentem, niſi appareret legittimam fuiſſe abſentiam ejus, ut cum miſſus fuiſſet pro negotiis Univerſitatis.

(XI) D*ilectis filiis Abbati Monaſterii Beatae Mariae de Florentia & Pandolfo de Luna Canonico Florentino.*

Innocentius Papa VIII. Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Supplicari nobis humiliter fecerunt dilecti filii Priores Libertatis & Vexillifer Juſtitiae populi civitatis Florentiae dignaremur indultum alias eis a fel. rec. *Sixto IV.* praedeceſſore noſtro conceſſum de imponendo ſubſidio & contributione quinque M. Ducatorum annuatim, durante quinquennio, ex tunc computando Clero dominii Florentini pro manutentione & augumento Studii Piſani confirmare & prorogare ad aliquod aliud tempus. Nos animadvertentes Studium ipſum ad communem omnium utilitatem pertinere & opus eſſe laudabile & Apoſtolico favore dignum, duximus annuendum precibus illius Reipublicae, quam facimus plurimi & diligimus paterne. Itaque indultum dicti Praedeceſſoris juxta ejus formam & continentiam ad aliud quinquennium a data praeſentium computandum extendimus & prorogamus, vobiſque committimus ac mandamus ut hujuſmodi ſubſidium & contributionem ab omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Clericis, Abbatibus, Prioribus, nec non Monaſteriis ac quibuſvis aliis piis locis ſeu eorum Rectoribus vel Adminiſtratoribus in ipſo Florentino Dominio exiſtentibus dictum quinquemillium Ducatorum ſubſidium, durante hujuſmodi quinquennio & non ultra, exigatis alias juxta tenorem, & continentiam brevis d. Praedeceſſoris. Dantes vobis facultatem poteſtatem & auctoritatem renitentes ſolvere & contribuere per cenſuras Eccleſiaſticas & alia opportuna remedia cogendi, & compellendi

invocato etiam ad id ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus omnibus, quae idem Praedeceſſor in ſuo Brevi voluit non obſtare ceteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die XIII. Iunii MCCCCLXXXVII. Pont. noſtri Anno III.

Hier. Balbanus.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Univerſitati Scholarium Studii Piſarum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sincerae devotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis Eccleſiam, promeretur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per quae Perſonae Eccleſiaſticae Juris Civilis ſtudio in Univerſitate veſtra, ut aequum ab iniquo, & licitum ab illicito facilius diſcernere valeant, intendere volentes id licite facere poſſint. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Reformatorum, ſeu Officialium dictae Univerſitatis petitio continebat, ſaepe numero contingat Clericos Saeculares etiam in Sacerdotio conſtitutos, Archidiaconos, Archipresbyteros, Decanos, Plebanos, Praepoſitos, Cantores, aut quamcumque aliam dignitatem, ſeu Perſonatum obtinentes in dicta Univerſitate literarum ſtudiis inſiſtentes, ut in Jure Canonico melius proficere valeant, deſiderare legibus operam dare. Nos Veſtris, ac Reformatorum, ſeu Officialium praedictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati omnibus, & ſingulis Presbyteris, Archidiaconis, Archipresbyteris, Decanis, Plebanis, Praepoſitis, Cantoribus, aut aliis Perſonis Eccleſiaſticis Dignitates, ſeu Perſonatus obtinentibus, & in dicta Univerſitate, ubicumque pro tempore illam eſſe contigerit, ſi forſan ad alium locum transferretur pro tempore ſtudentibus, ut in Scholis publice leges audire, ac quoſcumque actus publicos per Doctores, & Scholares in hujuſcemodi facultate exerceri ſolitos exercere, ac ad Baccalaureatus, ſive Licentiae, & Doctoratus gradus in eisdem legi-

bus promoveri libere, ac licite valeant, felicis recordationis Alexandri III. Honorii etiam III. Clementis IV. & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum Praedeceſſorum noſtrorum, ac aliis Coſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, caeteris contrariis nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica tenore praeſentium de ſpecialis dono gratiae indulgemus. Proviſo, quod Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, Decanatus, Plebanatus, Praepoſiturae, ac aliae Dignitates & Perſonatus, quas in eisdem legibus in dicta Univerſitate ſtudentes, pro tempore obtinere contigerit, debitis interim non fraudentur obſequiis, ſcilicet eorum congruis ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae 1487. XVIII. Kalendas Januarij, & Pontificatus noſtri anno quarto.

Dilecto Filio Leonardo Bonaefidei Abbati, & Rectori Hoſpitalis S. Mariae Novae Florent.

(XII) Dilecte Filii ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Alias pro parte Dilectorum Filiorum Priorum Libertatis, & vexilliferi Juſtitiae Civitatis Floren. nobis expoſito, qua ipſi cupiebant Studium Generale alias per utilitatem ipſius Civitatis in Civitate Piſana erectum, & inſtitutum, deinde difficultatibus temporum, & bellorum diſſolutum, ad ſolitam Doctorum, ac ſapientum virorum, ac ſtudentium in variis facultatibus frequentiam reduci, & vigere, ubi illud vigeat generale: *Nos tunc* conſiderantes quod ex eo laudabili opere non ſolum Laici, verum etiam Clerici ſtudio operam dare volentes, commodum reportaturi eſſent: aequi & rationi con-

Digitized by Google

ſonum eſſe putavimus, ut in hujuſmodi reductione, etiam de bonis, & proventibus ipſi Studio ſubveniret &c. eorumdem Prioris & Vexilliferi ſupplicationibus inclinati: Certis Canonicis Eccleſiae Florentinae tunc expreſſis per alias noſtras in forma Brevis literas commiſimus, & mandavimus, ut pro ipſius ſubventione, & auxilio dumtaxat, omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Clericis, Abbatibus, Prioribus, nec non Monaſteriis, ac quibuſcumque aliis locis piis, ſeu eorum Rectoribus, & Adminiſtratoribus in Dominio Florentino exiſten. &c. cujuſcumque gradus, & conditionis forent, juxta fructus, redditus, & proventus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, & quorumcumque aliorum locorum piorum *ad quinquennium* dumtaxat aequam contributionem inter illa obtinen. &c. auctoritate noſtra imponerent, & exigerent, uſque ad ſummam *trium millium ducatorum* quolibet anno per eos, vel perſonas Eccleſiaſticas ab eis ad hoc deputandas, dummodo tales forent, qui exactionem hujusmodi erga omnes benigne ſe gererent, quibuſvis privilegiis, & exemptionibus, Eccleſiis, & Monaſteriis, ac aliis locis praedictis quomodolibet conceſſis expreſſe derogando; prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem Priores, & Vexillifer Juſtitiae praefati nobis nuper exponi fecerunt, *quinquennium praedictum jam effluxiſſe*, & *Studium in Civitate Piſana vigere*, & in omni facultate viros Doctos Cathedras regere, dictamque ſummam trium millium ducatorum pro eorum ſalariis, et ſtipendiis non ſufficere, et niſi eis de aliqua ſubventione provideatur, neceſſe fore Studium ipſum diſſolvi, idque non ſolum in laicalium, et Eccleſ. Dominii Florentini, ſed etiam aliarum perſonarum pro ſcientiae Margarita adipiſcenda ad *Studium Piſanum* confluentium non modicum praejudicium ceſſurum fore, ac propterea pro parte Priorum, et Vexilliferi praedictorum nobis fuerit humiliter ſupplicatum, ut honori Dominii, ac Scholarum hujuſmodi commodo, et utilitati conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos hujusmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, de cujus pro-

bitate, et dexteritate ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per praeſentes committimus, et mandamus: Ut pro ipſius Studii ſubvent. et auxilio dumtaxat, omnibus, et ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, et aliis perſonis, et locis in dictis literis expreſſis cujuſcumque gradus, et conditionis fuerint, juxta fructus, redditus, et provenctus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, et locorum in dictis literis comprehenſorum ad *quinque annos* tantum, incipientes a prima ſolutione, et ut ſequitur finiendos, aequam contributionem inter illa obtinentes Auctoritate Apoſtolica noſtra imponas, et exigas, uſque ad ſummam *quinque millium* Ducatorum ſimilium quolibet anno per te, vel Perſonas Eccleſiaſticas idoneas a te ad hoc deputandas: Super quibus tibi plenam poteſtatem, et facultatem Apoſtolica auctoritate concedimus, et impartimur: Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quae in dictis literis voluimus non obſtare, caeteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die Septima Julii Milleſimo quingenteſimo XXI. Pontificatus noſtri Anno nono.

C. Bembus per Favorium de mandato.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX

NOMINUM ET RERUM

A

Del A Baco Joannes 97. Thomas 72.
Academiarum Inſtitutio 2. origo 4. 11.
. . . . Bononienſis 5. 10. 44.
. . . . Florentina 45. 53. 76. 373.
. . . . Patavina 5. ejus origo 15.
. . . . Piſana, ejus origo 24. 25. 27. 28. 401. & ſeq. ejus inſtauratio per Donoratici Comitem 45. per Laurentium Mediceum 76. confirmatio per S. Pontificem 58. calamitates & caſus 69. & ſeq. 97. 103. ejus ſcholae 64. 91. Sedes Piſtorii 87. Prati 89. 93. rediit Piſas 88. 89. 91. Florentiam conceſſit 94. iterum Piſas rediit 97. ejus ſtemma 92.
. . . . Senenſis 241. 274.
Acciajolius Donatus 77. 183. 290. 372.
. . . . Ludovicus 269.
. . . . Rupertus 94. 97.
Accoltus Franciſcus 87. 155. 207.
. . . . . Petrus 153. 233. 237.
Adrianus Marcellus 95.
Agnellus Joannes 70.
Albanenſis Card. Georgius 296.
Albertus Antonius 324.
. . . . . Leo Baptiſta 328.
Albertinus Cremonenſis 345.
Albitius F. Bartholomaeus 56.
. . . . . Joannes 172.
Alciatus Andreas 119. 179. 248. 255. 275.
Aldobrandinius Petrus 165.
. . . . Silveſter 166.
Alexander VI. 96. 110. 146. 148. 160. 220. 238.
Alfredus Anglorum Rex 8.
Alidoſius Card. 115.
Altovitius Nicolaus 223. 224.
Ammannatus Ligus 55.
Ammiratus Scipio 156. 252. 271.
Anatomes quomodo culta Piſis 358.
Andreas Joannes 42.
Angelius Nicolaus 95.
Antenoreus Carolus 95. 165.
Antilla Aloyſius 250.
Appianus Gerardus 253.
Appiani 70. 73.
Apollinaris Jo Petrus 288. 293.
ab Aquapendente Angelus 333.
Aquilanus Joannes 345.
Aquinas Thomas 326.
Arduinius Olivierus 112. 290. 301. 322. 323.
Argelatus Philippus 204.
Argyropylus 286.
Arrighius Sebaſtianus 280.
Ariſtoteles, quantum dominaretur in ſcholis 108. 282. 310. 352.
Ariſius 280. 345.
Armingochi Lambertuccius 37.
Arlendus Raineruus 47. 64.
Aſtrologia culta Piſis 327.
Ateſtinus Alphonſus Dux 248.
. . . . Borſius 235.
. . . . Hercules 155. 241. 244. 247. 275.
. . . . . . Leonellus 230.
Auguſtinus Antonius 276.

Auguſtiniani Minoritis praecedunt 297.
Aulla Nicolaus 62.

B

BAcanius Jo. 358.
Baco a Verulamio 284.
Baldinottus Bartholomaeus 87.
Baldius Bernardinus 328.
Baldus de Foro Livio 42.
. . . . Peruſinus 52. 70. 286.
Bandinius Ang. Maria 73. 264.
. . . . . . Bandinus 329. 360.
Bandinus Michael 35.
Barianus Nicolaus 296.
Bargaglius Celſus 271.
Bartolinius Baldus 181. 186. 206.
Bartolus 26. 41. 47. 49. 59. 64. 286.
Barzi Benedictus 73.
Baylius Petrus 237.
del Beccuto Deus 223.
Bellarmatus Marcus Ant. 281.
Bellius Albertus 132. 138.
Belmeſſerius Paullus 364.
Benevogliens Bernardinus 273.
Benivienius Dominicus 335.
Beſſario Card 112.
Bettinius Dominicus 126.
Blanchellius Carolus 363.
. . . . Miugus 362.
Blancus Lemmus 44.
Boccaccius Jo. 368.
Boezza Franciſcus 279.
Bolognettus Antonius 191.
Bonaccurſius Jo. 159. 253.
Bonajutus 55.
Boucianius Aloyſius 266.
Bonfanius Franc. 302.
Bongirolamius Jo. 225. 262.
de Bonis Bonus 161.
Boninius Euphroſinus 95. 375.
Boninſegnius Boninsegnus 305.
Bonſius Ant. 271.
. . . Joan 79.
Borgia Caeſar 99. 131.201. 354.
Buſellus Jo. 167.
Boſſius Matthaeus 149 150.
Brekmanus Henricus 52. 28.
Budaeus 119.
Bulgarus 21.
Bulgarinius Bulgarinus 212. 240. 246.
Burgheſius Simeon 272.
Burgus Flaminius 14 21.
Burgundio 22. 30. 35.
Burtius Nicolaus 131. 236.
Buti Franciſcus 56.

C

CAeſalpinus 106.
Caitanus Daniel 329
Cajus Jo. 361.
Calaber Petrus 110.
Calchondylas Demetrius 163. 272.
Calvius Hieronymus 264.
Camaldulenſis Baptiſta 333.
Canonum ſcientia 9. 128.
de Canonicis Hannibal 168.
Capellius Bonus 176.
Caponſacchius Jo. Franc. 132. 136.
Capponius Joannoctius 273.
. . . . . . Nicolaus 97. 155.
Capra Benedictus 151.
Carduccius Balthaſſar 154. 361.
Carnis Privii Dominus 301.
Carolus Magnus 5.
. . . . . . IV. 60, 70.
. . . . . . V. 105. 249.
. . . . . VIII. Gallorum Rex 93. 154. 173. 219. 229. 251. 253. 263.
Carteſius 284.
Caſalius Jo. Baptiſta 299.
Caſtellanius Caſtellanus 166.
. . . . Petrus Nicolaus 313.
Caſtillioneus Andreas 220.
Catalanus Sebaſtianus 159.
Cataſtinus Angelus 338.
Cattaneus Franc. 291.
Cattanus Andreas 309.
. . . . . Franc. 95. 323.
Ceccarellius Alphonſus. 352.
Cecchius Laurentius 171.

Digitized by Google

Cennius Philippus 356.
Cerretanius Jo. 157.
. . . . . . Nicolaus 313.
de Certaldo Petrus 180. 355.
Ceſanus Leonardus 253.
Cherichinius Bernardinus 108
Chioccarellius Barthol. 318 346.
Ciaffi Andreas 43.
Ciampantius Gregorius 220.
Ciajus Barthol. 210.
Cinquinus Bened. 41.
Circuli qui eſſent 99.
Cittadinius Antonius 297.
. . . . Cammillus 299.
Cocchius Antonius 133. 145.
. . . . . Donatus 133.
Coſanus Laurentius 301.
. . . . . Lucas Antonius 189. 295.
Columbinus Leonardus 275.
Columna Pompejus Card. 317.
. . . . . . Victoria 317.
Compagnius Jacobus 175.
Conſiliarii Academiae 80.
Coppius Jo. Vincentius 159.
Corneus Petrus Philippus 147. 181. 216.
Corſinius Eduardus 2. 73.
. . . . . . Lucas 251.
Corſitus Antonius 145.
Corsus Barthol. 360.
Corteſius Mutinenſis 148.
Coſmus I. Mediceus 66. 104. 173. 204. 264. 268. 275. 286. 309. 314. 358. 359. 361. 376.
Coſpius Paullus 190.
Clemens VI. 24. 53. 58. 424.
. . . . . VII. 149. 155. 168. 252. 268 271. 273. 315. 361. 364.
Clericus Philippus 41.
de Cremona Franciſcus. 72.
Creſcimbenius Marius 236.
Crotus Cremonenſis 98.
. . . . Joannes 177.
Curtius Franc. 98. 269. 361.
. . . . . Matthaeus 98. 270. 360.
Cujacius 119.

D

DAti Barthol. 35.
Dactius Andreas 374.
Decius Lancellottus 87. 151 195. 197.
. . . . Philippus 65. 87. 122. 128. 134. 141. 147. 158. 159. 160. 172. 195. 248. 269.
. . . . Triſtanus 192.
Delphinius Petrus 149. 155. 172. 238.
Detus Hurmannoctius 251. 252. 274.
Doctius Thomas 205.
Dulfius Florianus 128.
. . . . . Michael de Laterino 259.

E

EThices quomodo culta Piſis 322.

F

FAbronii Marradienſes 161.
Fabbruccius Stephanus Maria 2. 26. 31. 39. 52. 62. 73. 112. 241. 265. 266. 276. 302. 307.
Facciolatus Jacobus 248. 275.
Falcone 35.
Farneſius Aloyſius 168.
Faſeolus 35. 39.
Faſianus Gerardus 37.
Fazius Donoratici Comes 63.
Ferrettus Aemilius 146. 271.
Fibonaccius Leonardus 328.
Ficinius Marſilius 91. 147 182. 285. 289. 291. 299. 303. 306. 323. 336. 345. 352. 362. 371.
Filicaja Petrus 177. 269.
de Flandria Dominicus 112. 286.
Floravantius Paullus 280.
Florentina Reſp. ejus caſus 103.
Florentini quam Piſanis inimici 76. 279. quam de litteris bene meriti 84.

94. quam iis olim dediti 165. Juriſprudentiae 175.
Florimontius Galeatius 319.
Fontius Barthol. 173.
e Foſſeto Paullus 362.
Franciſchius Raphael 313.
a Franceſca Petrus 330.
Francuccius Chriſtophorus 295. 354.
Franciſcus I. Gallorum Rex 155. 263. 270. 281.
Fregoſius Paullus Card. 266.
Frofinius Hieronymus 83.
Fulginas Franc. 359.
Fundius Angelus 273.
Furnius Jo. Franc. 313.

G

GAddius Franciſcus 210.
Gadiſcus Raphael 280.
Galilaeus 284.
Gallettus Jo. Baptiſta 175.
Gallus Franc. 359.
Gambacurtae 70.
Gamberellius Jo. Baptiſta 250. 267.
Garganus 117. 304.
Gaſſendus 284.
Gennarius Jo. Franc. 297. 308. 360.
Gerla Lucchinus 327. 335. 345. 347.
. . . . Joannes 348.
Gherardeſca Comes 45.
Gherius Gorus 95. 167.
Giraldius Lilius 245.
Gittalebbraccia Jo. 72.
Giugnius Galeottus 280.
Grandius Guido 14. 20. 21. 41.
Gratia Fortunius 177. 313.
Gratianus Jo. Franc. 308.
Gratiani Decretum 11. ejus magiſtri 125.
Gregorius Magnus 7.
Griſius Jo. 280.
Guadagnius Leopoldus 12.
Gualterottus Franciſcus 219.
. . . . Barthol. 207. 272.
Guaricus Lucas 280.
Guarinius Camers 163. 374.
Guaſconius Joachim 267.
Guidius Barthol. 253.
Guicciardinius Franc. 26. 219. 251. 267.

H

HAdrianus VI. 148.
Henricus VII. 24.
. . . . . . VIII. 98. 278.
Herculanius Vincentius 98. 277.
de Hibernia Jo. 110.
Hiſpanus F. Bartholomaeus 112. 116.

I

IAnnatinius Donatus 220.
e Ianua Martinus 339.
Inghiramius Baldus 159.
Innocentius VIII. 89. 92. 351.
Iovius Paullus 156. 258. 319. 352.
Irnerius 10. 11. 20.
Iudicia qui Florentiae exercebant 180.
Iulius II. 96. 97. 115. 131. 159. 164. 202. 238. 248. 301.
. . . . III. 276.
Iuriſprudentia illius fortuna 116. 119. 179.
. . . . Civilis 9. 20. 119. 179.
. . . . Canonica 9. 121.

L

LAmbertellius Vincentius 159.
Lamius Jo. 313.
Landinius Chriſtophorus 347. 373.
Landius Joannes 325.
Lanfrancus B. 16. 20.
. . . . Henricus 35.
Lanthes Franc. 174. 279.

Lapinius Euphroſinus 324.
Laſcaris Jo. 163.
Laurentianus Laurentius 305. 356.
Lectores Extraordinarii, ſive Feſtorum dierum 93. Extraordinarii alii 105. Ordinarii ib Supraordinarii 106. eorum munera 122.
Leo X 99. 113. 115. 168. 171. 172. 203. 221. 238 268. 294. 302. 304. 306. 316. 354. 360. 363. 376.
Leolus Burgundius 222.
Leonicenus Nicolaus 300.
Leonius Petrus 338. 348.
Lippius Joannes 371.
Litra Marcus 192.
Logices quomodo, & a quibus culta Piſis 332.
Lombardus Petrus 12.
Lopeſius Joannes 358.
Lotharius Auguſtus 6. 12.
Lucenſis Reſp. 70.
Ludovicus XII. Gallorum Rex 202 258.
Luſitanorum Rex 170.
Lutheri errorum damnatio 238.

M

Machiavellius Nicolaus 98. 136.
Macrinus Gherardus 250.
Malegonnellius Alexander 176.
. . . . Antonius 266.
Malchioſtrus Franc. 160.
Mannius Dom. Maria 150. 222.
Mantua Marcus 146. 178. 270. 277.
Manutius Aldus 163. 315.
Mareſcottus Caeſar 165.
Mariottus Piſtorienſis 110.
Marinius Cajetanus 352. 364.
Martellinius Jo. 308 360.
Martignonius Chriſtophorus 333.
Maſſilienſis Monachi epiſtola 14. 29.
Maſtianus Benedictus 279.
Mathilda Comitiſſa 11. 20.
Matheſis quomodo & a quibus culta Piſis 306.
Mattarellus Nicolaus
Maximus Franc. 80. 125.
Maximilianus Caeſar 203. 226.
Maynus Jaſon 157. 193. 202. 208. 216. 224. 248. 253.
Mazzinghius Paradiſus 273. 358.
Mazzucnellius 226. 243.
Mazzoli Zenobius 61.
Meclo Lud. & Stephanus 95. 170.
Medicea Catharina 364.
Mediceus Alexander 104. 263. 268.
. . . . . Julianus 97.
. . . . . Julius 148. 264. 274. 370. 576.
. . . . . Laurentius Senior 37. 68. 70. 82. 83. 89. 92. 107. 113 121. 128. 130. 135. 142. 150. 186. 193. 206. 208. 217. 232. 244. 282. 285. 289. 294. 376. 336. 338. 343. 349. 351. 362. 367.
. . . . Laurentius Junior 97. 368. 373. 374.
. . . . Petrus 218. 263. 351.
. . . . Philippus 78. 125. 205.
. . . . Verus 262. 265.
Medicina, quomodo, & aquibus culta Piſis 341.
a Mediolano Stephanus 344.
Mendus 25.
Mercurialis Hieronymus 106.
Merula Paulus 23.
Metaphyſica a quibus & quomodo culta Piſis 325.
Miniatus Philippus 177.
e S. Miniate Bonifatius 363.
Minuccius Antonius 230.
Mirandula Jo. Franc. 299.
. . . . . . Picus 113. 299. 336. 362.
Modellius Jacobus 264. 267.
de Monte Catino Ugolinus 72.
e Monte Falcone Jacobus 95. 117. 309. 326.
Montes Docca 319.
Morandius Neſtor 355.
Mundiuus de Luciis 359. 362.
Mutinenſis Simeon 250.

N

NAldius Naldus 371.
Natta Georgius 156.
. . . . Marcus Antonius 157. 270.
Negrius Julius 158.
Nellius Bapriſta 134.
. . . . Franciſcus 136. 161.
Neruccius Marthaeus 158.
Nevizanus Jo. 270.
Niccolinius Carolus 172.
. . . . Matthaeus 262.
Ninius Franciſcus 353. 355.
Niphus Auguſtinus 98. 314.
de Nobilibus Nicolaus 280.

O

OCtavianus Gnitto 237. 239.
Olivierus Senenſis 322.
Oppianus in Latinum verſus 373.
Oricellarius Bernardus 82. 355.
Orlandus Carmelita 334.
Ottones Auguſti 2.

P

PAcciolius Lucas 95. 227.
Pagagnotus Benedictus 110. 327.
Pallavicinius Card. 238.
Pandectarum liber 10. 11. 12. 20. 21. 30.
Pandulfinius Nicolaus 87.
. . . . Petrus 350.
Panzirolius Guido 25. 196. 197. 210. 220. 236. 243. 249. 266. 267. 276. 281.
Paullus II. 231.
. . . . . III. 99. 222. 365.
Peccius Jo Antonius 281.
Pepius Franciſcus 162. 223.
Peregrinius Antonius 132.
Perezius Ant. 20.
Petruccius Cammillus 270.
. . . . Laurentius 271.
. . . . Raynaldus 271.
Philelphus Franc. 235. 367.
Phyſicae vices 282. & ſeq.
Piſana Academia *vid.* Academia.
Piſani 18. & ſeq. 21. 32. 46. 58. 60 eorum factiones & calamitates 69. & ſeq. 75. 85. quantum debeant Academiae 82. a Florentinis deſciſcunt 93. 229. ab iis iterum ſubiguntur 96.
Piſani Antiſtites 62. 77. 97. 151.
Piſanum Concilium 97. 159. 202.
Piſanus Paulus 220.
Piſcienſis Praepoſitus 171.
Piſtorii conſedit Academia 87.
Platonica Philoſophia per quos in Etruriam invecta 282.
de Poliaſca Jo. Franc. 220.
Politianus Angelus 94. 134. 163. 165. 205. 208. 225. 264. 336. 351. 362. 373. 376.
Politus Lancellottus 274.
Pomponatius Petrus 98. 312. 317. 363.
Ponius Cinus 177. 279.
Pontanus Ludovicus 230.
Portallius 362.
Prati conſedit Academia 93. 89.
de Prato Guido 12.
a Prato Veteri Barthol. 368.
Puccius Laurentius 159. 195. 228.
. . . . . Puccius 222.
Pulcius Bernardus 91. 241.

R

RAinerius Petrus Martyr 265.
Ramponius Franciſcus 72.
de Ravenna F. Leo 55.
Razzius Silvanus 340.
Rectores Academiae 60. 79. 93. eorum ſeries 420.
Remolinius Franciſcus 160.
Rhodiginus Coelius 249.
Rhotomagenſis Card. 301.
Riarius Card. 297.
Ridolphius Laurentius 272.

Digitized by Google

. . . . . . Nicolaus 375.
Riminaldius Jo. Maria 254.
Rinuccinius Alamannus 77. 355. 377.
Roboreus Card. 115. 146.
. . . . . . Franciſcus Maria Dux 115.
Roſatus Joannes 302.
. . . . . Marſilius 295. 327.
Rubeus Jo. Antonius 275.
Ruinius Carolus 177. 246.
Ruſticus Joſephus 153.

S

SAcchius Cato 254.
Sadoletus Jacobus Card. 221. 238.
. . . . Joannes 244.
Salviatus Benignus 112. 362.
. . . . . Franciſcus 133. 243.
. . . . . Iacobus 97.
Salvinius Ant. Maria 268. 373.
. . . . . Salvinus 273. 373.
Salvius Michael Angelus 222.
Salutatus Coluccius 294.
Sancaſſianus Ioan. 279.
Sandeus Felinus 138. 196. 231. 246.
Sanſeverinus Rupertus 11. 315.
Sannazarius Jacobus 353.
Saſſolinius Antonius 116.
Savonarola Hieronymus 110. 115. 260. 291. 336.
Scaliger Maatinus 70.
Scholares Piſani, eorum numerus 85. 91. privilegia *ibi*.
Scotus Marianus 98.
Sermoneta Alexander 343.
Servorum Ordo quando Piſis eſſe coepit 19.
Sfortia Franc. Dux 231. 243. 258.
. . . . Ludovicus 258.
Siculus Jo. 326.
Signorius Baptiſta 292.
Sinigattus Franc. 327.
Sixtus IV. 82. 88. 108. 147. 151. 173. 190 217 232. 233. 243. 333. 422.
Soccinius Barthol. 87. 126. 128. 129. 139. 141. 151. 171. 187. 204. 223. 240. 253. 256. 273.
. . . . Marianus 134. 153. 205. 253. 273.
Soderinius Franc. 147. 182. 199. 229. 302.
. . . . . . Jo. Victorius 157. 349. 373.
. . . . . . Nicolaus 174.
. . . . . . Petrus 148. 149. 154. 262. 329.
Spadalunga Recuperus 38.
Sperellius Jo. 182.
a Spoleto Angelus 338.
Staitus Jo. 80. 136.
Statuta Lycei Piſani 85. 228. 240. 439.
Strigatius Franc. 25.
Stroctius Antonius 153
. . . . . Jo. Baptiſta 310.
. . . . Pallas 150.
. . . . . Rupertus 145. 151.
Stufa Aeneas 223. 224.
de Subereto Lucas 112.

T

TAnuccius Bernardus 21.
Tartagnius Alexander 82. 179. 192. 217. 241. 254.
Taſſus Torquatus 319.
Theatinus *vid.* Vernias
Theodoſius Jo. Baptiſta 364.
Theologiae ſtatus 107. ſectae 117. ſtatuta 424.
Thomaſius Petrus Franciſcus 217.
Tignoſius Nicolaus 285.
Tigrinius Franciſcus 51. 70. 286.
Tiphernas Gaſpar 72.
Tiraboſchius Hieronymus 167. 230 245. 247. 249. 250.
Torellius Franciſcus 12.
. . . . . Laelius 377.
Tornius Bernardus 292. 353 362.
Tortius Hieronymus 254.
de Traiecto Antonius 375.
Troncius 66.
Tuccius Laurent. 307.
. . . . . Marianus 375.
Turrianus Stephanus 346.

Digitized by Google

Turinius Andreas 363.
. . . . . Balthaſſar *ibi*.

V

VAivaldus Lucas Ant. 313.
Valorius Nicolaus 216.
Vannius Jacobus 253. 279.
Varchius Benedictus 95. 161. 168. 173. 266. 273. 310. 318. 324.
Vaſarius Georgius 330.
de Vecchiano Carolus 260.
. . . . Marianus 125.
Vellutus Aloyſius 269.
Venafrus Antonius 273.
Venetus Joannes 261. 333.
Ventura Aloyſius 212. 257.
Vergellius Franciſcus 162.
Verinius Franciſcus 291. 309.
. . . . . Michael 289. 306.
. . . . . Thomas 311.
Vernias Nicolaus 255.
Veſpuccia Antonia 154.
Victorius Jo. 301.
. . . . . . Petrus 377.
Vghellius Ferd. 24.
Vgurgierus Iſidorus 270. 356.
Vicecomites Jo. Galeatius, & Gabriel 72. 73.
a Vincio Leonardus 328.
Virgilius Marcellus 374. 377.
Volaterranus Angelus 280.
. . . . Ludovicus 309.
. . . . Raphael 352.

Z

ZAcchius Apollo 37.
Zanettinius Hieronymus 128.
de Zanis Jo. 266.
Zilbertus Sebaſtianus 147.

ERRATA.			CORRIGE.
Pag. VIII.	lin. 13.	volunti	voluntati
8.	11.	igruere	ingruere
40.	12.	Feſeoli	Faſeoli
53.	13.	Bartolum	Baldum
57.	19	claruiſſe	clarus
64.	2.	diſtinarunt	deſtinarunt
66.	20.	diſtinatas	deſtinatas
69.	7.	naſcetem	naſcentem
87.	23.	& Petrus de Certaldo	*deme haec verba*
111.	6.	vindimiolas	vindemiolas
112.	29.	Pariſinam	Pariſienſem
115.		. . . . . .	*Adde in fine*. Quod ad ſcripta Benigni pertinet videſis epiſtolam Ferdinandi Foſſii, quam retulit in ephemerides Florentinas an. 1790.
121.	18.	potis	potius
126.	1.	annum 1484.	Martium 1485. (obiit enim menſe poſt)
127.	4	1520.	1521.
131.	5.	Ducem	Principem
134.	14.	Ejus nomen ultra an. 1490. in Doctorum albo minime apparet	*Loco horum lege*. Obiit autem id. Septembris an. 1491.
148.	27.	hones	homines
155.	13.	convaliturum	ſanandum
157.	3.	Jo Galeatium Mariam Vicecomitem Mediolani Ducem	Jo. Galeatium Sfortiam
175.	4.	Lanthes	Lanthis
176	18.	ad Pontificem & Mediolani Ducem Paullum III.	ad Pontificem Paullum III. & Mediolani Ducem
182.	3.	despondidit	deſpondit
195.	6.	incolunt	adcolunt
ib.	26.	decimum & quartum	ſecundum & viceſimum
203.	2.	mox in Gratianopolitano	*Deme haec verba*, & *paullo ante* primum
220.	12.	Jannes	Joannes
ib.	29.	Andraes	Andreas
215.	6.	Maggi	Maggii
230.	5.	Margharitae	Margaritae
262.	2.	de Simeone Mutinenſi de Bartholomaeo Guidio	*Deme haec verba*.
269.	7.	Filcaja	Filicaja
291.	16.	hominem	homini
ib.	29.	illum	ille
293.	2.	conſulit	consuluit
294.	6	judicandam	judicandum
299.	19.	illos iterum imprimere	ne illos iterum imprimerent

Digitized by Google

304.	6.	Sanenſium	Senenſium
307.	19.	Haud	Et
324.	19.	ut et Varchius	ſicuti & Varchius
327.	1.	Dominico	Benedicto
. . .	13.	maritoque	meritoque
331.	10.	potuiſſent	poſſent
336	18.	& quae	nam quae
340.	5.	proveniſſe	provexiſſe
341.	12.	hygie non	hygienon
342.	*ult.*	garulam	garrulam
347.	11.	obiiſſet	obiret
348.	6.	repeti	repetita
351.	6.	ut illum	quin illum
355	17.	quoties	ſi modo
374.	19	utraeoue enim conjungebantur	utraque enim conjungebatur
ib.	26.	Varinum	Guarinum

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google